2. 7. 5

DE HÆREDE SIMPLICI, ET BENEFICIATO
in ordine ad ſolutionem debitorum Defuncti.

TRACTATVS
ANTONII CONCIOLI
I. C. CANTIANEN.

75

DE HÆREDE

TAM SIMPLICI, QVAM BENEFICIATO

Quando teneatur ſoluere debita Defuncti,

TRACTATVS

ANTONII CONCIOLI I.C. CANTIANEN.

Protonotarij Apoſtolici, & olim Auditoris Legationis Vrbini,

In quo omnia ferè ad dictam materiam ſolutionis faciendæ per hæredem pertinentiæ explicantur, nec non etiam materia Auth. hoc niſi, C. de ſolut. & tota ferè materia inuentarij facili methodo declaratur.

Cui acceſſerunt Articulus, An & quando donatarius omnium bonorum teneatur ſoluere debita donatoris, & Conſilia duodecim Criminalia ad defenſam eiuſdem Authoris non iniucundæ.

Articuli admodum practicabiles, & aduocatis, & alijs in foro verſantibus fortè non inutiles, ſi non neceſſarij.

Cum Indice tàm Operis, quàm Conſiliorum ſatis copioſo,

AD EMINENTISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM PRINCIPEM D. D.

GASPARVM CARD. CARPINEVM,

ET S.D.N. CLEMENTIS PAPÆ DECIMI

Vicarium, & Prodatarium.



MACERATÆ, Typis Ioſephi Piccini. M.DC.LXXVI.

DOMINORVM SVPERIORVM PERMISSV.

17

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

GASPARI S·R·E· CARD· CARPINEO

SANCTISS. D. N. CLEMENTIS PAPÆ X. Vicario, & Prodatario.

ANTONIVS CONCIOLVS FELICITATEM.

QVÆCVMQVE ad inſcribendas Principibus Viris lucubrationes ſuas ſcriptores impellere vel poſſunt, vel debent, ea in me, Princeps Eminentiſſime, altior profecto meis votis fortuna coniunxit; ſi enim Perſonæ, quam compellamus, Magnitudo momenti plurimum confert, Tibi opus hoc dedicamus, quem verè magnum oſtendit tot ſeculorum curſu firmata Nobilitas, idem cum Vrbinatibus Ducibus ſanguis, Montis Feretrani primum, deindè Carpineæ Comitum par temporis diuturnitati ſeries maior numeroſa ſerie raritas. Si vetuſtate clientelæ titulus plurimum etiam valet, menti ſtatim occurrit Auus tuus Horatius, in quo Equitum Ductorem theatrum illud Martis Belgium, quod miraretur, inuenit. Quem legionis Tribunum pauere didicit Aſtenſis Ciuitas, cui armorum Præfecto ſecura pacis Ferraria paruit, & cuius obſequio dum in Sago, & in Toga parens meus Victorius vnà cum alijs nobilibus Viris vacauit, fundator fuit opulentiſſimæ nobis hæreditatis, addictiſſimæ videlicet in Carpineos Dinaſtas Seruitutis. Sed quid Ego, Eminentiſſime Princeps, Venerationis, & Gloriæ a te referendæ merita, præſtan-

dæ

dæ a me debita ex euolutis temporibus peto ? Venerantur vniuerſi Orbis Iur. Conſulti doctiſſima reſponſa in S. Rotæ Rom. Areopago a te mirabiliter edita, Intuetur idem Orbis vniuerſus Carpineam Domum Regnanti Optimo Maximoquæ Pontifici Clementi Decimo cognatione propinquam, Intuetur illam Purpuratorum Patrum Seminarium euaſiſſe, vt gemini Heroes Vaticano Senatui iam adſcripti eam efficiant amplioris Seminarium Maieſtatis; Tibi verò dum Sapientiſſimus, ac prudentiſſimus Pontifex vna cum Vicaria in Romana Vrbe Poteſtate tantarum molem curarum admouit, dum conferendis Eccleſiarum Oneribus, cenſibuſqne te Prodatarium præfecit, nonne præſagium clare viſus eſt, exercendæ in Orbem vniuerſum poteſtatis, Eccleſiæ vniuerſæ Regiminis ineundi, gerendæ adminiſtrationis Celeſtium Theſaurorum ? Nonne te Sacrum, magnumquè Alcidem declarauit, qui tam benè, tam aptè maximo, eidemque Sacro ſufficiaris Atlanti ? Nonne tam ſplendidum Dignitatum nexum ampliſſimum quidem, ſed tamen impar virtutibus tuis eſſe voluit monumentum exiſtimationis de te ſuæ ? Sed vereor Eminentiſſime Princeps, ne virtutum commemoratione maiorem conciliem modeſtiæ tuæ verecundiam, quam virtutibus ipſis toto Orbe conſpicuis venerationem. Ad meum igitur in te obſequium conteſtandum deſcendere ſatius erit, cuius indicium quam libentius celerrimam ad Tibi gratificandum promptitudinem, quam operis huius inſcriptionem aſpicerem ? Sed huius me voti compotem tua tantum iuſſa efficere poterunt; Vt enim hoc volumen non niſi a tuo Nomine, ita voluminis Author non niſi ab imperijs tuis ſperare poterit ornamentum.

AMICISSIME LECTOR.

APPOSVERAM manus, ne vitam otioſam ducere viderer, pluribus ab hinc annis ad compilandum tractatum de Solutionibus, cum de illius materia vti in vſu frequentiſſima continuò diſceptetur in Tribunalibus, & nemo illam plenè tractauerit excepto Pir. Maur. Aret. qui pauca tamen de illa conſcripſit, dictiquè tractatus quamplures articulos, & quidem principaliores non ſine magno labore, & longo ſtudio ferè compleueram; Verum cum Præturæ officio præfectus fuerim in Ciuitate Vrbaniæ, deinde ad ſimilem Præturam euocatus fuerim in Ciuitate Vrbini, & poſtea ad officium Locumtenentis eiuſdem Ciuitatis, & poſtremò ad officium Auditoris Status Vrbini, in quibus per ſpatium duodecim annorum, & vltra permanſi, Mihi ideo neceſſe fuit opus de ſolutionibus iam inceptum deſerere, & illud in Tenebris meæ Bibliotecæ deliteſcere. In Patriam deindè reuerſus quaſi de dict. tractatu oblitus manus admoui ad editionem mearum Allegationum Forenſium, & deinde mearum Reſolutionum Criminalium, circa quarum editiones multum quidem temporis conſumere coactus fui; Verum quia non defuerunt Amicorum ſuaſiones quamplures, ne dictum tractatum, licet adhuc imperfectum, & non bene expolitum amplius deliteſcere permitterem: dubius tamen, qua animi alacritate ille per viros eruditos eſſet excipiendus, decreui vnum tantum articulum eiuſdem tractatus, ampliorem tamen, videlicet 15. articulum, in quo quæritur Quando hæres tam ſimplex, quam beneficiatus teneatur ſoluere debita defuncti, in lucem edere, ad effectum faciendi cum eo periculum, quanti ille eſſet per viros doctos extimandus, eo animo, quatenus ille non iniucundus fuiſſet reputatus, reſiduum dict. tractatus complendi, & in publicam lucem edendi. Verum Typographus cum dictum ſolum articulum non admodum voluminoſum iudicaret, lucris inhiens me anxiè rogauit, vt illi aliquid Compendij vellem adijcere. Annui illius votis, & ſic addidi ſecundum, & tertium articulos ad

mate-

materiam dicti primi articuli facientes , ac etiam quartum de donatario , quando teneatur ſoluere debita donatoris , qui in dict. tractatu erat articulus 18. & duodecim Conſilia criminalia fortè non iniucunda . Habes igitur candide Lector cauſam editionis huius libri , non quidem ex mea voluntate , ſed potius ex Amicorum ſuaſionibus , & vt ex illius exiſtimatione decernere valeam , an integer tractatus ſit luci , vel potius tenebris conſignandus ; Rogo interim humanitatem tuam , vt ſi quid boni in eo repereris , Deo gratias referas , a quo cuncta procedunt , ſi quid verò imperitè ſcriptum , Authorem benignè excuſes , cum Omnium memoriam habere, & in nullo penitus errare, diuinitatis potius, quam humanitatis ſit , & Vale .

Si placet Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino D. FRANCISCO CINO Epiſcopo Maceratenſe.

Imprimatur.

Gaſpar Lauretanus I. V. nec non Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor, & Eccleſiæ Cathedralis Canonicus.

Imprimatur.

Guidus Antonius Tomanus I. V. D. & Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini FRANCISCI CINI Epiſcopi Maceratenſi Vicarius Generalis.

Bartholomæus de Amicis I. V. nec non Phyloſophiæ, ac Sacræ Theologiæ Doctor, Sancti Officij Reuiſor, vidit, &c. Si placet Reuerendiſſimi Patri Inquiſitori Anconæ.

Imprimatur.

Fr. Io: Baptiſta Matthæius Sacræ Theologiæ Magiſter, Theologus Vniuerſ. ac Vicarius Sancti Officij Macerat. Ord. Prædicatorum.

Hæres tam Simplex, quam Beneficiatus quando teneatur ſoluere debita Defuncti.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

ADitio hæreditatis an præſumatur, vel ſit probanda, & an ad id ſufficiant coniecturæ, & an præſumatur quando agitur de hæreditate paterna, vel materna, hæres quando teneatur ſoluere debita defuncti, & an filius hæres patris teneatur illa ſoluere de ſua legittima, legittima an dicatur quota bonorum, vel hæreditatis, Inſtitutus in re certa quando dicatur hæres, hæredis an teneatur ſoluere debita defuncti, hæredis appellatione qui veniant, hæres beneficiati quando teneatur ſoluere penſiones Eccleſiaſticas, vel teneatur ſucceſſor in beneficio, hæres quando teneatur ſoluere dotem filiæ defuncti, & an teneatur præſtare alimenta ad quæ tenebatur defunctus, & an hæres teneatur ſoluere debita defuncti in pecunia, vel in bonis hæreditarijs, & quando habeat locũ diſpoſitio Auth. hoc niſi, C. de ſolutio. hæres beneficiatus an poſſit ſoluere debita dando in ſolutum venditoribus bona hæreditaria, & quid ſi non reperiatur emptor, qui offerat iuſtum prætium, vel ſi Teſtator mandauit, illa ſolui in pecunia, hæreditas an præſumatur opulenta, & an hæres poſſit vti beneficio Inuentarij contra voluntatem Teſtatoris, & an hæres beneficiatus poſſit extinguere cenſum dando tot de bonis, hæres an teneatur ſoluere fructus cenſus, ſeu illa cui fuit legatus fundus illius, & quid ſi dictus fundus fuerit legatus perſonæ coniunctæ, ſeu piæ cauſæ, hæres inſtitutus poſt mortem vſufructuarij, an dicatur hæres à principio, & vſufructuarius dicatur legatarius vſufructuarius, quando teneatur ſoluere debita defuncti, vel hæres inſtitutus, & an teneatur ſoluere legata, & debita annua, collectas, & ſimilia, hæres tamen an poſſit vendere bona hæreditaria pro ſoluendis debitis in præiudicium vſufructuarij, Teſtator an poſſit mandare, quod hæres ſoluat debita de proprio, Executio relaxata contra defunctum an poſſit exequi contra hæredem, & quando via executiua detur contra hæredem ſimplicem, vel beneficiatum, & quando illa detur elapſis triginta annis, hæres an poſ-

ſit carcerari ſicut poterat defunctus, & quando teneatur ſoluere debita defuncti vendita hæreditate, Actio perſonalis quandò detur contra eum, cum quo nullum negocium actum fuit, & quod ſtante obligatione Camerali, Ceſſionarius an poſſit, vti omnibus iuribus cedenti competentibus, Actio quando acquiratur abſenti ex ſtipulatione Notarij, hæres grauatus reſtituere an teneatur ſoluere debita, vel fideicommiſſarius, hæres quando teneatur ſoluere debita de proprio ſi non ſufficiant bona hæreditaria, hæredi tam minori, quã maiori læſis in aditione hæreditatis ſiuè inuentario an detur reſtitutio in integrum, an teneantur ſoluere debita vltra vires, Eccleſia, Clericus, miles ruſticus, fiſcus, & ſimiles, hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita vltra vires hæreditarias, & an poſſit dare de beneficio Inuentarij poſt ſententiam, & quando hæres beneficiatus teneatur ſoluere pendente termino ad conficiendum Inuentarium, & an teneatur ſoluere vſuras promiſſas, vel extortas pro defunctum, & ſi ſit creditor defuncti an poſſit concurrere cum alijs creditoribus, & poſſit petere, ſibi aliquid appropriari pro eius credito, & quando actiones contra defunctum confundantur adita hæreditate ſine inuẽtario, & quas expenſas hæres beneficiatus poſſit deducere, & pro eis præferatur creditoribus anterioribus, & an hæres beneficiatus aliquid omittens malitioſè deſcribere in inuentario teneatur vltra vires, vel ſolum ad duplum, an hæres gaudeat beneficio Inuentarij quando illud fuit poſt terminum, & à quo tempore incipiat currere dictus terminus, & an ille poſſit prorogari per Iudicem, & an illud hæredi proſit quò ad creditores non citatos, & quid ſi Teſtator ei prohibuerit confectionem Inuentarij, & quando Teſtator poſſit illud remittere hæres beneficiatus an teneatur ſoluere vltra vires quando promiſit nomine proprio, & quid ſi hæres ſit fideiuſſor defuncti, & an gaudeat beneficio Inuentarij quando illud eſt nullum, & an hæres beneficiatus teneatur ſoluere creditoribus de fructibus per eum perceptis, & an gaudeat dicto beneficio quando creditores fatentur non adeſſe alia bona, & quando obligatio defuncti eſt restricta ad vires patrimonij, & quando doloſè inductus fuit ad adeundum, & quid ſi coactè adiecit, & quid in hærede meræ bonitatis, hæres beneficiatus an teneatur ſoluere vltra vires quando defunctus non tenebatur niſi in quantum facere poterat, & an teneatur vltra vires pro adimplendis votis defuncti, & quid ſi aditio fuit erronea, & an teneatur ſoluere vltra vires, quando obligatio defuncti fuit nulla, & in alijs caſibus ibi recenſitis, hæres in re certa an teneatur ſoluere debita defuncti, & an teneatur illa ſoluere hæres grauatus reſtituere purè, vel ſub conditione, & an teneatur ſoluere cenſus, & collectas dum hæreditas eſt apud eum, & pro illis ſoluendis poſſit alienare bona fideicommiſſaria, hæres an teneatur ſoluere debita pro quibus defunctus ſe obligauit cum taxatiua, & quando hæres teneatur ſoluere debita pro portione hæreditaria tantum, & quid ſi vnus hæres conueniatur hipotecaria, vel ſaluiano, & an teneatur ad ſolutio-

lutionem canonis in ſollidum, & quid ſtante pacto inter eos facto, & quid ſi Teſtator mandauit debita ſolui per vnum tantum, an hæres teneatur in ſollidum fauore dotis, vel alimentorum, reliqua habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis non præſumitur.*

2 *Aditio hæreditatis eſt quid facti.*

3 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

4 *Aditam fuiſſe hæreditatem dicens tenetur concludenter probare.*

Itaut non ſufficiat, id probare per coniecturas, num. 5.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, numer. 6.

Nequè ſufficiant probationes æquiuocè, & dubiæ, num. 7.

Nequè quod hæreditas fuerit delata, ſi non conſtat de aditione, numer. 8. & 488.

Nequè quod quis fuerit inſtitutus in teſtamento, num. 9. & 483.

10 *Aditio hæreditatis non præſumitur, nequè quo ad filium.*

Procedit quando filius conuenitur à creditoribus, ſecus quando filius agit in iudicio, num. 11.

Itaut ſi filius citatus compareat, & acta faciat non vti hæres non poſſit condemnari ad ſoluendum, num. 12.

Quicquid aliqui contrarium teneant, numer. 13.

14 *Filius quando agit præſumitur hæres, ſi agatur de hæreditate paterna, ſecus ſi de materia.*

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 15.

Niſi tamen filius agat, & agendo ſe faciat hæredem matris, num. 16.

17 *Aditio non præſumitur licet agatur de hæreditate opulenta.*

18 *Actus inductiuæ aditionis hæreditatis recenſentur remiſsiuè.*

19 *Hæres tenetur ſoluere debita defuncti.*

20 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*

Et vna, ac eadem perſona cenſetur eſſe cum eo, num. 21. & 217.

Itaut in eum tranſeant omnes obligationes defuncti, num 22.

Et teneatur ad omne id ad quod tenebatur defunctus, num 23.

24 *Hæres adeundo dicitur contrahere cum creditoribus, & legatarijs, & numer. 24. & 445.*

Itaut ex quaſi contractu in ſollidum teneatur, num. 25.

Quod autem dicatur quaſi contrahere cum legatarijs tantum tenent alij, numer. 26. & 446.

27 *Hæres ex aditione tenetur hæredibus actione perſonali.*

Et etiam reali ſi defunctus illius bona obligauit, & adiuit ſimpliciter, numer. 28.

29 *Hæres tenetur ſoluere debita defuncti, ſiuè ſit filius, ſiuè extraneus, & ſiue ſit hæres ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & qualecumque ſit debitum.*

31 *Filius hæres patris tenetur ſoluere illius debita etiam de ſua legittima ſi hæreditas non eſt ſoluendo.*

Etiam ſi filius ſit inſtitutus in ſola legittima ſub nomine quotæ hæreditatis, num. 33.

Cum hæres quo portionem hæreditatis retinet pro illa parte ſubijciatur oneribus hæreditarijs, num. 34.

Secus

Secus tamen eſt ſi filius ſit inſtitutus in re certa, num. 35.
Quod procedit ſi alius ſit hæres vniuerſaliter inſtitutus, alias ſecus, num. 46.
Et idem eſt ſi filius pro legittima ſit inſtitutus in quota bonorum, num. 40.
Et quando filius eſt inſtitutus in ſua legittima, num. 43.
31 Legittima non debetur filio, niſi prius detracto ære alieno.
Itaut ſi æs alienum totam abſorbeat hæreditatem nulla debeatur legittima, num. 32.
36 Inſtitutus in re certa non dicitur hæres, ſed habetur loco legatarijs.
Et ideo non tenetur ſoluere debita defuncti, num. 37.
38 Legatarius, nec prælegatarius, nec inſtitutus in re certa ſuccedunt in iuribus defuncti, num. 38.
39 Æs alienum non ſequitur fundum, numer. 39. & 508.
41 Inſtitutus in quota bonorum non differt ab inſtituto in re certa.
42 Quota bonorum non venit ſub nomine hæreditatis.
44 Legittima dicitur quota bonorum, non hæreditatis.
Et in ea ſuccedens non dicitur vniuerſalis ſucceſſor, num. 45.
47 Hæres inſtitutus in re certa non dato hærede vniuerſali cenſetur vniuerſaliter inſtitutus.
Cum nemo poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, numer. 48.
49 Filius hæres patris tenetur ſoluere illius debita etiam de proprio.
50 Hæres tenetur ſoluere debita defuncti tam ſi ſit primus, quam ſi ſit hæres hæredis.
51 Hæres hæredis repræſentat perſonam primi defuncti.
Itaut dici poſſit quod ſit hæres primi Teſtatoris, num. 52.
Etiam in diſpoſitione ſtricti iuris, numer. 53.
54 Hæredis appellatione venit etiam hæres hæredis.
Et veniunt omnes hæredes in infinitum, num. 55.
Niſi hæredes eſſent vocati nominatim, vel cum dictione ſupradicti, & ſimil. num. 56.
57 Hæres tenetur ſoluere etiam penſiones Eccleſiaſticas pro defuncto.
Fallit quando beneficiatus eo anno nullus fructus percepit, num. 62.
Fallit ſecundo quando beneficiatus fructus in vtilitatem Eccleſiæ verſet, quia tunc non tenetur hæres ad penſionem, ſed ſucceſſor, num. 63.
Fallit tertio quando beneficiato fuit conceſſa à Camera certa ſumma cum facultate teſtandi, quia hæres pro dicta re certa non tenetur, vt, num. 64.
Ita vt ſi illas non ſoluerit, ſucceſſor poſſit illas repetere ab hærede, num. 60.
58 Succeſſor in beneficio tenetur ſoluere penſiones factis diligentijs contra hæredes beneficiati.
59 Penſio eſt onus reale.
61 Penſiones non tenetur ſoluere beneficiatus pro anno, quo nullus fructus percepit.
65 Hæres tenetur ſoluere debita ante legata, legittimam dotem, & ſimil.
66 Æs alienum præualet legatis, legittimæ, & ſimil.
67 Hæres tenetur ſoluere debita etiam ſi ſit hæres tranſmittentis hæreditatem.
68 Hæres tenetur ſoluere dotem filiæ, ad quam teneatur pater, vel auus.
Maximè ſtante Statuto excludente filiam ſtantibus maſculis, num. 70.

Et

Et tenetur dotare etiam hæres fratris, & aliorum, qui tenentur dotare, numer. 71.

69 *Dotandi onus ſpectat ad patrem, & in defectum ad auum.*

72 *Hæres tenetur præſtare alimenta ei, cui tenebatur defunctus.*

Onus enim alendi inhærens bonis tranſit ad hæredem, & quemcumque poſſeſſorem, num. 73.

74 *Hæres tenetur ſoluere debita in pecunia quando defunctus illa contraxit in pecunia.*

75 *Aliud pro alio ſolui non debet.*

Quod procedit in creditore pecuniæ, numer. 76.

77 *Debitum in pecunia eſt ſoluendum in quantitate.*

Non autem in ſpecie, num. 78.

79 *Creditoris ius ex mutatione perſonæ deterius fieri non debet.*

80 *Hæres eſſe non debet melioris conditionis quam defunctus.*

Nec debet poſſe plus quam defunctus, numer. 81.

82 *Debitor pecunia non extante poteſt ſoluere in bonis ſtabilibus ad euitandos carceres.*

Plura tamen requiruntur, vt ſit locus auth. hoc niſi, C. de ſolut. num. 83.

Quæ auth. non habet locum ſtante iuramento, num. 84.

Licet contrarium teneant aliqui, num, 88.

Et habet locum etiam in hærede iurantis, num. 89.

Dicta auth. non habet locum ſtante renunciatione Omni legum aux. num. 92.

Maximè ſtante iuramento habente vim ſpecialis renunciationis, num. 94.

Cum beneficio dict. auth. poſsit renunciari, num. 95.

Licet requiri renunciationem ſpecialem teneant aliqui, num. 96.

Neque d. auth. eſt locus ſtante obligatione Camerali, num. 97.

85 *Iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis:*

Et facit rem præcisè deberi, num. 86.

87 *Lex non comprehendit caſum iuratum.*

90 *Iuramentum quò ad periurium non tranſit ad hæredes.*

Tranſit tamen quò ad efficaciam obligationis, num. 91.

93 *Beneficio non incarcerandi cenſetur renunciatum per generalem renunciationem.*

98 *Hæres beneficiatus ſi pecunia non eſt in hæreditate poteſt ſoluere creditoribus in tot bonis hæreditarijs ad iuſtam æſtimationem.*

Licet contrarium teneant aliqui, num. 99.

Quod procedit etiam in credito priuilegiato dotis, num. 100.

Quia dos in dicto caſu non eſt ſpecialiter priuilegiata, num. 101.

Ita ut ſtandum ſit regulæ, l. fin. § & ſi præfatam, C. de iure delib. num. 102.

Et hæres poteſt illos cogere accipere in ſolutum etiam credita hæreditaria, numer. 105.

Si hæreditas non eſt ſoluendo, quia ſi eſt ſoluendo hæres tenetur vendere, & ſoluere in pecunia, num 106.

Procedit ſi reperiatur emptor, qui offerat iuſtum prætium, alias ſecus, n. 108.

Contrarium tamen quod hæres non teneatur vendere etiam in hæreditate opulenta tenent aliqui, num. 109.

Non tenetur tamen hæres tradere bona dilanianda creditoribus, num. 110.

103 *Diſpoſitio generalis comprehendit cauſam dotis, quando dos in illo caſu non eſt ſpecialiter priuilegiata.*

Licet contrarium teneant aliqui, numero 104.

107 *Inuentarij beneficium introductum eſt*

ne

ut hæres ſit in damno, non in perniciem creditorum.

111 *Hæreditas præſumitur opulenta in dubio, etiam ſtante inuentario.*

Secus ſi pecunia non ſit in hæreditate, & conſtet de ære alieno ex Inuentario, numer. 112.

113 *Emptor quod reperiatur offerens iuſtum pratium non præſumitur.*

Et ille dicitur reperiri, ſi offerat iuſtum pratium, alias ſecus, num. 114.

115 *Hæres beneficiatus non poteſt ſoluere de bonis ſi teſtator mandauit ſolui in pecunia.*

Cum tunc appareat, Teſtatorem voluiſſe eſſe locum beneficio Inuentarij, n. 116.

117 *Hæres uti non poteſt beneficio Inuentarij contra mentem defuncti, cum teſtator poſſit illud prohibere.*

Teſtator enim poteſt ſuam diſpoſitionem quomodolibet qualificare, num. 118.

Contrarium tamen tenent aliqui Doctores, num. 119.

Quod declaratur, num. 120.

121 *Hæres beneficiatus non poteſt extinguere cenſum cum bonis hæreditarijs.*

Licet aliqui contrarium teneant, numer. 122.

Neque in iudicio concurſus, quod declaratur, num. 123.

124 *Hæres tenetur ſoluere debita defuncti, non autem uſufructuarius omnium bonorum.*

Cum inſtitutus in uſufructu dicatur inſtitutus in re particulari, num. 125.

Et dicatur tantum legatarius, num. 126.

Licet contrarium imo uſufructuarium teneri voluerint aliqui, num. 129.

Et eo magis quando fuit relictus uſuſfructus certarum rerum, num. 131.

Et idem eſt ſi ſit relictus uſusfructus bonorum mobilium, & immobilium, numer. 132.

127 *Actiones hæreditariæ non tranſeunt in legatarium.*

Cum legatarius non repræſentet defunctum, num. 128.

133 *Iura, & actiones non veniunt in legato bonorum mobilium, & immobilium.*

134 *Vſufructuarius bonorum mobilium, & immobilium dicitur legatarius.*

135 *Hæres tenetur ſoluere fructus cenſus, non autem uſufructuarius, cui fuit legatus fundus ad uſumfructum.*

Cum hæres teneatur rem legatam ab oneribus liberare, num. 136. & 150.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 137.

Si tamen fundus ſit legatus liberè fructus ſoluere debet legatarius, num. 145.

Contrarium quod fructus ſoluendi ſint per hæredem tenent communiter Doctores, numer. 146.

Licet id eſſe decidendum ex coniecturis voluerint aliqui, num. 147.

Et eo magis quando fundus fuit legatus coniunctæ perſonæ, num. 151.

Cum ex affectione præſumatur, Teſtatorem voluiſſe legare fundum liberum numer. 152.

Et idem eſt ſi fundus fuerit legatus uxori, vel valde amico, num. 154.

Et ſi ſit legatus piæ cauſæ, num. 155.

Licet contrarium teneant aliqui, nu. 156.

Et hæres eo magis tenetur ſoluere fructus dict. cenſus, ſi alius legatarius ex dicto legato nullam utilitatem ſentiret, num. 150.

Licet contrarium tenuerint aliqui, n. 160

Tenetur autem legatarius ſoluere d. fructus ſi Teſtator legauerit fundum cum onere ſuper impoſito, num. 161.

Declara ſupradicta data ſcientia in Teſtatore, rem eſſe obligatam, alias ſecus, num. 164.

Vſu-

138 Vſufructuarius tenetur recognoſcere onera, quæ debentur à re, vel occaſione rei.

Declara, vt num. 140.

139 Onus ſoluendi cenſum eſt reale.

141 Creditor cenſus poteſt agere contra vſufructuarium poſſidentem fundum cenſuatum actione reali, & Saluiano.

Poteſt tamen vſufructuarius quod ſoluit repetere ab hærede, num. 142.

Et conuentus poteſt nominare dominum in iudicio, num. 144.

143 Creditori intentanti Saluianum non debetur principaliter res, ſed creditum.

148 Cenſus ſubmiſsio eſt onus hæreditariū.

Et ideo illud eſt ſoluendum ab hærede, num. 149.

153 Legatum ad fauorem coniuncti latam admittit interpretationem, etiam ſi hæres ſit equè coniunctus.

157 Diſpoſitio ad fauorem coniunctorum habet locum in pia cauſa.

158 Legatum ad pias cauſas eſt latè interpratandum.

162 Donatarius tenetur ſoluere fructus cenſus impoſiti ſuper re donata.

Contrarium tenent plures Doct. nu. 163.

165 Hæres tenetur ſoluere debita defuncti non vſufructuarius ſtantib. coniecturis.

Et præcipuè expenſas funeris, & vltimæ infirmitatis, num. 166.

Et etiam quando Teſtator legauit vſumfructum dimidiæ, vel tertiæ partis ſuorum bonorum, num. 167.

Cum bona dicantur deducto ære alieno, num. 168.

Et hæres tenetur ſoluere debita etiam ſi ſit inſtitutus poſt mortem vſufructuarij, num. 169.

170 Hæres inſtitutus poſt mortem vſufructuarij dicitur hæres à principio, & vſufructuarius dicitur legatarius.

Ratio aſſertur, num. 171.

Quicquid contrarium teneant aliqui Doctores, num. 172.

Fallit quando fuit relictus vſusfructus non per viam legati, ſed inſtitutionis, num. 173.

Cum inſtitutus in vſufructu hæreditatis alio poſt mortem inſtituto dicatur hæres in tota hæreditate, num. 174.

Contrarium tenent Doctores magis communiter, vſufructuarium eſſe legatarium quomodocumquè ſit relictus vſufructus, num 175.

Et eo magis quando Teſtator nominauit inſtitutum vſufructuarium, & hæredem proprietarium, num. 176.

Et quando inſtitutio vſufructuarij eſt reſtricta ad eius vitam, num. 177.

Et quando hæres fuit prohibitus moleſtare vſufructuarium, num. 178.

Maximè ſi fuit prohibitus moleſtare ſub pœna caducitatis, num. 179.

Et ſi Teſtator remiſit hæredi vſufructuario cautionem de vtendo, & fruendo, inuentarium, & redditionem rationis, num. 180.

Etiam ſi addita eſſent verba Dominum, & Patronum, num. 181.

Secus tamen eſt quando poſt mortem hæredis vſufructuarij alius fuit ſubſtitutus, num. 182.

Amplia d. concluſionem, vt num. 184. & 185.

Fallit etiam ſtantibus coniecturis ſuadentibus contrariam voluntatem Teſtatoris, num. 186.

186 Vſufructuarius tenetur ſoluere debita defuncti ſi conueniatur actione reali.

Quod tamen poſsit nominare hæredem in iudicio volunt aliqui, num. 187.

Contrarium quod vſufructuarius non teneatur, ſed hæres tenent alij, nu. 188.

189 Creditor in Saluiano petit debitum non autem rem ipſam niſi cauſatiuè.

190 *Excuſsio eſt facienda in hipotecaria contra principalem.*

Et etiam in Saluiano ſecundum aliquos, num. 191.

Licet alij teneant contrarium magis communiter, num. 192.

193 *Vſufructuarius tenetur ſoluere debita quando ei eſt relictus vſusfructus ſuæ hæreditatis.*

Contrarium vti verius tenent plures Doctores, num. 194.

Et idem eſt quando eſt relictus vſusfructus vnius quotæ hæreditatis, numer. 195.

Contrarium vti verius tenent plures Doctores, num 196.

197 *Vſufructuarius tenetur ſoluere debita teſtatoris ſi Teſtator id mandauit, & num. 199.*

Contrarium tenent plures Doctores, n. 200

198 *Voluntas Teſtatoris eſt omnino ſeruanda.*

Siuè ſit expreſſa, ſiuè tacita elicita ex coniecturis, num. 199.

201 *Vſufructuarius tenetur ſoluere debita annua, non autem hæres.*

Dumodo debita annua non abſorbeant totum vſumfructum, num. 205.

Et idem eſt in collectis, tributis, & ſimil. num. 202.

Niſi onus collectarum ſuperaret quantitatem fructuum, num. 203.

Licet contrarium teneant aliqui, nu. 204.

206 *Vſufructuarius tenetur ſoluere legata annua, non autem hæres.*

Cum per legatum annuum cenſeatur inductum onus reale, num. 207.

Niſi tamen vſufructus redderetur inutilis, num. 208.

Et niſi ex coniecturis appareret, illa eſſe ſoluenda per hæredem, num. 209.

Et idem eſt quando legata non ſunt annua, quia tenetur hæres, num. 210.

211 *Hæres quando alteri eſt relictus vſusfructus non tenetur ſoluere debita de proprio, ſed poteſt vendere bona hæreditaria.*

Itaut hæres minus habeat de proprietate, & vſufructuarius minus de vſufructu, num. 212.

Et datur cautela in hoc creditoribus, numer. 213.

Fallit ſi conſtet ex coniecturis de contraria voluntate Teſtatoris, num. 214.

215 *Teſtator poteſt mandare, quod hæres ſoluat debita de proprio, & non de bonis hæreditarijs.*

216 *Executio relaxata contra defunctum exequi poteſt contra eius hæredem.*

Cum ex perſona hæredis obligatio defuncti non recipiat mutationem, num. 218

Probato tamen quod ſit hæres, alias ſecus, num. 219.

220 *Via executiua competens contra defunctum datur, etiam contra hæredem.*

Cum hæres ſuccedat defuncto cum ſua cauſa, num. 221.

Procedit probato, quod ſit hæres debitoris, ſi opponatur, num. 222.

Non datur tamen contra hæredem beneficiatum, num. 223.

Licet illam dari ad effectum exequendi contra bona hæreditaria tantum voluerint aliqui, num. 224.

225 *Via executiua non datur elapſis triginta annis.*

Ratio affertur, num. 226.

Etiam ſtante mala fide, num. 227.

Fallit ſtante pacto de obſeruando perpetuo, num. 228.

Contrarium tenet Ciriac. relatus, numero 229.

230 *Hæres ſtante Statuto quod debitor poſsit carcerari poteſt capi perſonaliter.*

Probato quod ſit hæres, & non alias, numer. 231.

Fallit

Fallit in hærede beneficiato, quod declaratur, num. 232.

Ratio affertur num. 233.

234 Hæres tenetur ſoluere debita defuncti etiam ſequta euictione bonorum.

235 Hæres tenetur ſoluere debita defuncti etiam hæreditate vendita.

Cum non poſſit hæres per venditionem hæreditatis actiones paſſiuas ei adhærentes in alium transferre, num. 236.

Et cum creditores non teneantur mutare perſonam hæredis, num. 237.

Neque hæres per venditionem hæreditatis deſinat eſſe hæres, num. 238.

Etiam ſtante pacto quod emptor teneatur ſoluere creditoribus, num. 239.

240 Actio non acquiritur tertio quando onus extrinſecum pacto includitur.

241 Emptor ſi promittat ſoluere pretium creditoribus actio eis non acquiritur ſine ceſſione.

242 Actio perſonalis non datur contra eum, cum quo nullum negocium actum fuit.

Fallit de æquitate canonica, num. 243.

Fallit ſecundo ſi actio ab hærede cedatur, num. 244.

Et ſi Notarius fuerit ſtipulatus pro omnibus, quorum intereſt, num. 251.

Procedit ſequta acceptatione, alias ſecus, num. 254.

Et ſtante obligatione Camerali, n. 252.

Etiam ſine alia ceſſione, num. 253.

245 Ceſſionarius vtitur omnibus iuribus cedenti competentibus.

Cum ceſſionarius dicatur principalis creditor, num. 246.

Et reputetur eadem perſona cum cedente. num. 247.

Et ſuccedat in ius cedentis etiam executio, num. 248.

Etiam quo ad obligationem Cameralem, num. 249.

Licet contrarium tenent aliqui, num. 250.

254 Actio vt acquiratur abſenti ex ſtipulatione Notarij an ſit neceſſaria acceptatio eſt controuerſum.

Rota diſtinguit, quod ad effectum acquirendi ius abſenti requiratur acceptatio, ſecus vero quod promittens non poſſit pœnitere, num. 256.

255 Rota Romana dicitur ſpeculum ad inuitandum, itaut illa loquente cætera Tribunalia ſilere debeant.

257 Scientia abſentis ſufficit pro acceptatione, & ratificatione.

258 Scientia præſumitur quando agitur de actu fauorabili.

259 Scientia probatur ex præſumptionibus, & coniecturis.

260 Hæres non tenetur ſoluere debita defuncti vendita hæreditate quando creditores conueniunt emptorem, & ipſe ſuſcipit cum eius iudicium.

Procedit ſi creditores ſciant emptorem hæreditatis eſſe non ſoluendo, alias ſecus, num. 261.

262 Hæres vendita hæreditate ſi ſoluit creditoribus poteſt ſolutum repetere ab emptore.

263 Hæres grauatus reſtituere tenetur ſoluere debita, nō autem fideicommiſſarius.

Itaut ſi illa ſoluerit poſuit illa in reſtitutione deducere, num. 264.

Et non teneatur computare fructus in debitis ſolutis, num. 265.

Quod non habet locum in hærede purè grauato, qui facta reſtitutione ad nihilum tenetur, ſi apud eum nihil remanſit, num. 267.

Secus ſi aliqua pars hæreditatis apud eum remaneat, num. 268.

269 Hæres tenetur ſoluere debita defuncti de proprio, ſi nō ſufficiunt bona hæreditaria

Etiam de iure canonico, num. 270.

Ratio affertur, num. 271.

Quicquid contrariū teneant aliqui. n. 272

Non tenetur tamen illa ſoluere vltra vires in foro conſcientiæ, num. 273.

Ratio affertur num. 274.

Item affertur alia ratio, num. 275.

Quicquid contrarium ſentiant aliqui Doctores, num. 276.

Quæ habent locum in Principe, in patre, in tutore adeunte nomine pupilli, & ſimil. num. 304.

277 Hæres tenetur ſoluere debita vltra vires quicumque hæres ſit tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, tam maſculo, quam fœmina, tam minore, quam maiore, & ſimil.

278 Minor ſi ſit læſus in aditione hæreditatis ſine inuētario, reſtituitur in integrū.

Etiam ſi habeat regreſſum contra bona tutoris, vel Curatoris, num. 279.

280 Hæres etiam maior ſi adiuit ſine inuentario, & poſtea appareat magnum æs alienum reſtituitur in integrum ratione ignorantiæ.

Licet cōtrarium ſcripſerit Andreol. n. 281

Quomodo vero maior debeat probare læſionem, vide num. 282.

283 Donatarius hæreditatis tenetur ſoluere debita hæreditatis vltra vires.

284 Hæres adeo tenetur ſoluere debita defuncti, vltra vires, vt etiam fur præſumatur, & poſsit contra eum iurari in litem.

Contrarium tenent aliqui, num. 285.

286 Hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires, etiam ſi creditrix ſit Eccleſia.

Contrarium tamen tenent quamplures Doctores, num. 287.

288 Eccleſia hæres tenetur ſoluere debita vltra vires hæreditarias.

Contrarium vti verius tenent plures Doctores, num. 289.

290 Clericus hæres tenetur ſoluere debita vltra vires hæreditarias.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui, num. 291.

292 Miles hæres tenetur ſoluere debita vltra vires hæreditarias.

293 Mulier, & ruſticus tenentur ſoluere debita vltra vires hæreditarias.

Cum mulieri, & ruſtico non ſuccurratur, niſi in caſibus à iure expreſsis, n. 294.

Si tamen non potuerunt conſulere peritiores reſtituuntur in integrum, n. 296.

297 Hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires, etiam ſi cohæres adeat cum inuentario.

298 Fiſcus tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias.

Cum fiſcus non ſit priuilegiatus, niſi in caſibus à iure expreſsis, num. 299.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui, num. 300.

Quod procedit ſi fiſcus ſuccedat vti hæres ſecus ſi ex delicto, vel aliter, n. 301.

302 Hæredes anomali non tenentur vltra vires hæreditarias.

303 Aſcendentes, collaterales, & deſcendentes capientes bona damnatorum non tenentur vltra vires hæreditarias.

305 Hæres cum beneficio Inuentarij non tenetur ſoluere vltra vires hæreditarias.

Cum beneficium Inuentarij conſtituat hæredem in ſtatu, ac ſi non adiuiſſet hæreditatem, num. 306.

Et operatur, quod cenſeatur hæreditas iacens, num. 307.

Et quod hæres nullum damnum ſentire debeat, num. 308.

Et quod hæres habeatur pro abſtinente, num. 309.

Quæ procedunt etiam in hærede hæredis, num. 310.

Ac etiam ſi creditum ſit dotale, nu. 311.

Ac etiam ſi bona poſt aditionem ſine culpa hæredis perierint, num. 312.

Licet contrarium teneant aliqui, n. 313.

Niſi

Articulus Primus.

Niſi damnum ſuperuiſſet poſt moram hæredis in ſoluendo, num. 314.

315 *Hæres beneficiatus habet intentionem fundatam in inuentario, non adeſſe alia bona.*

Quicquid contrarium teneant aliqui Doctores, num. 316.

317 *Hæres non tenetur vltra vires facto inuentario etiam ſi adiuit ſine proteſtatione de illo conficiendo.*

Quicquid aliqui contrariũ tenuerint, n. 318

319 *Hæres beneficiatus poteſt opponere de beneficio inuentarij etiam poſt ſententiam.*

Licet aliqui contrarium teneant, n. 322.

Fallit ſi hæredi fuit aſsignatus terminus ad opponendum exceptiones dilatorias, peremptorias, & anomalas, nu. 323.

Et quando per hæredem fuit oppoſita dict. exceptio, & fuit reiecta, num. 324.

320 *Exceptio quæ non impugnat ſententiam poteſt opponi poſt ſententiam.*

325 *Hæres pendente termino ad conficiendum inuentarium non tenetur ſoluere creditoribus, neq; de bonis hæreditarijs.*

Amplia etiam ſi non fiat inuentarium intra tamen nouem dies luctus, nu. 326.

Quod procedit etiam ſtante obligatione Camerali, num. 327.

Etiam ſi tempus ad conficiendum inuentarium per Iudicem coarctaretur, numer. 328.

Licet contrarium ſentiant aliqui, nu. 329.

Niſi tamen inuentarium ſit confectum ante tempus à lege conceſſum, nu. 330.

Licet hæres non teneatur illud conficere ante tempus conceſſum, num. 331.

Vel niſi hæres conueniretur ex noua promiſsione per eum facta, num. 332.

Vel ſi conueniretur pro reſtitutione vſurarum; legati pij, & ſimil. nu. 333.

Expenſas verò funeris tenetur ſoluere etiam pendente d. termino, num. 338.

Et etiam tenetur ſoluere alimenta pendente d. termino, num. 339.

Procedit ſi alimentandus eſt pauper, ſecus ſi ſit diues, num. 340.

Et quo ad alimenta futura, non quò ad præterita, num. 341.

Neq; hæres gaudet d. priuilegio quando reconuenitur, num. 342.

Declara vt, num. 343.

Poteſt autem hæres conueniri pendente dicto termino quando hæreditas eſt euidenter ſoluendo, num. 344.

Licet contrarium teneant plures Doctores, num. 345.

Neque quando hæres conuenitur actione reali, num. 346.

Licet contrarium teneant alij, num. 347.

Neque quando conueniretur actione hipotecaria, num. 348.

Licet contrarium teneat Pract. Ridolph. num. 349.

Aliæ limitationes ad d. ſeptimam ampliationem recenſentur remiſsiuè, nu 359.

334 *Hæres non tenetur ſoluere vſuras promiſſas per defunctum etiam cum iuramento.*

Tenetur tamen ſoluere vſuras extortas per defunctum, num. 335.

336 *Hæres non tenetur reſtituere vſuras extortas per defunctum vltra vires hæreditarias.*

Contrarium tamen tenent plures Doctores, num. 337.

360 *Hæres beneficiatus ſi ſit creditor defuncti poteſt cum alijs creditoribus concurrere.*

Cum actiones hæredis contra defunctum non confundantur ſtante inuentario, num. 361.

Neq; creditum hæredis beneficiati compenſatur cũ fructibus hæreditatis, n. 362.

Procedit ſi hæreditas eſt ſoluendo, alias ſecus, num. 364.

363 Inuentarij beneficium facit quod hæres nullum damnum ſentire debeat.

365 Hæres beneficiatus poteſt citatis creditoribus petere, ſibi aliquid aſſignari pro ſuo credito.

Imo etiam non citatis creditoribus poteſt id facere ſine dolo, & fraude, n. 367.

Procedit quò ad effectum lucrandi fructus, ſecus quo ad acquiſitionem dominij, num. 366.

Imo ad effectum lucrandi fructus cenſetur facta appropriatio ipſo iure, nu. 366.

368 Actiones hæredis contra defunctum confunduntur adita hæreditate ſine inuentario.

Cum actio, & paſsio non poſsint eſſe in eodem ſubiecto, num. 369.

Procedit quò ad actiones competentes tempore aditionis, ſecus in ijs, quæ ſuperuenerunt, num. 370.

371 Hæres beneficiatus poteſt deducere expenſas factas ad eius defenſionem.

372 Hæres beneficiatus poteſt deducere expenſas factas in funere defuncti, & alias neceſſarias, & num. 375.

Et expenſas factas bona fide in litigando cum creditoribus, & legatarijs, n. 374.

Et expenſas factas in vltima infirmitate defuncti, num. 376. & 381.

Licet contrarium teneant aliqui, nu. 377.

Et poteſt deducere expenſas factas in recollectione teſtamenti, in inuentario faciendo, & ſimil. num. 387.

Procedit pro expenſis iuſtis, & moderatis, alias ſecus, num. 388.

Et quando hæreditas non eſt ſoluendo, alias ſecus, num. 389.

373 Prælatus poteſt ſuam electionem defendere expenſis Prælaturæ.

378 Hæres pro expenſis funerum, & vltimæ infirmitatis præfertur creditoribus anterioribus.

Procedit ſi d. expenſæ factæ ſint ab hærede, ſecus ſi ab extraneo, num. 379.

Contrarium indiſtinctè tenent Doctores magis communiter, num. 380.

382 Expenſæ vltimæ infirmitatis veniunt appellatione expenſarum funeris.

Ratio affertur, num. 383.

384 Expenſæ funeris, & vltimæ infirmitatis, quæ ſint declaratur.

Inter quas continentur veſtes lugubres etiam famulorum, num. 385.

Et ſalaria Medicorum, & ſimilia, n. 386

390 Hæres beneficiatus tenetur ſoluere vltra vires hæreditarias, quando aliquid malitioſè omiſit deſcribere in Inuētario.

Illum tamen teneri tantum ad duplum rei occultatæ tenent plures, num. 391.

Maximè ſi hæres id fecit bona fide, quo caſu ad nihilum tenetur, num. 392.

In dubio præſumitur, id feciſſe per errorem, non autem per dolum, num. 393.

Licet contrarium teneant aliqui, nu. 395.

Et ſecunda opinio eo magis procedit facta proteſtatione in Inuentario, num. 396.

Niſi conſtaret, hæredem ſcienter id feciſſe, num. 397.

Et eo magis ſi Inuentarium factum fuiſſet per Tutorem, vel miniſtrum, n. 398

Et non tenetur vltra vires, ſi omiſit apponere aliquam rem nimirum, nu. 399.

Cum modicum, & nihil æquiparentur, num. 400.

Neque quando fuerunt omiſſa bona ſtabilia, quæ non poſſunt occultari, nu. 401.

Omiſsio verò deſcriptionis probari debet per allegantem, num. 403.

Aliæ plures limitationes quando hæres omittens deſcribere bona in Inuentario amittat eius priuilegium vidè remiſsiuè, num. 404.

397 Dolum non præſumitur, ſed illud debet probari.

402 Dolum non cenſetur commiſſum in his, quæ de facili detegi poſſunt.

Hæ-

405 *Hæres non gaudet beneficio inuentarij quando illud confecit poſt tempus à lege Statutum.*

Etiam ſi illud incæperit in termino, n.410

406 *Tempus ad conficiendum inuentarium currit à die aditæ hæreditatis, non à die mortis defuncti.*

Licet aliqui teneant currere a die ſcientiæ, ſeu mortis, num.407.

408 *Tempus ad conficiendum Inuentarium non poteſt per Iudicem prorogari.*

Vtrum verò poſsit prorogari per Principem remiſsiuè, num.409.

410 *Inuentarij beneficium prodeſt hæredi quò ad creditores citatos, non autem quò ad non citatos.*

Quicquid contrariũ ſenſerint aliqui, n.411.

Et licet aliqui noluerint, illud eſſe nullum etiam quo ad citatos, num.412.

Dumodo creditores non citati ſint certi, & noti, num.413.

Et ſint præſentes, quia abſentes non ſunt ſpecialiter citandi, num.414.

415 *Hæres qui petijt terminum ad deliberandum tenetur vltra vires etiam confecto inuentario.*

416 *Hæres beneficiatus tenetur vltra vires ſtante Statuto, quod ipſe de beneficio Inuentarij non poſsit opponere.*

417 *Statutum poteſt derogare iure cõmuni.*

418 *Hæres beneficiatus tenetur vltra vires quando Teſtator ei prohibuit confectionem Inuentarij,*

Ratio affertur, num.419.

Licet aliqui contrarium teneant, n.420.

421 *Inuentarium ſi Teſtator remittit hæredi in eius fauorem, ſi illud hæres non conficiat, tenetur vltra vires.*

422 *Teſtator Inuentarium non poteſt remittere in præiudicium creditorum, n.450.*

Cum Teſtator non poſsit præiudicare creditoribus, num.423.

Et Teſtatorem voluiſſe illud remittere probatur ex coniecturis, num.424.

425 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere nomine proprio debita hæreditaria non gaudet beneficio Inuentarij.*

Contrarium tenent plures Doctores, n.426

427 *Hæres beneficiatus fideiuſſor defuncti ſi vti talis conueniatur non gaudet beneficio Inuentarij.*

Ratio affertur, & reſpondetur contrarijs, num.430.

428 *Fideiuſſoria obligatio, quando fideiuſſor ſuccedit principali, & adit illius hæreditatem cum beneficio inuentarij non extinguitur confuſione.*

Licet regulariter quando fideiuſſor ſuccedit principali debitori obligatio fideiuſſoria extinguitur, num.429.

431 *Hæres beneficiatus non gaudet beneficio Inuentarij quando illud eſt nullum.*

432 *Inuentarium non eſſe factum, & nulliter factum paria ſunt.*

433 *Inuentarium dicitur legittimè factum cum ſolemnitatibus, quæ de ſtilo regionis adhibentur.*

434 *Hæres beneficiatus tenetur vltra vires quando defunctus. tenebatur præcisè ad factum.*

435 *Hæres beneficiatus non tenetur ſoluere vltra vires de illa quantitate, quæ ei remiſſa fuit per creditores anteriores.*

436 *Hæres beneficiatus tenetur ſoluere creditoribus de fructibus per eum perceptis adita hæreditate.*

Cum ea, quæ accedunt hæreditati poſt aditionem, illam augeant, num.437.

Procedit ſi creditores ſint detecti, & vrgeant pro ſolutione, alias ſecus, n.440

Non tenetur tamen hæres ſatisfacere de fructibus quando ipſe eſt creditor anterior defuncti, non poſsit ſibi ſoluere de bonis hæreditarijs, num.442.

438 *Inuentarium licet operetur, quod hæres nullum damnum ſentire debeat.*

Non

Non tamen facit quod ipſe debeat lucrari in damnum creditorum, num.439.

441 *Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium hæredis.*

443 *Hæres non tenetur ſoluere debita ultra uires quando creditores fatentur non adeſſe alia bona.*

Ratio affertur, num. 444. & 445.

446 *Ceſſante ratione legis ceſſat ipſa lex.*

447 *Hæres non tenetur ſoluere ultra vires quando obligatio defuncti eſt reſtricta ad iures patrimonij.*

Neque quando Teſtator iuſsit, debita ex illius bonis eſſe ſoluenda, num.448.

Contrariū tenet Author cū Rolan. n.449.

Contraria opinio procedere poteſt quò ad legatarios, num. 451.

Cum legatarijs Teſtator poſsit præiudicare, num.452.

Licet contrarium teneant aliqui etiam quò ad legatarios, num.453.

454 *Hæres non tenetur ſoluere debita vltra uires quando una tantum res eſt in hæreditate.*

455 *Hæres illius, qui donauit eius bona reſeruata ſibi certa quantitate, non tenetur vltra vires hæreditarias.*

Neque quando nihil adeſt in hæreditate deſcribendum, num.456.

Neque quando impenſa in conficiendo Inuentarium ſuperaret ualorem hæreditatis, num.457.

Licet de hoc dubitauerit Phanuc.nu.458.

459 *Hæres qui indutus fuit per dolum ad adeundum non tenetur vltra vires hæreditarias.*

Cum ex dolo ſuo nemo debeat lucrari, numer.460.

Licet contrarium teneant aliqui, nu.461.

462 *Hæres qui coactè adiuit non tenetur ſoluere debita ultra uires, num.462.*

Cum ille nec commodum, nec incommodum ſentire debeat, num.463.

464 *Hæres non tenetur ſoluere debita ultra uires coram ſupremis Iudicibus.*

Neque quando ſtatutum tollit pœnas impoſitas hæredi ob non confectionem Inuentarij, num. 465.

Neque quando Inuentarium fuit hæredi à creditoribus remiſſum, num.466.

467 *Hæres miræ bonitatis non tenetur ſoluere debita ultra uires.*

Contrarium tenent plures Doctores, n.468

469 *Hæres defuncti, qui non tenebatur ultra quam facere poſſet non tenetur ſoluere eius debita ultra uires.*

Contrarium tamen tenent plures Doctores, num. 471.

Ratio concluſionis affertur, num. 470.

Ratio contrariæ opinionis affertur, n.472. & ſeq.

Cum qua uti veriori pertranſit author. num.473.

Secus tamen eſt ſi d. priuilegio gaudeat ipſe hæres, num.474.

472 *Priuilegium quod quis non teneatur vltra quam facere poteſt eſt perſonale, & non tranſit ad hæredes.*

475 *Hæres pro implendis uotis realibus defuncti non tenetur ultra uires.*

476 *Hæres tenetur implere uota realia defuncti, non perſonalia.*

477 *Hæres pro ſoluendo legato alimentorum non taxato non tenetur ultra vires.*

478 *Hæres in pluribus caſibus non tenetur ultra uires hæreditarias ſoluere remiſsiuè.*

479 *Hæres tenetur ſoluere debita defuncti etiam ſequta tranſactione inter hæredem ſcriptū, & venientem ab inteſtato.*

480 *Hæres tenetur ſoluere debita defuncti, non autem donatarius omnium bonorum.*

481 *Hæres non tenetur ſoluere debita, niſi poſt aditam hæreditatem.*

Cum hæres dici non poſſit, qui adhuc non adiuit, num.482.

Hæres

485 *Hæres non tenetur ſoluere debita defuncti, ſi aditio fuit erronea.*
Cum errans non dicatur facere actum inferentem aditionem, num. 486.
Niſi aditio eſſet facta cum clauſula Omni meliori modo, num. 488.
487 *Error excludit conſenſum, ſiuè quo nulla ſtat diſpoſitio.*
489 *Hæres non tenetur ſoluere debita defuncti quando illius obligatio fuit nulla.*
Ratio affertur, num. 490.
Et cum hæres repræſentet defunctum in iure in illius perſona formata, numer. 491.
Maximè quando obligatio defuncti eſt nulla ipſo iure, num. 492.
Et eſt nulla lege impediente, num. 495.
Et quando obligatio defuncti eſt nulla fauore publico, num. 496.
Et etiam ſtante iuramento, num. 497.
Procedit quando obligatio defuncti non firmatur iuramento, alias ſecus, num. 499. & ſeq. vbi declaratur.
493 *Defunctus ſicut poterat contrauenire illius obligationi nullæ.*
Eo magis illi contrauenire poteſt illius hæres, num. 494.
498 *Iuramentum eſt perſonale, & non tranſit ad hæredes.*
502 *Iuramentum quando firmet actum nullum remiſsiuè.*
503 *Hæres quando poſſit venire contra factum defuncti nullum remiſsiuè.*
504 *Hæres in re certa non tenetur ad ſoluendum debita defuncti.*
Neque hæres inſtitutus in quota bonorum, num. 509.
Inſtitutus autem in quota bonorum ſentit damnum æris alieni per accidens, num. 512.
Quicquid ſit in inſtituto in quota hæreditatis, num. 509.
Procedunt prædicta ſi ſit datus hæres vniuerſalis, ſecus ſi nullus datus ſit cohæres, num. 514.
Et idem eſt ſi hæres vniuerſalis repudiet vel mortuus ſit ante aditionem, n. 515
Hæres autem in re certa tenetur ſoluere debita quando hæreditas non eſt ſoluendo, num. 516.
505 *Inſtitutus in re certa dato alio hærede vniuerſali non dicitur hæres, ſed habetur loco hæredis.*
Vel eſt teritium genus de per ſe, non vocetur hæres ſingularis, num. 506.
507 *Legatarius non tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti, & num. 508.*
510 *Inſtitutus in quota bonorum non differt ab inſtituto in re certa.*
511 *Quota bonorum non venit ſub nomine hæreditatis.*
517 *Creditores defuncti præualent hæredibus, legatarijs, & ſimil. & numer. 534. & 570.*
518 *Hæredi in re certa non datò hærede vniuerſali accreſcit hæreditas, ſecus tamen eſt ſi ſit tantum legatarius.*
519 *Hæres grauatus reſtituere non tenetur ſoluere debita, ſi coactus adiuit.*
Ratio affertur, num. 520.
Etiam ſi poſt coactionem prædecedat fideicommiſſarius ante ei factam reſtitutionem, num. 522.
Ita ut poſt compulſionem ante reſtitutam hæreditatem non poſsit a creditoribus conueniri, num. 523.
521 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
524 *Hæres grauatus purè reſtituere, qui totam reſtituit, non tenetur ſoluere debita hæreditaria.*
Reſtituta enim hæreditate fideicommiſſarius in loco hæredis ſuccedit, num. 525.
Si tamen retinet quartam tenetur illa ſoluere pro dicta rata, num. 528.

Pro

Procedit reſtituta per eum hæreditate, ſecus ante reſtitutionem, num. 536.

Non tenetur tamen ſi retineat aliquam rem certam de mandato Teſtatoris, numer. . . .

Ratio affertur, num. 532.

Prædicta procedunt quando hæreditas reſtituta per grauatum eſt ſoluendo, alias ſecus, num. 533. & ſeq.

526 *Debitor non poteſt inuitis creditoribus actiones paſſiuas in alium transferre.*

Hæres tamen grauatus poteſt eas in fideicommiſſarium transferre. n. 527.

537 *Hæres grauatus tenetur ſoluere cenſus, collectas, penſiones, & ſimil. pro tempore quo hæreditas eſt apud eum.*

Et an hoc procedat in intereſſe, quod currit pendente termino ad reſtituendum, remiſsiuè, num. 538.

539 *Hæres grauatus reſtituere ſub conditione, ſi ante reſtituat, actiones non tranſeunt in fideicommiſſarium ex Trebelliano.*

Maximè quando hæres eſt grauatus reſtituere poſt eius mortem, quod declara, vt num. 540.

Licet contrarium indefinitè quod hæres poſsit reſtituere ante tempus tenent plures, num. 541.

542 *Hæres an poſsit reſtituere hæreditatem ante tempus in præiudicium creditorum remiſsiuè.*

543 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem pro ſoluendis debitis defuncti poteſt alienare bona fideicommiſſaria.*

Ita ut illa non teneatur ſoluere de fructibus bonorum fideicommiſſi, num. 544.

Ratio affertur, num. 545.

Quicquid aliqui malè contrarium teneat, num. 546.

Neque tenetur hæres fructus in eius credita imputare, num. 547.

Cum ſtatum a die mortis Teſtatoris præſumatur, hæredem de ſuo credito ſibi ſatisfeciſſe, num. 548.

Licet contrarium teneant aliqui, nu. 549.

550 *Hæres grauatus reſtituere poteſt deducere eius creditum etiam non facto Inuentario.*

551 *Hæres non tenetur ſoluere debita defuncti, qui ſe obligauit cum taxatiua.*

Contrarium teneut aliqui, num. 555.

552 *Dictiones taxatiuæ operantur, quod contractus non tranſeat ad hæredes.*

Ratio affertur, num. 553.

554 *Pacta perſonalia non tranſeunt ad hæredes.*

Hæres non tenetur ſoluere debita defuncti quando fuit actum, quod illius promiſsio non tranſeunt ad hæredes, n. . .

556 *Hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro portione hæreditaria tantum.*

Etiam quod ſit obligatus executiuè, & in forma Cameræ, num. 558.

Et etiam ſi debitum ſit fiſcale, & priuilegiatum, num. 559.

Et etiam ſi conueniatur a filio pro ſua legittima, num. 560.

Quæ procedunt in hæredibus tam in feudalibus, quam in burgenſaticis, numer. 562.

Ac etiam ſi vnus ex hæredibus fiat non ſoluendo, num. 563.

Et licet vni ex hæredibus Teſtator fecerit prælegatum, num. 564.

Etiam ſi prælegatarius ſuſcepiſſet iudicium paſsiuè, num. 566.

Ac etiam ſi Teſtator ad fauorem hæredis prælegatarij inſtituiſſet primogenituram, de quo remiſsiuè, num. 567.

Tenetur tamen prælegatarius quando hæreditas non eſt ſoluendo, & prælegatum eſt magnum, num. 569.

Et quando onus eſt impoſitum ſuper re prælegata, num. 571.

Hæres

557 *Hæres repræſentat deſunctum pro portione tantum pro qua eſt hæres.*

561 *Tertij poſſeſſores non poſſunt conueniri pro legitima niſi pro rata.*

565 *Legatarius, nec prælegatarius non ſuccedit in viribus paſſiuis defuncti.*

568 *Hæres non tenetur ſoluere debita defuncti ex bonis primogenituræ, vel maioratus remiſſiuè.*

572 *Hæres poteſt ſoluere debita hæreditaria pro ſua parte etiam inuito creditore.*

573 *Creditor recipere non cogitur particularem ſolutionem.*

Procedit ſoluente creditore, ſecus ſoluente hærede, num. 574.

575 *Mandatum relaxatum contra vnum ex pluribus hæredibus pro tota ſumma non eſt exequendum.*

576 *Statuto ſtante quod bona immobilia decedentis ab inteſtato debeantur proximioribus ex parte patris, mobilia verò proximioribus ex parte matris quomodo dict. ſuccedentes teneantur ad ſolutionem debitorum, remiſſiuè.*

577 *Quotitas hæreditatis attenditur non quantitas ad cognoſcendũ pro qua rata hæres teneatur ſoluere debita defuncti.*

578 *Hæres vnus conuentus hipotecaria, vel Saluiano tenetur ſoluere totum debitum defuncti.*

Et non poteſt opponere de excuſſione facienda contra cohæredes, num. 581.

Si tamen ſoluat poteſt repetere a cohærede pro rata, num. 583.

Et poteſt cogere creditorem ad cedendum ſibi iura contra cohæredem, num. 584.

Fallit ſi conueniatur vti poceſſor vnius fundi cenſualis pro fructibus cenſus quia non tenetur, niſi pro rata dicti fundi, num. 586.

Contrarium, quod dict. poſſeſſor teneatur in ſollidum pro toto cenſu tenent alij, num. 587.

579 *Hipoteca eſt indiuidua, & num.* 625.

Et ideò illa datur contra quemlibet poſſeſſorem in ſollidum, num. 580. *&* 626.

582 *Excuſsio eſt facienda in actione hipotecaria:*

585 *Hæres vnus tenetur in ſollidum, ſi conuentatur pro re certa, quæ apud eum extat.*

588 *Hæredes plures tenentur ſoluere debita pro rata etiam ſi ſint diuerſi fori.*

589 *Hæredes plures tenentur quo ad onera realia prout quiſque poſsidet.*

590 *Hæredes plures tenentur ad ſolutionem canonis in ſollidum.*

Fallit quando hæredes diuiſerunt emphiteuſim cum conſenſu domini, num. 594

591 *Hæredum plurium ſi vnius ſoluit canonem, & alius non, tota res incidit in commiſſum.*

Conditio enim ſi canonem non ſolueris eſt indiuidua, num. 592

Contrarium tenent plures Doctores, numer. 593.

595 *Hæredes tenentur ſoluere debita in ſollidum ſtante pacto inter eos facto.*

Quod pactum non nocet creditoribus, quin poſsint agere contra eos pro rata, numer. 596:

597 *Pactum factum per hæredes a creditoribus non præiudicat.*

598 *Hæredes tenentur ſoluere debita in ſollidum ſi Teſtator id mandauit.*

Si Teſtator id mandet in teſtamento, ſecus ſi in contractu, num. 599.

Procedit quò ad ipſos hæredes, non quò ad creditores, qui tenentur agere pro rata præcepto non obſtante, num. 600.

601 *Hæredes plures fauore dotis tenentur in ſollidum, non pro rata.*

Contrarium vti verius tenent plures Doctores, num. 602.

Cum quibus pertranſit Author, num. 607

Ratio affertur, num, 603.

Fallit

Fallit concluſio ſi Teſtator mandet, totam dotem ſolui per vnum hæredem, n.608

604 *Regulam habens pro ſe dicitur habere intentionem fundatam.*

605 *Dos comprahenditur ſub generali diſpoſitione quando in illo caſu non eſt ſpecialiter priuilegiata.*

606 *Specialia non ſunt multiplicanda.*

607 *Lex cum ab vno, ff. de legat. 2. declaratur per Doctores remiſſiuè.*

609 *Hæres qui falſo aſſerit, eſſe hæredem in minori quantitate tenetur ſoluere in ſollidum.*

610 *Hæres tenetur ſoluere in ſollidum intereſſe, quod ſubrogatur loco facti indiuidui.*

611 *Obligatio licet ſit indiuidua quando deuenitur ad intereſſe eſt diuidua.*

Quod declaratur, num. 612.

613 *Hæredes plures tenentur in ſollidum ad præſtanda alimēta debita ex contractu.*

Ratio affertur, num. 614.

Maximè in alimentis futuris, num. 623.

Et quando intentatur actio hipotecaria, num. 624.

Contrariam opinionem tenent indiſtinctè plures Doctores, num. 615.

Ratio huius contrariæ opinionis affertur, num. 619.

Et remouentur contraria, n. 620. & 621.

Affertur diſtinctio Surd. quæ non approbatur, num. 622.

616 *Iudex poteſt cogere vnum ex hæredibus ad ſubeundum onus alendi cæteris contribuentibus.*

Quod fieri ſolere quando agitur de creditis minutis tenent aliqui, num. 617.

618 *Iudex poteſt cogere obligatum alere ad aſſignanda bona, ex quibus alimenta percipiat.*

627 *Hipoteca quando competat pro alimentis remiſſiuè.*

628 *Hæres quando teneatur ſubire onera hæreditaria pro rata recenſentur plures caſus remiſſiuè.*

629 *Hæres non tenetur ſoluere debita defuncti quando ei alias non adituro maior pars creditorum remittit partē debiti.*

Fallit ſi maior pars creditorum totum debitum remittat in præiudicium minoris partis, num. 630.

631 *Creditorum maior pars quando poſſit remittere debitum hæredi in præiudicium minoris partis remiſſiuè.*

632 *Hæredes tenentur ſoluere debita defuncti etiam ſi ſint vocati ante natiuitatem.*

233 *Executio ralaxata contra defunctum non poteſt exequi contra hæredem conuentionalem.*

634 *Hæres qui non eſt non tenetur ſoluere debita defuncti licet ſuccedat in fideicommiſſo deſcendentibus, vel ſiue ſanguinis relicto.*

HÆRES

HÆRES,

TAM SIMPLEX, QVAM BENEFICIATVS; Quando teneatur ſoluere debita defuncti.

ARTICVLVS PRIMVS.

MATERIA præſentis Articuli, Quando hæres tam ſimplex, quã beneficiatus teneatur ſoluere debita defuncti eſt in foro ſatis frequens, ampla, & admodum vtilis, & ideo ego decreui illam plenè, & diligenter, quantum in me eſt, pertractare; pro cuius elucidatione prius, & ante
1 omnia præmittendum cenſui, quod aditio hæreditatis non præſumitur, vt ſcripſerunt *Card. Mant. de conіect. vlt. vol. lib. 12. tit. 9. nu. 3. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 99. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 40. num. 8. & ſeq. lib. 1. Ciriac. contr. 244. n. 21.* qui plures dat concordantes, *Vrſell. in exam. apum. concl. 51. num. 7. & ſeq. Capic. Latr. deciſ. 117. num. 1. & 25. part. 1. Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 39. num. 91.* cum quibus pertranſit *Rota deciſ. 96. num. 3. par. 6. rec.* vbi habetur, hoc magis habere locum in tranſuerſalibus, & apud *Merlin. deciſ. 34. num. 2. tom. 1. & deciſ. 141. num. 2. par. 10. recent.* & alibi paſſim.

2 Adire enim hæreditatem eſt quod facti, *l. pro hærede, 20. ff. de acqui. hæred. Menoch. de præſump. d. lib. 4. præſump. 99. num. 4. Ciriac. d. contr. 244. nu. 21. Bello. lun. de iure accreſc. cap. 5.*
3 *quæſt. 48. num. 11. tom. 1.* facta autem non præſumuntur, niſi probentur, *l. in bello, 12. §. factæ, ff. de capt. & poſt. reuer. l. aſſeueratio, 10. C. de non numer. pecun. l. ſi emancipat. 9. C. de collat.* cum alijs relatis per *Maſcar. de prob. concluſ. 732. num. 1. & ſeq. lib. 2. per Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 14. num. 1. & ſeq. & per Barb. axiom. 93. num. 27.*

4 Itaut qui aſſerit, hæreditatem fuiſſe aditam, teneatur id probare plenè, & concludenter, *l. neceſſarijs 57. ff. de acqu. hæred. l. 1. C. ſi vt ſe ab hæred. &c.* & tradunt *Card. Mant. de coniect. d. lib. 12. tit. 9. nu. 4. Surd. deciſ. 154. num. 18. & ſeq. Ciriac. d. contr. 244. num. 2.* alios adducens ita ſentientes *Capic. Latr. d. deciſ. 117. num. 1. & 25. Maſſin. de confiſ. bon. d. quæſt. 39. n. 91. & ſeq. Vrſell. in exam. apum. d. concl. 51.*

numer. 7. & Rota apud Buratt. deciſ. 107. num. 1. & ſeq. & deciſ. 544. n. 5. & apud Merlin. d. deciſ. 34. num. 2. & 3. & deciſ. 145. numer. 14. par. 14. recentior.

5 Et non ſufficiant ad illam probandam præſumptiones, & coniecturæ, vt tradunt *Vrſell. in exam. apum. d. concluſ. 51. num. 8. Rota apud Buratt. deciſ. 207. num. 5. & deciſ. 589. num. 12. & 20.* vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi hæreditas ſit opulenta, & apud *Cardin. Caualer. deciſ. 431. in princip.*

6 Licet contrarium tenuerint *Gratia. Surd. & Magon. relati per Vrſell. dict. concluſ. 51. num. 8.*

7 Et neque ſufficiant probationes equiuocæ, & dubiæ, vt tradunt *Vrſell. in exam. apum. d. concluſ. 51. num. 8. Altograd. conſ. 81. num. 44. lib. 1. Ciriac. controuerſ. 244. num. 27. Pract. Ridolph. lib. 1. cap. 5. num. 24. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 39. numer. 90. & Rota apud Buratt. deciſ. 621. numer. 9. & apud Card. Celſum deciſ. 129. numer. 1. & apud Merlin. deciſ. 873. num. 3.*

8 Neque quod illa fuerit delata, ſi non conſtet de aditione, *Crauet. conſ. 222. ſub num. 11. Rota apud Buratt. deciſ. 589. numer. 8. & in Rauſ. feud. 9. Decembr. 1624. poſt princ. cor. R. P. D. Remboldo, & apud Card. Celſum deciſ. 129. num. 3.* & dixi infra
9 *nu. 184.* Neque quod quis fuerit inſtitutus in teſtamento, ſi pariter non conſtet de aditione, vt not. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 752. num. 22. par. 4.* & dixi *Ego alleg. 3. num. 55. & 56. addo Bellon. Iun. de iure accreſcen. cap. 7. quæſt. 29. num. 22.* & dixi pariter infra *num. 283.*

10 Amplia dictam concluſionem, quod aditio hæreditatis non præſumitur, ſed illa debet probari ab allegante, vt habeat locum non ſolum in hæredibus extraneis, ſed etiam in filio, qui licet ob ſuitatem videatur ipſo iure hæres patris, *l. in ſuis, 11. ff. de libe. & poſth. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtam. cum ſimil. Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt. 39. num. 96.* tamen propter beneficium abſtinendi a prætore ei conceſſum non præſumitur hæres patris, ſed vt ille valeat a creditoribus paternis conueniri debet probari, illum hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe, vt not. *gloſ. Bart. Bald. & alij in l. neceſſarijs, 57. ff. de acquir. hæred. Roland. conſ. 20. num. 17. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. d. lib. 12. titul. 10. num. 2. Menoch. d. præſumpt. 99. num. 4. lib. 4. Surd. d. deciſ. 154. num. 17. Anton. Gomez var. reſol. tom. 1. cap. 9. n. 25. verſ. ſed his non obſtantibus &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ciriac. d. controuerſ. 244. numer. 24. & controuerſ. 181. nu. 11. Pract. Ridolph. par. 1. cap. 5. num. 26. & Rota dec. 96. num. 4. par. 6. rec. & in Macerat. redd. ration. 21. Iunij 1641. verſ. Nec ſecundum, coram Reuerendo Patre Domino Merlino.*

11 Limita tamen dictam ampliationem, vt habeat locum quando filius a creditoribus paternis conuenitur, & ſic quando agitur de eius damno, quia tunc non præſumitur hæres patris, ſed debet id probari per creditores, ſecus tamen eſt, quando ipſe filius aget, & tractatur de eius commodo, quia tunc præſumitur hæres, niſi contrarium probetur, vt tradunt *Rolan. d. conſ. 20. num. 17. & 18. lib. 1.* vbi

vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione *Car. Mantic. de coniect. d. lib. 12. tit. 10. num. 3. Menoch. d. præſumpt. 99. num. 5.* vbi plures adducit ita ſentientes, *Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 1. num. 30. Saluſt. in pract. A.C. lib. 1. cap. 45. numer. 5. Ciriac. d. controuer. 181. num. 12. Pract. Ridolph. par. 1. cap. 5. numer. 25. & ſeq. vbi num. 31.* dicit, hoc non procedere quando filius eſt infans, vt ibi per eum, *Poſt. de manuten. obſeruat. 87. num. 6. & Rota apud Card. Ottob. deciſ. 137. numer. 18. & in Romana cenſus 22. Martij 1648. §. Quod autem &c. cor. R.P.D. Ghiſil.*

12 Quæ adeo vera ſunt, vt ſi filius conueniatur a creditoribus paternis, & ipſe in iudicio compareat vti filius, & non vti hæres, & nullum actum faciat vti hæres non poterit condemnari ad ſoluenda debita patris, quia non dicitur conſtare illum eſſe hæredem, cum ipſe filius id non teneatur excipere, & negare, ſed id ſit de intentione agentis, vt tradunt *Bald. & Alex. in leg. neceſſarijs, 57. ff. de acquiren. hæredit.* vbi teſtatur de communi, idem *Alex. conſil. 72. numer. 3. lib. 5. Rolan. dict. conſ. 20. per tot. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Cardinal. Mantic. de coniectur. dict. lib. 12. tit. 10. numer. 4. Anton. Gomez variar. reſolut. dict. capit. 9. numer. 25. verſic. & ego teneo contrarium, Paſcal. de patr. poteſtat. dict. part. 4. capit. 1. numer. 20.* & benè declarant *Coſta de re integ. diſtinct. 6. num. 4. & ſeq. & Cartar. deciſ. 32. numer. 12.* vbi quamplures dat concordantes, etiam de communi, & magis communi opinione atteſtantes.

13 Quicquid ſcripſerint *Bald. ſibi contrarius in leg. 1. prope fin. C. commun. de legat. Cirl. & Ang. in dict. leg. ſi cum dotem, 23. §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon.* dicentes, quod filius ſuſcipiens iudicium cum creditoribus patris, licet non neget eſſe hæredem patris per ſuſceptionem iudicij, præſumitur hæres, & poteſt vti hæres condemnari, contra quos adeſt magis communis opinio, de qua habetur per *Rolan. dict. conſ. 20.* vbi illorum rationibus reſpondet, & dicit, illos male fuiſſe locutos.

14 Sub limita dictam limitationem, quod filius, quando agit, & ſic tractatur de eius commodo præſumatur hæres, vt habeat locum, quando agitur de hæreditate paterna, ſecus autem ſi agatur de hæreditate materna, quia tunc filius non præſumitur hæres matris, etiam ſi ipſe veniat agendo, & tractetur de eius commodo, ſed ſemper id debeat probari, vt tradunt *Magon. deciſ. Lucenſ. 62. numer. 19. Cartar. deciſ. Genuenſ. 54. numer. 22. Adden. ad Gratian. deciſ. March. 122. numer. 2. Paſcal. de patr. poteſt. dict. part. 4. cap. 1. numer. 3. Ciriac. controuer. 181. num. 12. & dict. controuerſ. 244. numer. 25. Altograd. conſ. 81. num. 39. & ſeq. lib. 1. & Rota deciſ. 191. num. 5. part. 4. recen. tom. 2. & deciſ. 757. numer. 10. apud Merlin. & deciſ. 165. numer. 49. par. 7. recen. & deciſ. 423. numer. 10. par. 13. recent.*

15 Licet contrarium teneant *Caroc. deciſ. 43. per tot. Morot. conſ. 11. num. 14.* & non diſſentit *Coſta de retrotr. cap. 8. caſu 2. numer. 20. & 22.* & latè comprobat *Poſt. de manut. obſeruat. 87. num. 6.*

num.6. dicens ita pluries iudicaſſe.

16 Niſi tamen filius agat, & agendo ſe faciat hæredem matris, quia tunc conſtaret de animo ipſius verbis declarato, vt declarant *Caroc. d. deciſ. 43. num. 8. Altogr. d. conſ. 81. numer. 43. & Thomat. deciſ. March. 118. numer. 14.*

17 Quæ omnia habent locum etiam ſi agatur de hæreditate opulenta, quia adhuc illius aditio non præſumitur, licet tunc leuiores ſufficiant probationes, vt docent *Menoch. de præſumpt. d. præſumpt. 99. num. 3. verſ. & hæc quidem &c. lib. 4. Card. Mant. de coniect. d. lib. 12. tit. 52. numer. 28. Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. acquiſitio hæredit. quæſt. 5. num. 3. Maſcard. de probat. concl. 40. num. 9. lib. 1. & Altogr. d. conſ. 81. num. 44. lib. 1.*

18 Actus autem per quos inducitur aditio ſunt qui fieri non poſſunt citra ius, & nomen hæredis, quos hic referre nimis longum eſſet, videas illos per *Maran. in l. is poteſt, ff. de acq. hæred. per Maſcard. de probat. concl. 40. cum concl. ſeq. lib. 1. & per Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 100. & 101. per tot.* & per *Vrſill. in exam. apum concluſ. 51. num. 1. & plurib. ſeq.*

19 His ſic pro faciliori dicendorum intelligentia præmiſſis ad quæſtionem noſtram accedendo concluſionem facio affirmatiuam, & communiter receptam, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, *ad text. in l. ſi cum dotem, 23. §. tranſgrediamur in fine, & ibi hoc not. Bart. Bald. Caſtren. Alex. Imol. Barboſ. & alij Doct. communiter, ff. ſolut. matr. & in l. fin. §. cum igitur, & ibi Doct. C. de iur. delib.* & adnotarunt ex Neotericis, *Ciriac. controuerſ. 5. num. 95. & 102. & controuerſ. 347. num. 14. Andreol. controuer. 12. num. 12. Redenaſ. conſ. 41. num. 6. Caluin. de equit. cap. 54. num. 2. lib. 1. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 16. num. 13. & 14. & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 442. num. 3. & ibi Adden. num. 5. & apud Merlin. deciſ. 440. in princ. & apud Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 221. num. 11. & deciſ. 64. numer. 12. par. 8. rec.* & alibi paſſim.

20 Hæres enim repræſentat perſonam defuncti in iure formato actiuè, & paſſiuè tempore mortis illius, *l. ſi filius, 21. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtat. Ciriac. controuerſ. 212. num. 13. Sperell. deciſ. 169. num. 25. & ſeq. lib. 2. Caluin. de equit. cap. 197. numer. 3. lib. 2. Rota deciſ. 503. num. 2. & deciſ. 590. num. 30. par. 4. recen. tom. 3. & apud Merlin. deciſ. 13. num. 1.* & dixi *Ego Alleg. Forenſ. 9. num. 34.*

21 Ac vna, & eadem perſona eſſe cenſetur cum defuncto, §. 1. *auth. de iuriur. à morien. præſt.* & not. *Gratian. diſcep. Foren. cap. 203. num. 2. part. 2. Ciriac. controuerſ. 170. num. 69. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 9. numer. 2. & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 535. num. 5. & deciſ. 269. numer. 7. par. 12. recent.*

22 Et ideo in eum tranſeunt omnes obligationes defuncti, & contra defunctum competentes, *l. 2. C. de hær. actio. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 717. num. 28. par. 4. Ciriac. controu. 24. numer. 22. Hodiern. controuerſ. Forenſ. capit. 31. num. 1. & ſeq. Rota apud Cenc. de Cenſib. deciſ. 225. num. 3. & deciſ. 669. num. 3. par. 2. rec.* & apud *Zach. de obligat. Camer. deciſ. 27. numer. 11.*

23 Itaut teneatur ad omne id, ad quod tenebatur defunctus, *Thomat. deciſ. March. 63. numer. 3. Rota apud Merlin.*

lin. de pignorib. deciſ. 52. *in fine*.

24 Maximè cum hæres adeundo hæreditatem dicatur quaſi contrahere cum creditoribus, & legatarijs, §. *hæres Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc.* & tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 657. *num.* 45. *& ſeq. par.* 4. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat.* 115. *numer.* 8. vbi dicit, hæredem adeundo hæreditatem dici quaſi contrahere non ſolum cum creditoribus, ſed etiam cum ipſo defunćto ad hoc, vt eius facto ſtare debeat, vt ibi per eum *Capic. latro. deciſ.* 15. *num.* 18. *part.* 1. *Rota deciſ.* 297. *num.* 3. *par.* 4. *diverſ. & deciſ.* 477. *num.* 4. *part.* 2. *recent. & deciſ.* 118. *num.* 24. *par.* 12. *recen.* & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 51. *num.* 20. *& allegat.* 52. *num.* 34.

25 Itaut ex quaſi contractu in ſolidum teneatur, *l. ex maleficijs*, 5. *ſi quis abſentis, ff. de action. & obligat.* & not. *Hond. conſ.* 34. *num.* 25. *lib.* 1. *Gratia. diſcept. Forenſ. cap.* 657. *num.* 45. *par.* 4. *& cap.* 839. *num.* 4. *par.* 5. *Ciriac. controuer.* 519. *num.* 23. *Capic. latro. deciſ.* 122. *num.* 25. *part.* 2. *& Rota d. deciſ.* 477. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

26 Licet quod hæres adeundo hæreditatem non dicatur quaſi contrahere cum creditoribus, ſed tantum cum legatarijs, itaut creditoribus non teneatur ſoluere ex quaſi contractu, ſed ex eodem contractu, quo obligatus erat defunctus, tenuerint *Surd. conſ.* 112. *num.* 69. *vol.* 1. *& conſ.* 196. *num.* 59. *& conſ.* 221. *num.* 26. *lib.* 2. *& conſ.* 425. *num.* 29. *lib.* 3. *& deciſ.* 10. *num.* 5. *& deciſ.* 310. *numer.* 3. *idem Gratian. diſcept. Forenſ. capit.* 981. *num.* 17. *& ſeq. part.* 5. *& Craſſ. de ſucceſſ. lib.* 2. *art. Acquiſ. hæredit. quæſt.* 19. *numer.* 3. vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione.

27 Amplià primò dictam concluſionem illatiuè, vt contra hæredem ad fauorem creditorum ex dicta aditione hæreditatis oriatur actio perſonalis, *l. pen. C. de action. & obligat.* cum alijs adductis per *Vincen. de Franch. deciſ.* 53. *num.* 6. *& ſeq.* & dixit *Rota deciſ.* 7. *in princ. par.* 12. *recen.*

28 Sub amplia dictam primam ampliationem, vt quando hæres adiuit hæreditatem ſine beneficio Inuentarij, & defunctus obligauit expreſsè bona hæredis, ſuper illis competat etiam actio hipotecaria concurrentibus poteſtate defuncti, qui potuit etiam de bonis hæredis diſponere, & voluntate ipſius hæredis, qui adeundo ſimpliciter hæreditatem factum defuncti totaliter approbaſſe cenſetur, vt declarant *Scapuc. de Salutan. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 3. *verſ. alij vero &c. Hodiern. ad Surd. deciſ.* 315. *num.* 4. *& ſeq. Gratian diſcept. Foren. cap.* 225. *in fin. part.* 2. *& Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 127. *num.* 6. *& apud Zach. de obligat. Camer. deciſ.* 187. *numer.* 25. *&* 26. *& deciſ.* 239. *ferè per tot. & deciſ.* 7. *num.* 3. *par.* 12. *recent.* vbi aliæ plures cumulantur.

29 Amplia ſecundò dictam concluſionem, vt habeat locum ſiuè hæres ſit filius, ſiuè extraneus, & ſiuè debitum ſit ex contractu, vel quaſi, ſiuè ex maleficio, vel quaſi, & ſiuè ſit hæres ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato, *ad tex. in cap. ex præſentium, in fine*, 3. *de pignor. & in cap.* 1. *de ſolut. & in cap fin. de ſepult.* & not. *Boer. deciſ.* 57. *n.* 4. *par.* 1. *Paitell. expèd. ciuil.* 17. *in princ.* & ità ſentit *Ciriac. contr.* 586. *in princ. Rot. dec.* 79. *n.* 5. *par.* 9. *rec. tom.* 1.

30 Sub amplia primo dictam ſecundam ampliationem, quod filius hæres patris teneatur ſoluere creditoribus debita hæreditaria etiam de ſua legitima, ſi hæreditas non ſit ſoluendo, vt tradunt *Suarez in l. quoniam, in prioribus, ampliat. 7. ſub numer. 15. verſ. concluſiuè igitur &c. C. de inoff. teſtam. Natt. conſ. 214. num. 4. par. 1. & Mangil. de euiction. quæſt. 32. num. 7. & num. 26. & ſeq. & quæſt. 35. numer. 6. & ſeq.*

31 Legitima enim non debetur filio, niſi ſatisfactis prius creditoribus, & ſoluto ære alieno, *l. Papinianus*, 8. *§. quarta, & ibi not. Bart. Bald. Caſtr. Cagnol.* & comuniter Doct. *ff. de inoff. teſtam.* & adnotarunt etiam *Mangil. de euict. d. quæſt. 32. num. 4. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 2. & lib. 2. tit. 1. quæſt 16. in princ. Cancer. variar. reſolut. part. 1. cap. 3. numer. 44. Bellon. Iun. de iure accreſcen. lib. 9. quæſt. 24. num. 78. & Rota deciſ. 517. numer. 3. par. 4. diuerſ. & deciſ. 323. num. 17. par. 12. recent.*

32 Itaut ſi æs alienum totam abſorbeat hæreditatem nulla filio debeatur legitima, vt poſt *Bald. in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberat.* not. *Oſaſch. deciſ Pedemont. 148. num. 12. verſ. & quo ad creditores, Phanuc. de inuent. par. 5. num. 68. & Adden. Ad Pattell. expedit. ciuil. 15. numer. 16. & 24.*

33 Declara dictam ſubampliationem, vt habeat locum, non ſolum quando filius eſt hæres vniuerſalis ſui Patris, ſed etiam quando ab eo fuit inſtitutus in ſola legitima ſub nomine quotæ hæreditatis, quia etiam pro dicta portione in eum tranſeunt obligationes defuncti, & pro illa tenetur ſtare contractui paterno, & illius debita ſoluere illius creditoribus, *l. 1. C. ſi certum petat. l. 2. C. de hæred. action.* & not. *Bald. in l. cum a matre, 14. num. 5. verſ. aduerte ne erres &c. C. de rei vendicat. Gabr. commun. concluſ. de regul. iur. concluſ. 11. num. 15. verſ. ſublimita &c.* & clarius *Mangil. de euict. d. quæſt. 32. num. 3. & ſeq. & num. 20. & quæſt. 35. num. 6.* & faciunt notat. per *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 275. num. 6. part. 2.* vbi dicit, quod hæres inſtitutus in quota, non dicitur legatarius, ſed hæres pro illa quota, vt ibi per eum.

34 Cum hæres qui partem hæreditatis retinet, pro illa parte perſtringatur oneribus hæreditarijs, *ad text. in d. l. 1. C. ſi cert. petat. & in d. l. 2. C. de hæredit. action.* & not. *Coſta de ratio rata, quæſt. 28. num. 6. & quæſt. 23. per tot. Gratian. deciſ. March. 146. num. 2. & diſcept. Forenſ. cap. 36. num. 17. par. 1. & cap. 766. num. 32. par. 4. Ciriac. controuerſ. 320. num. 11. & Rota apud Gregor. XV. deciſ 442. num. 3.* & dixi infra num. . . .

35 Limita primò dictam ſubampliationem, quod filius hæres patris tenetur ſoluere æs alienum illius etiam de legitima, vt habeat locum, quando ipſe eſt hæres patris vniuerſalis, vel eſt inſtitutus tantùm in legitima ſub nomine quotæ hæreditatis, ſecus tamen eſt ſi pro legitima ſit inſtitutus tantùm in re certa, quia tunc non tenetur ad ſolutionem debitorum patris, *l. quoties, 13.* & ibi hoc not. Doctores communiter, *C. de hæred. inſtitut. l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber.* & ſcripſerunt *Phanuc. de inuent. par. 5. num. 81. Rolan. in eodem tract. par. 4. verſ. quid ſi*

pater, num. 6. & ſeq. Mangil. de euict. quæſt. 32. nu. 9. & ſeq. vbi dicit hanc opinionem eſſe per Doctores communiter receptam, *& quæſt. 35. numer. 11. & Gabr. commun. concluſ. de regul. iur. concluſ. 11. num. 15. verſ. ſublimita &c.* & dixi latius infra *num.* . . .

36 Inſtitutus enim in re certa non dicitur hæres, ſed habetur loco legatarij, vt not. *Gratian. diſcept. Forenſ. capit. 275. num. 2. & ſeq. par. 2. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 261. num. 2. & ſeq. & quæſt. 341. num. 2. & ſeq.* vbi plures dat concordantes, *Ciriac. controu. 128. num. 80 Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 4. num. 108. & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 244. numer. 7 & deciſ. 495. num. 3. & ſeq. & deciſ. 152. num. 4. par. 9. rec. tom. 1. & deciſ. 368. num. 18. d. part. 9. rec. tom. 2.* vbi ampliatur, hoc procedere, etiam ſi in teſtamento fuiſſet vocatus hæres vniuerſalis, vt ibi per eam, & dixi latius infra in limitationibus ad regulam.

37 Et ideo non mirum ſi non teneatur ad ſoluenda debita defuncti patris, vt aduertunt *Boer. deciſ. 57. numer. 2. Honded. conſ. 68. num. 14. lib. 2. Peregr. de fideicom. artic. 4. num. 4. Coſta de ratio. ratæ quæſt. 2. num. 3. & Fachin. controuerſ. iuris, lib. 4. cap. 15. in princ. & Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 64. in fine, & deciſ. 103. numer. 18.*

38 Cum neque legatarius, neque prælegatarius, nec inſtitutus in re certa ſuccedunt in iuribus defuncti actiuis, neque paſſiuis, *d. l. 1. C. ſi cert. petat. l. 1. § ſi hæres, ff. ad trebell. l. fin. C. eod. tit. l. quoties, 13. C. de hæred. inſtit.* cum alijs relatis per *Coſt. de*

39 *ratio. ratæ d. quæſt. 2. num. 3.* Et cum æs alienum non ſequatur fundum, *d. l. quoties, 13. C. de hæred. inſtit.* vt not. Doctores communiter in *l. cum à matre, 14. C. de rei vendic. & in leg. fin. §. in computatione, C. de iure delib. & Mangil. de euict. d. quæſt. 32. num. 9.*

40 Amplia dictam limitationem, vt habeat locum non ſolum quando filius eſt inſtitutus pro ſua legitima in re certa, ſed etiam quando pro illa eſt inſtitutus in quota bonorum, vt ſi pater dixerit inſtituo Titium filium meum in tertia parte illi debita iure naturæ, quia etiam ſic inſtitutus non tenetur ad ſolutionem debitorum patris, cum in illum non tranſeat obligatio defuncti, vti in hæredem, vt voluerunt *Mangil. de euict. d. quæſt. 32. num. 10. & ſeq. & dict. quæſt. 35. num. 11. & Rolan. de inuentar. d. par. 4. verſ. Quid ſi pater &c. num. 8 & ſeq.* & ſentit *Gabr. in dict. concluſ. 11. num. 15. & ſeq.*

41 Cum inſtitutus in quota bonorum non differat ab inſtituto in re certa, qui legatario comparatur, vt declarant *Bald. in d. l. cum à matre, Gabr. in dict. concluſ. 11. numer. 15. & ſeq. Mangil. in d. quæſt. 32. n. 15. & ſeq.* &

42 dicam etiam infra, & cum quota bonorum non veniat ſub nomine hæreditatis, vt poſt *Nizzol. allegat. 19. num. 8. & ſeq. & Plot. conſ. 81. in fin.* per eum adductos tradit *Coſta de ration. ratæ d. quæſt. 2. num. 3.*

43 Sub amplia dictam primam ampliationem, vt habeat locum etiam quando filius eſt inſtitutus in ſua legitima, quia adhuc non tenetur ſoluere debita patris, vt dixerunt *Bald. in d. l. cum a matre, 14. num. 3. C. de rei vendic & in d. l. quoties, 13.*

C. de hæred. inſtit. Gabr. commun. concl. d. concluſ. 11. *num.* 15. & clarius *Mangil. de euiction. d. quæſt.* 32. *numer.* 20. alios adducens concordantes.

44. Legitima enim dicitur quota bonorum, non autem hæreditatis, vt docent *Card. Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 5. *Peregr. de fideic. artic.* 36. *num.* 2. & hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem quam pluribus relatis teſtantur *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 1. *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom.* 1. *in tract. de legit. tit.* 1. *num.* 5. *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 32. vbi pariter teſtatur de veriori, & receptiori opinione, licet aliter diſtinguat *cap.* 9. *quæſt.* 24. *numer.* 74. & quando agitur de ære alieno detrahendo *Altogr. conſ.* 42. *num.* 44. *lib.* 2. cum quibus pertranſeunt *D. Io: Bapt. Deluca in theatr. verit. & iuſtit. tom.* 9. *in tit. de legit. & detract. diſcurſ.* 26. *num.* 8. *& Rota apud Greg. XV. deciſ.* 244. *numer.* 5. licet dicat hoc eſſe controuerſum, *& deciſ.* 347. *num.* 6. *& deciſ.* 464. *num* 3. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 415. *num.* 12. *par.* 13. *recentior.*

45 Et in ea ſuccedens dicitur particularis, non autem vniuerſalis ſucceſſor, vt docent *Gabr. conſil.* 137. *num.* 13. *lib.* 2. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 942. *num.* 19. *par.* 5. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 5. cum quibus pertranſit *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom.* 1. *in d. tract. de legit. tit.* 1. *num.* 6. vbi dat concordantes quamplures.

46 Sub limita dictam primam limitationem, quod filius inſtitutus in re certa non tenetur ſoluere debita patris vnà cum duabus ampliationibus ſequentibus, vt habeat locum quando alius fuit a Teſtatore hæres vniuerſaliter inſtitutus, non autem ſi ſolus filius, quia tunc ſiuè in re certa, ſiuè in quota bonorum inſtitutus habetur vti hæres vniuerſalis, & tenetur ad ſolutionem bonorum patris, vt declarant *Mangil. de euiction. dict. quæſt.* 32. *num.* 21. *& num.* 28. *& d. quæſt.* 35. *num.* 11. & ante eum *Gabr. commun. concluſ. de regul. iur. d concl.* 11. *num.* 16.

47 Hæres enim inſtitutus in re certa nullo dato alio hærede cenſetur vniuerſaliter inſtitutus, *l.* 1. *§. ſi ex fundo, ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis priore,* 29. *ff. ad trebell.* & probant *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 21. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 4. *numer.* 109. vbi dicit, idem eſſe quando duo ſunt in re certa inſtituti, nullo dato cohærede, quo caſu inter eos eſt hæreditas diuidenda, vt ibi per eum, latè *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 7. *numer.* 1. *& ſeq. & Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 64. *in fine*, vbi dicit, idem eſſe ſi hæres vniuerſalis datus ſit, & poſtea deficiat, vt ibi per eum, *& deciſ.* 103. *numer.* 14. *& in Fanen. ſeu Senogallien. bonor. ſuper immiſſione* 14. *Maij* 1646. *coram Rcu. Meltio, §. quia aduertendum &c.*

48 Cũ nemo poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *l. ius notuum,* 7. *ff. de regul. iur.* & tradut *Merlin. de legit. d. quæſt.* 3. *num.* 21. *& Rota d. deciſ.* 64. *numer.* 14. *& d. deciſ.* 103. *num.* 18. & alij Doctores ſupra adducti, & dicam infra latius num. . . .

49 Sub amplia ſecundo dictam ſecundam ampliationem, vt filius hæres

patris

patris teneatur ad ſoluendum illius debita non ſolum quatenus ſufficiāt bona hæreditaria patris defuncti, ſed etiam vltra vires hæreditarias de ſuo proprio, §. *ſi vero non fuerit, auth. de hæred. & falci. l. fin. §. cum igitur*, & ibi not. Doct. communiter, *C. de iur. delib.* & tradunt *Surd. conſ.* 459. *num.* 16. *lib.* 4. *Hond. conſ.* 34. *num.* 4. *lib.* 1. *Mangil. de euict. quæſt.* 50. *num.* 8. *&* 13. vbi dat concordantes *Ciriac. controuerſ.* 5. *num.* 95. *& Rota apud Card. Seraph. deciſ.* 1311. *num.* 2. Quæ ſub ampliatio cum plures recipiat declarationes, & limitationes, & præcipuè quando filius adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, quas ego latè congeſſi generaliter infra num. . . . & ſeq. videas ibi cum noluerim illas inutiliter duplicare.

50 Amplia tertio dict. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in primo hærede, ſed etiam in hęrede hæredis, qui non minus quam primus hæres tenetur præſtare factum primi Teſtatoris, & defuncti, & illius debita perſoluere, vt ſcripſerunt *Hond. conſ.* 3. *num.* 54. *lib.* 1. *Peregr. de fideic. art.* 33. *num.* 15. *verſ. ſed contrarium &c. Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 612. *num.* 17. vbi dicit, quod ſi Teſtator mandet aliquid perſolui per eius hæredes tenentur tam primi, quam vlteriores, *& cap.* 743. *num.* 18. *par.* 4. vbi dicit quod obligatio immediati, hæredis tranſit ad hæredem hæredis, vt ibi per eum latè comprobantem, & teſtantem de veriori opinione, *Ciriac. controu.* 12. *num.* 18. *& contr.* 402. *nu.* 5. *& ſeq. & Rota deciſ.* 453. *num.* 9. *par.* 1. *recentior. addo D. Deluca in Theatral. verit. & iuſtit. tom.* 8. *in titul. de credit. & debit. diſcurſ.* 38. *numer.* 10.

51 Hæres enim hæredis repræſentat perſonam primi defuncti *l.* 3. §. 1. *ff. de petit. hæred. l. ſi quis filium fam.* 7. §. *fin. ff. de acquir. hæred. l. fin. C. de hæred. inſtit. Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 743. *num.* 18. *par.* 4. *Ciriac. d. contr.* 204. *num.* 79. & ante eum *Peregrin. de fideic. art.* 33. *num.* 15. *&* 31. *& art.* 32. *num.* 22. vbi declarat, dumodo dict. hæres ſit in quota hæreditatis hæres, non autem in re certa, vt ibi per eum, & *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 5. *quæſt.* 56. *num.* 10.

52 Itaut propriè dici poſſit, quod hæres hæredis ſit hæres primi Teſtatoris, *leg.* 3. *ff. de petit. hæred. leg. fin. C. de hæred. inſtitut.* & tradunt *Rolan. conſil.* 32. *numer.* 7. *lib.* 4. *Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 104. *numer.* 1. *part.* 1. *& capit.* 612. *numer.* 13. *par.* 4. *Ciriac. controuerſ.* 43. *numer.* 18. *& controuerſ.* 204. *numer.* 48. *Coſta de iudic. in rubric. num.* 171. vbi dicit, hoc procedere vſque ad milleſimum hæredem, vt ibi per eum, & *Rota deciſ.* 47 *numer.* 5 *& ſeq. par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 750. *numer.* 3. *part.* 2. *recentior. & deciſ.* 227. *numer.* 2. *par.* 14. *recentior.*

53 Quod habere locum etiam in diſpoſitione ſtricti iuris teſtatur *Gratia d. cap.* 104. *numer.* 3. *& cap.* 266. *nu.* 6. *& ſeq. par.* 2. vbi dicit hoc habere locum ex propria ſignificatione vocabuli, vt ibi per eum, & idem ſcribit *cap.* 612. *num.* 14. *& cap.* 743. *num.* 18. *part.* 4. alias cumulans ſcrtatores, & ante eum ſcripſit *Tiraq. de retract. conuent. gloſ.* 6. *num.* 20. licet in pænalibus, & odioſis quod grauamen impoſitum hæredi non dicatur impoſitum hæredi hęredis poſt *Bal. Alex. Iaſ. Roman. Dec. Cagn. Crot.*

Rimin. Iun. Peregr: & alios per eum relatos ſcripſerit *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 344. *in fin. & D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 9. *de hærede, diſcur.* 4. *nu.* 2.

54 Et cum hæredis appellatione veniat etiam hæres hæredis, *l. hæredis appellatio*, 65. *ff. de verb. ſignif.* & tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 743. *num.* 18. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 21. *Mar. Anton. variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 52. *per tot. Ciriac. controuerſ.* 96. *num.* 45. plenè *Barboſ. de appellat. verb. ſignif. appellat.* 113. *numer.* 32. *& Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 19. *num.* 89. *& ſeq.*

55 Et veniunt omnes hæredes in infinitum, *l. ſciendum*, 70. *& d. l. hæredis appellatione*, 170. *ff. de verb. ſignif.* & docent *Peregr. de fideicõm. art.* 32. *num.* 60. *& ſeq.* vbi latè comprobat, & plures caſus diſtinguit, & *art.* 35. *num.* 15. *&* 31. *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 104. *in princip. & cap.* 266. *num.* 6. *& ſeq. & cap.* 276. *num.* 21. *par.* 2. *Coſta in d. rubric. de iudic. num.* 171. *& Ciriac. controuer.* 711. *num.* 77. vbi dicit, in hac materia non habere locum diſpoſitionem text. in *l. boues*, 89. *§. hoc ſermone*, *ff. de verbo ſignif.* vt ibi per eum.

56 Niſi tamen hæres fuiſſet vocatus nominatim, vel cum dictione *Dicti hæredes, infraſcripti, ſupradicti*, & ſimil. quia tunc dicta verba operantur, ac ſi hæres nominatim fuiſſet vocatus, itaut non veniant niſi qui ſcripti ſunt, non autem hæres hæredis, niſi contrarium ſuaderet identitas rationis, vel coniecturæ, puta oneris perpetui appoſitio, & ſimil. vt declarant *Card. Mantic. de coniect. d. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 22. *Mar. Anton. d. reſ.* 52. *num.* 9. *&* 10. *Peregr. de fideic. artic.* 32. *num.* 79. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 131. *num.* 7. *& ſeq.* vbi loquitur in legato annuo, in onere alimentorum, *par.* 1. *& cap.* 266. *num.* 6. *& ſeq. & cap.* 276. *num.* 21. *par.* 2. *& cap.* 612. *num.* 16. *par.* 4. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 343. *num.* 15. *& ſeq.* vbi exemplificat *Barboſ. de appellat. verb. ſignif. d. appell.* 113. *num.* 36. *Bello. Iun. de iure accreſc. d. cap.* 7. *quæſt.* 19. *numer.* 148. *& ſeq. Ciriac. controuer.* 96. *num.* 5. *& ſeq. & Rota apud Burat. deciſ.* 385. *num.* 5. *& deciſ.* 387. *num.* 12. *& deciſ.* 231. *num.* 13. *par.* 8. *recent. & in Vrbinaten. prædij* 12. *Iunij* 1654. *verſ. non obſtat, & c. coram R. P. D. Bichio, & in eadem Vrbinaten. prædij* 10. *Decembris* 1659. *§. ſecundo quod, & c. cor. Reu. Decan.* quæ alias affert limitationes.

57 Amplia quarto dict. principalem, concluſionem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum non ſolum in debitis ſecularibus, ſed etiam in Eccleſiaſticis, & præcipuè in pẽſionibus Eccleſiaſticis, ad quarum ſolutionem tenetur hæres beneficiati ſi decurſæ ſint, & non ſolutæ per beneficiatum defunctum, quia actio, quæ competebat penſionario contra defunctum competit etiam contra illius hæredem, *ad tex. in l. veteris*, 13 *C. de contrah. & commit. ſtipul.* & tradunt *Pacif. de Salu. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 620. *Coſta de re integr. diſt* 54. *num.* 10. *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 94. *num.* 51. *& ſeq. par.* 1. *& cap.* 294. *num.* 11. *par.* 2. *Epiſc. Leo in Theſ. fori Eccleſ. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 51. *& ſeq. Garzi. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 191. *& ſeq. Saluſt. in pract. A. C. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. *& Rota apud Putc. deciſ.* 189. *num.* 2. *lib.* 2.

58 Subamplia dict. quartam ampliationem,

tionem,

tionem, quod hæres beneficiati tenetur ſoluere penſiones decurſas, & non ſolutas per defunctum beneficiatum, vt ſi ſucceſſor in beneficio coactus ſit per penſionarium d. penſiones decurſas, & non ſolutas ſoluere in caſibus in quibus ipſe tenetur, hoc eſt factis diligentijs per penſionarium contra beneficiatum prædefunctum, vel eius hæredem, & bona, vt declarant *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 94. num. 59. Epiſc. Leo in Theſ. Fori Eccleſ. d. par. 2. cap. 7. numer. 53. Garzi. de beneſ. par. 1. cap. 5. num. 190. & ſeq. D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 13. in tit. de penſion. diſcurſ.* 31. *nu*. 8. vbi declarant quando dicantur factæ diligentiæ, *& Rota apud Greg. XV. deciſ. 507. num. 3. & ibi Adden littera A.* vbi aliæ recen-
59 ſentur deciſiones, Cum penſio ſit onus reale, cum quo beneficiatum tranſit, *cap. ſi quis laicus, 16. quæſt. 1. cap. quærelam 24. & ibi Abb. num. 2. de electio. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 120. *in princip. & Rota deciſ.* 176. *num. 3. par. 2. recent.* ſi di-
60 ctus ſucceſſor in beneficio illas ſoluere coactus, vt illas valeat repetere ab hæredibus beneficiati, vt probant *Barboſ. d. alleg.* 120. *num. 6.* qui dat concordantes quam plures, *Gratian. diſcep. Foren. cap. 94. nu. 58. par. 1.* alios pariter adducens ita ſentientes, & *Garz. de ben. d. par. 1. cap. 5. n. 191 & ſeq.*

61 Limita primo d. quartam ampliationem, vt non habeat locum quando defúctus beneficiatus nullos percepit fructus eo anno, quo penſionem non ſoluit ex beneficio grauato, quia cum dicto anno nec beneficiatus teneretur ad penſionem ſoluendam, vt voluerunt *Fælin. in cap. ad audientiam, 2. num. 7. de reſcrip. & Epiſc. Leo,* qui illum referendo ſequitur *in Theſa. fori Eccleſ. par. 2. cap. 7. num. 63.* & generalitèr dixit *Rota deciſ.* 130. *ſub*
62 *num. 1. par. 3. recen.* Ideo nec eius hæres teneri debet, vt poſt *Caccialup. & Giga. in eorum tract. de penſio.* per eum adductos tradit *Pacif. de Sal. inſpect. 3. cap. 4. num. 621.* & faciunt not. per *Garzi. de beneſ. par. 1. cap. 5. num. 201.* declarando, vt per *Giga. de penſio. quæſt. 62.* & iuxta notata per me *infra artic. 21.*

63 Limita ſecundo dictam quartam ampliationem, vt non habeat locum quando prędeceſſor beneficiatus fructus in vtilitatem Eccleſię conuertiſſet, quia in dicto caſu ſucceſſorem, non autem hæredem Anteceſſoris teneri ad penſionem ſoluendam, voluerunt poſt *Caccialup. de penſio.* per eum relatum *Gigas de penſio. quæſt. 39. nu. 1.* benè comprobans, & poſt eum *Pacif. de Sal. d. inſpect. 3. cap 4. n 622.*

64 Limita tertio dictam quartam ampliationem, vt non habeat locum in hærede beneficiati, cui a Camera fuit conceſſa certa ſumma mediante facultate teſtandi conceſſa à Papa, quia dict. hęres in re certa non poteſt moleſtari pro penſionibus ſuper dicta ſumma, vt poſt *Vital. in clem. 2. num 46. de decim. & Creſcen. deciſ. 3. num. 4. de ſolut.* per eam relatos voluit *Rota apud Coccin. deciſ. 327. num. 4.* vbi declarat, hoc non habere locum, quando id quod remanſit Cameræ, & quod percepit ſucceſſor in beneficio dicto anno non ſufficiunt pro ſatisfactione penſionarij, quia tunc tenetur etiam hæres pro dicta ſumma, quia gratia Principis intelligi debent ſine præiudicio tertij, de quo

vide eandem *Rot. deciſ.* 130. *part.* 3. *recent. per tot.*

65 Amplia quinto dictam concluſionem, vt hæres teneatur ſoluere debita defuncti ante quam ſoluat legata, legitimam, dotem, trebellianicam, & omnia alia per Teſtatorem relicta, vt ſentit *Peregr. de fideic. art.* 35. *num.* 39. & clarius *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 998. *num.* 1. *par.* 5.

66 Cum æs alienum præualeat legatis, legitimæ doti, trebellianicæ, & alijs per Teſtatorem relictis, *l. papinianus*, 8. §. *quarta, ff. de inoffic. teſtam. l.* 2. *C. ad trebell.* & not. *Peregr. de fideic. d. art.* 35. *numer.* 39. *Thob. Non conſ.* 54. *num.* 6. *Gratian. dict. cap.* 998. *in princ. Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *in princ.* vbi plures dat concordantes, & *Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom.* 1. *in tract. de legit. tit.* 13. *in princ. & in tract. de priuil. piæ cauſæ, cap.* 130. *num.* 202.

67 Amplia ſextò dictam concluſionem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum etiam in hærede tranſmittentis hæreditatem qui cum eſſe debeat hæres tranſmittentis, ideo tenetur creditoribus, & legatarijs eiuſdem tranſmittentis ſoluere, & ſatisfacere, quicquid ſit in ſuccedente iure propriæ vocationis, vt poſt *Torniel. & Zanch.* per eum adductos voluit *Noal. de tranſm. in præfat. num* 4. *& ſeq.* cum quo pertranſeunt *Capic. latro. deciſ.* 117. *num.* 27. *par.* 1. *& Salgad. in labernt. credit. par.* 2. *cap.* 25. *num.* 19.

68 Amplia ſeptimo dictam concluſionem, vt hæredes patris, vel aui, qui viuentes non aſſignauerunt dotes earum filiabus, teneantur dict. dotes eis perſoluere, dum ad eos bona patris, vel aui peruenerunt, vt tradunt *Peregr. deciſ. Patau.* 138. *numer.* 32. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 18. *num.* 6. *& ſeq. Caluin. de equit. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 3. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *par.* 1. *numer.* 48. *&* 118. *Adden. ad Capic. Latro. deciſ.* 38. *num.* 2. *Lucido. de illegit. cleric. cap.* 20. *num.* 2. *P. Boſſ. de dote, cap.* 6. *numer.* 5. *& ſeq.* latè comprobans, & quamplures adducens concordantes, & dicens dotem dici æs alienum reſpectu patris, *D. Io: Bapt. Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom.* 6. *in tit. de dote, diſcurſ.* 142. *num.* 38. benè declarans more ſuo, *& numer.* 51. *& Rota apud Duran. deciſ.* 26. *num* 11. *& deciſ.* 94. *num.* 4. *par.* 8. *& deciſ.* 25. *num.* 19. *& ſeq. par.* 11. *recent.* & aliæ relatæ per *Boſſ. vbi ſupra.* Et hanc opinionem ſequitur, & latè comprobat *P. Boſſ. de dote, cap.* 6. §. 1. *num.* 5. vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur de veriori, communi, & recepta ſententia.

69 Cum enim onus dotandi filiam ſpectet ad patrem, & in eius defectum ad auum, *l. qui liberos*, 19. *ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dotis promiſ.* & tradunt *Caluin. de equit. d. cap.* 16. *in prin. Adden. ad Capic. Latro. d. deciſ.* 38. *in princ.* plenè *Adden. ad Rot. deciſ.* 460. *num.* 59. *& ſeq. par.* 4. *recent. tom.* 2. *P. Boſſ. de dote, d. cap.* 6. *num.* 5. *& D. Io: Bapt. Deluca in d. diſcur.* 142. *num.* 38. *&* 49. nec non *Rota d. dec.* 94. *num.* 3. *& ſeq. par.* 8. *recent.* ſequitur quod dictus onus dotandi tranſeat etiam ad illorum hæredes, qui ideo tenentur dictam filiam dotare, ſicuti tenebantur pater, & auus, vt argumentantur *Card. Mantic. de tacit. dict. lib.* 12. *tit.* 18. *num.* 7. *& ſeq.*

Caluin. d. cap. 16. *in princ. P. Boſſ. in d. cap.* 6. *num.* 7. *& ſeq. D. Io: Baptiſt. Deluca in d. diſcurſ.* 142. *num.* 38. *& ſeq. & Rota d. deciſ.* 94. *num.* 4. *& ſeq. par.* 8. *recent.* & alij Doctores ſupra adducti.

70 Sub amplia primo dictam ſeptimam ampliationem, vt eo magis habeat locum ſtante ſtatuto excludente filiam ſtante fratribus maſculis, & mandante filiam dotari, quia tunc fratres vti patris hæredes eo magis tenentur ad ſoluendam dotem filiæ conditione ex Statuto, vt declarant *Card. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 18. *in princ. & num. ſeq. Laderch. conſ.* 25. *num.* 14. pleneque comprobat *P. Boſſ. de dote, in d cap.* 6. *numer.* 36. vbi loquitur etiam ſi ſtatutum nullam faciat mentionem de dote, *& Rota deciſ.* 405. *numer.* 26. *par.* 5. *recentior. & d. deciſ.* 94. *numer.* 7. *&* 8. *par.* 8. *recent.*

71 Sub amplia ſecundo dictam ſeptimam ampliationem, vt habeat locum non ſolum in hærede patris, vel aui, ſed etiam in hæredibus matris, fratrum, & aliorum, qui tenentur in ſubſidium dotare filiam, vel ſororem, quia etiam illi ſuccedunt in dicto onere dotandi, & tenetur dotem præſtare, vt docent *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 3. *num.* 17. *& ſeq. P. Boſſ. de dote, d. cap.* 6. *num.* 26. *& ſeq.* vbi dicit, ita omninò tenendum eſſe, licèt aliquos referat contrarium tenentes, cum quibus pertranſit *D. Io: Baptiſt. Deluca in d. diſcurſ.* 142. *num.* 56. *in fin.*

72 Amplia octauò dictam concluſionem principalem, quod d. hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum etiam in alimentis, quæ hæres tenetur præſtare ei, cui tenebatur præſtare defunctus, pro menſura ſubſtantiæ, vt ſcripſerunt *Barboſ. in l.* 1. *par.* 4. *num.* 9. *&* 73. *ff. ſolut. matrim. Gomez ad leg.* 9. *Taur. numer.* 39. *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ.* 67. *num.* 15. *Peregr. de iure fiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 68. latè *Giurb. deciſ.* 5. *num.* 44. *P. Boſſ. de dote, d. cap.* 6. *num.* 5. *in fin.* vbi dicit ita tenere omnes Doctores & Theologos, & dixi *Ego alleg. Forenſ.* 40. *num.* 36. ſaltem in ſubſidium, vt not. *Socc. Iun. Matheſ. Surd. & alij per me relati d. alleg.* 40. *num.* 36. benè *Rota deciſ.* 194 *num.* 65. *part.* 7. *recentior.* benè *P. Boſſ. de dote, capit.* 6. §. 1. *num.* 5. *in fin.* vbi plures dat concordantes, & dicit ita tenere omnes Iuriſperitos, & Theologos.

73 Onus enim alendi tamquam bonis ipſis inhærens tranſit cum illis ad hæredes, & ad quemcumquè proceſſorem, *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ.* 62. *num.* 15. *lib.* 2. *Giurb. ad conſuet. Meſſanen. cap.* 7. *gloſ.* 12. *num.* 10. *& deciſ.* 5. *numer.* 44. *Ciriac. controuerſ.* 480. *num.* 15. *& ſeq. Rota apud Fenzon. ad Statut. Vrbis, deciſ.* 53. *num.* 6. plenè *eadem Rota deciſ.* 48. *numer.* 1. *par.* 14. *recent. & deciſ.* 194. *num.* 6. *par.* 7. *recent.*

74 Amplia nono dictam concluſionem, vt hæres teneatur ſoluere debita defuncti in pecunia, quando illa contracta fuerunt in pecunia, vel per defunctum promiſſum fuit ſoluere in pecunia ex regula. Quod aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt, de qua habetur in *l.* 2. §. *mutui datio, & ibi not. Bart. Alberic. Salic. & alij ff. ſi certum petat. & apud Caluin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 44. *in princip. apud Andreol. controuerſ.* 123. *num.* 2.

plenè

75 plenè Barboſ. axiom. 22. in fin. & apud Carn. reſol. 31. num. 4. Quæ habet
76 locum etiam in creditore pecuniæ, ad tex. in l. eum a quo, 16. C. de ſolut. & tradunt Surd. deciſ. 30. num. 9. Morot. conſ. 13. num. 10. Ciriac. controuerſ. 24. num. 19. Andreol. d. controuerſ. 123. num. 10. vbi dicit, non eſſe neceſſarium fuiſſe promiſſum ſoluere in pecunia numerata, ſed ſufficere fuiſſe expreſſum verbum ſoluere relatum ad pecuniam, vt ibi per eum, Caren. d. reſol. 31. num. 8. qui dant concordantes, cum quibus pertranſit Rota deciſ. 422. in princip. apud Cenc. de Cenſ. & apud Duran. deciſ. 1 in princ.

77 Debitum enim in pecunia eſt ſoluendum in quantitate præciſa, d. l. 2. §. mutui datio, & ibi notant communiter Doctores, ff. ſi cert. petat. l. eum à quo, 16. C. de ſolut. & tradunt Surd. d. deciſ. 30. num. 9. & ſeq. Gargiar. Iun. conſ. 28. num. 2. lib. 1. Pir. Maur. de ſolut. cap. 7. num. 4. & ſeq. Caroc. deciſ. 53. num. 7. & ſeq. & Rota deciſ. 42. num. 1. par. 2 recent. & apud Duran.
78 d. deciſ. 1. in princip. Non autem in ſpecie Poſt de ſubhaſt. inſpect. 43. in princip. in addit. Caren. d. reſol. 31. numer. 4. Vrſell. in exam. apum. concl. 91. num. 2. tom. 2. & Rota deciſ. 352. numer. 2. apud Greg. XV. licet admittendam eſſe ſolutionem vnius rei pro alia quando creditori ex dicta ſolutione nullum incommodum ſit paſſurus dixerit Rota deciſ. 500. numer. 1. par. 14. recent.

79 Ex mutatione autem perſonæ ius creditoris deterius fieri non debet, l. 2. §. ex his, vt ibi notant Doctores communiter, ff. de verb. oblig. l. debitorum, 25. C. de pact. & not. Morot. d. conſ. 13. num. 18. Seraph. de priuil. iur. priuil. 67. num. 38. vbi dat concordantes quam plures, Adden. ad Rot. deciſ. 460. num. 214. par. 4. recent. tom. 2. & Rota apud Buratt. deciſ. 100. num. 11. & deciſ. 28. numer. 4. par. 5. recent. & apud Salgad. in laber. credit. deciſ. 73. num. 19.

80 Et hæres eſſe non debet melioris conditionis, quam defunctus, l. in ijs, 136. §. non debeo, ff. de regul. iur. l. poſtulante, 44. in princ. ff. ad trebell. & ſcripſerunt Peregr. de fideicom. art. 35. num. 4. & Ciriac. controuer. 652.
81 num. 4. tom. 4. Nec debet plus poſſe hæres, quam defunctus, l. aliud eſt, 120. §. abſurdum, ff. de regul. iur. cum alijs relatis per Tiraq. de iure primog. quæſt. 23. num. 18. & de retract. lign. §. 1. gloſ. 9. numer. 48. & per Ciriac. controuer. 24. num. 19. & ſeq.

82 Neque obſtare videtur diſpoſitio auth. hoc niſi, C. de ſol. in qua habetur, quod pecunia non extante licet creditoribus ſoluere per debitorem in bonis ſtabilibus ad effugiendam carcerationem, vt habetur præcipuè per Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 9. num 75. & ſeq. & alij relati per Alpha. in ſuis collect. collect. 233.

83 Quia vt diſpoſitioni d. auth. ſit locus tot requiſita interuenire debeât, vt difficile admodum ſit illam practicare, requiritur enim, Quod debitor perquiſierit emptorem, qui emat tantum de ſuis bonis ſtabilibus, quod poſſit creditori ſatisfacere, Quod conſignet bona creditori tradendo ei inſtrumenta titulorum, Quod creditori det liſtam bonorum, & fideiuſſorē de euictione, quod probet, ſe non tantum carere pecunia, ſed etiam mobilibus, cum illa de facili debitor vendere poſſit, & de illorum

retra-

retractu creditori ſatisfacere, & alia plura, quæ recenſentur per *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 3. cap. 7. per tot.* vbi enumerat vndecim requiſita per *Hond. conſ. 18. num. 7. & ſeq. vol. 1.* per *Theſaur. deciſ. pedem. 153. per tot.* per *Caluin. de equit. lib. 1. cap. 44. num. 6. & ſeq.* per *Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 43. num. 7. & ſeq.* per *Vrſell. in exam. apum, concluſ. 91. numer. 19. tom. 2.* per *Salgad. in laber. credit. par. 1. cap. 22. num. 2.* & per *Rota deciſ. 42. par. 1. recentior. & apud Gregor. XV. deciſ. 352. num. 6. & ibi Adden. num. 10. & deciſ. 1. coram Duran. num. 20.* & alibi paſſim.

84 Maximè cum diſpoſitio *dict. auth. hoc niſi, C. de ſolut.* non habeat locum ſtante iuramento, cum illud habeat vim ſpecialis renunciationis, vt tradunt ex Neotericis *Vinc. de Franch. deciſ. 81. num. 8. & ſeq. & ibi Adden. Theſaur. deciſ. 143. num. 14. Surd. d. deciſ. 30. num. 10. Bertaz. de clauſ. clauſ. 41. gloſ. 5. num. 4. Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 9. num. 76.* plenè *Andreol. controuerſ. 123. num. 4. & ſeq.* benè comprobans, & quamplures adducens concordantes *Balthaſ. Thomaſ. in ſuis tract. variar. tom. 2. in tract. de tutor. & curator. tit. 19. num. 2131.* vbi quampluribus relatis ita ſentientibus teſtatur de magis communi Doctor. opinione, & aliquas ſubuertit ampliationes, & limitationes, & præcipuè quando poſt iuramentum ſuperuenit impotentia ſoluendi in pecunia, & quando ſimpliciter quis ſe obligauit ad ſoluendum puta centum, cum quo concordat *Zach. de oblig. Camer. quæſt. 17. num. 57. & ſeq. Vrſell. in exam. apum, concluſ. 91. num. 9. tom. 2. Caren. reſol. 31. num. 7.* cum quibus pertranſit *Rota deciſ. 42. num. 2. par. 1. recentior. & apud Greg. XV. deciſ. 352. numer. 5. & apud Duran. d. deciſ. 1. numer. 22.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione.

85 Cum iuramentum vt dixi habeat vi in ſpecialis renunciationis, *capit. ex reſcripto, 9. & ibi gloſ. & Bald. de iuretur. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 70. num 6. & ſeq. Theod. Rube. in ſingul. Rot. Rom. tom. 2. in tract. clauſul. clauſ. 680. num. 34.* vbi dat concordantes, & *Rota apud Duran. d. deciſ. 1.*
86 *num. 22.* Et faciat rem præcisè deberi, *gloſ.* communiter approbata in *l. ſi pecuniam, 5. ff. de condit. cauſ. data, Andreol. d. controuerſ. 123. numer. 5. Mancin. de iuram. par. 1. quæſt. 1. numer. 7. Vrſell. in exam. apum, d. concl. 91. num. 9. Rota apud Duran. d. deciſ. 1. num. 22.* Et cum lex non compræ-
87 hendat caſum iuratum, vt not. *Andreol. d. controuerſ. 123. num. 4. Ceph. conſ. 170. num. 34. lib. 2. Franc. Becci. conſ. 110. num. 11. Thob. Non. conſ. 14. num. 16.* plenè *Rota in Bononien. cenſus 4. Maij 1643. coram R. P. D. Ghiſil. §. hoc tamen ſtatuto &c.*

88 Licet contrariam opinionem, nempè diſpoſitioni *dict. auth. hoc niſi, C. de ſolut.* eſſe locum etiam ſtante iuramento, voluerint *Beniut. deciſ. 28. per tot. Ludo. deciſ. Peruſ. 64. num. 9. & ſeq. Honded. conſ. 18. num. 37. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem maximè ſi impotentia ſoluendi ſuperueniat poſt iuramentum, vt ibi per eum *lib. 1. & conſ. 34. numer. 26. lib 2. & Rota Bononien. deciſ. 70. num. 18.*

89 Quæ concluſio, quod diſpoſitio *d. auth. hoc niſi, C. de ſolut.* non habeat

locum

locum ſtante iuramento habet locum etiam in hærede iurantis, quià
90 licet iuramentum defuncti non tranſeat ad hæredes quo ad periurium, vt dicit *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 3. cap. 13. num. 1.* obſeruantia tamen iuramenti, & efficacia obligationis
91 ex illo proueniens benè tranſit ad hæredes, vt declarant *Vinc. de Franch. deciſ. 83. num. 6. Vrſell in exam. apum, d. concluſ. 91. num. 9. tom. 2. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom. 2. in titul. de tutor. & curat. tit. 19. numer 2131. P. Sanch. in præcept. Decalog. d. cap. 13. in princip. & Rota apud Duran. d. deciſ. 1. num. 24.*
92 Sicuti etiam diſpoſitio *auth. hoc niſi, C. de ſolut.* neque habet locum ſtante generali renunciatione *Omni legum auxilio*, per quam ceſſere diſpoſitionem dict. tex. ſcripſerunt *Vincent. de Franch. deciſ. 81. num. 6. & d. deciſ. 83. in princip.* & clarius *Vrſell. in exam. apum, d. concluſ. 91. num. 11. tom. 2. Andreol. dict. controuerſ. 123. num. 7. & ſeq.* benè comprobans, & ita ſentit *Balthaſ. Thomaſ. in ſuis tract. variar. tom. 2. in tit. de tutor. & curat. tit. 19. num. 2131. verſ. retenta ta-*
93 *men, &c.* Et per dictam clauſulam cenſeri renunciatum beneficio non incarcerandi, ſcripſerunt *Barboſ. de clauſ. clauſ. 135. num. 16. & Theod. Rube. in ſingul. Rot. Roman. tom. 2. in tit. de clauſ. clauſ. 680. numer. 17.* & etiam beneficio nequis conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, *num. 5.* cum quibus pertranſit *Rota deciſ. 42. numer. 2. par. 1. recent. & apud Greg. XV. deciſ. 352. num. 6. & apud Merli. deciſ. 886. in fin. tom. 2.*
94 Maximè ſtante iuramento, quod habet vim ſpecialis renunciationis, vt poſt *Bald. Roman. Salicet. Alex. Aret. Gozad. Neguſ. Tiraquell.* & alios per eum adductos, firmat *Theod. Rub. in d. clauſ. 680. num. 34.* & dixi ſupra *num. 85.*
95 Cum dict. beneficio poſſe renunciari voluerint *Theſaur. deciſ. pedem. 153. numer. 13. & 14. Andreol. dict. controuerſ. 123. num. 7. & ſeq. Adden. ad Greg. XV. dict. deciſ. 352. num. 10. & Rota d. deciſ. 353. num. 6. & dict. deciſ. 42. num. 2.* vbi habentur concordantes, nec non etiam *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 3. cap. 7. num. 21. & Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 43. num. 9.* & maximè cum iuramento, *Gallerat. de renunc. renunciat. 180. numer. 3. centur. 2.*
96 Quic quid contrarium imò non ſufficere generalem renunciationem *d. auth. hoc niſi*, ſed requiri ſpecialem, tenuerint *Honded. d. conſ. 18. num. 42. lib. 1. Theſaur. d. deciſ. 153. num. 14. Ludo. deciſ. Peruſ. 64. num. . . . & Paſcal. de patr. poteſtat. d. par. 2. cap. 9. num. 77.* & data vera impotentia ſoluendi in pecunia admittit generaliter *Ciriac. controuer. 393. num. 29. & ſeq.*
97 Et dicto beneficio *auth. hoc niſi* non eſſe locum ſtante obligatione camerali ob iuramentum in illa contentum, tenet *Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 17. num. 57. & ſeq.* niſi tamen eueniret caſus inſolitus, & inopinatus, vt ibi per eum.
98 Limita dictam nonam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere in pecunia debitum conſiſtens in pecunia, vt non habeat locum in hærede cum beneficio inuentarij, quià ſi pecunia non adeſt in hæreditate poteſt creditoribus hæreditarijs ſol-

uere

uere in tot de bonis hæreditarijs ad iuſtam æſtimationem *ad tex. in l. fin.* §. *& ſi præfatam*, & ibi hoc not. *Bart. Bald. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij Doctores communiter, C. de iure delib.* & tradunt *Surd. deciſ.* 30. *num.* 1. *& deciſ.* 318. *num.* 2. *Hond. conſ.* 52. *num.* 9. *lib.* 1. *Craſſ. de ſucceſſ. lib.* 2. *art. Inuentarium, quæſt.* 20. *per tot. Pir. Maur. de ſolut. cap.* 7. *num.* 42. loquens quò ad legatarios, *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 116. *num.* 15. *par.* 1. *Morot.* 13. *num.* 11. *Ciriac. controuer.* 24. *num.* 4. *& contr.* 108. *num.* 5. *Cancer. variar. reſol. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 135. *Marta de ſucceſſ. leg. part.* 4. *quæſt.* 12. *artic.* 5. *numer.* 7. *&* 8. *Andreol. controuerſ.* 13. *num.* 6. *Altograd. conſ.* 62. *num.* 8. *lib.* 1. *& Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 422. *num.* 7. *& deciſ.* 478. *numer.* 3. *part.* 14. *recentiorum*.

99 Quicquid contrarium indiſtinctè, quod hæres beneficiatus nunquam poſſit cogere creditores ad accipiẽdum bona hęreditaria in ſolutum pro eorum creditis, tenuerint *Rouit. conſ.* 18. *per tot. & conſ.* 78. cum quo pertranſit *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 107. *n.* 29. *verſ. & hæc declaratio &c. & quæſt.* 108 *num.* 13. *verſ. nec ex beneficio &c.* cum *Rouit.* expreſsè reprobet *Rot. apud Duran. d. deciſ.* 1. *num.* 29. & contra eos adſit verior, & magis communis opinio Doctor. de qua ſupra declarando prout infra.

100 Amplia d. limitationem quod hæres beneficiatus poſſit ſoluere debita defuncti ex bonis hæreditarijs quando pecunia non eſt in hæreditate, vt habeat locum etiam in credito priuilegiato dotis; quia etiam pro illius reſtitutione, vel ſolutione hæredi competat d. beneficium ſoluendi de bonis hæreditarijs, vt firmant, *Morot. d. conſ.* 13. *n.* 10. *& ſeq. Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 532. *num.* 43. *& ſeq. Grat. diſc. Forenſ. d. cap.* 116. *nu.* 16. *& deciſ. March.* 141. *nu.* 10. *& ſeq. Coſta remed. ſubſid.* 39. *illat.* 1. *n* 5. quando hæreditas non eſt ſoluendo, *Balth. Tom. in ſuis tract. var. tom.* 1. *in tit. de inuen. tit.* 13. *n.* 145. vbi dicit, ita in facto obtinuiſſe, *Altogr. conſ.* 62. *num.* 7. *& ſeq. lib.* 1. & admittit *Rota dict. deciſ.* 1. *num.* 26. *apud Duran. & deciſ.* 422. *num.* 8. *apud Cenc. de Cenſ.*

101 Cùm enim dos in d. caſu non reperiatur ſpecialiter priuilegiata, vti aduertunt *Surd. deciſ.* 318. *poſt num.* 3. *Gratian. d. cap.* 116. *num.* 14. *Altograd. d. conſ.* 62. *num.* 7. *& ſeq. & Rota apud. Duran. d. deciſ.* 1. *numer.* 27.

102 ſequitur quod ſtandum ſit regulæ *d. l. fin.* §. *& ſi præfatam, C. de iure delib.* quod hæres beneficiatus pecunia non extante in hæreditate poſſit ſoluere de bonis hæreditarijs, vt ratiocinatur *Phanuc. de inuent. par.* 5. *num.* 149. *Surd. d. deciſ.* 318. *num.* 4. *Gratian. d. cap.* 116. *num.* 14. *& ſeq. Altograd. d. conſ.* 62. *numer.* 7. *& ſeq. & Rota apud Duran. dict. deciſ.* 1. *numer.* 26. *& ſeq.*

103 Diſpoſitio enim generalis comprætendit etiam cauſam dotis quando dos in illo caſu non reperitur ſpecialiter priuilegiata, vt declarant *Gabr. conſ.* 20. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 2. vbi teſtatur de communi opinione *Hond. conſ.* 14. *num* 29. *vol.* 1. vbi pariter hanc dicit veram, & communem opinionem, prout teſtatur *Facbin. contr. iur. lib.* 12. *cap.* 81. *Gait. de cred. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1612. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 735. *num.* 10. *par.* 4. *Surd. conſ.* 361. *num.* 21. *lib.* 3. *Ciriac.*

contr.74.num.36.& contr.295.num.13 Carp.ad Stat.Mediol.cap.328.num.98. lib. 1. qui pariter hanc appellat veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, quam pleniſſimè comprobant *Adden. ad Rota deciſ. 460. numer. 37. & ſeq. part. 4. recentior. tom. 2.* vbi quamplures dant concordantes, & teſtantur de magis communi opinione, & ita fuiſſe iudicatum in Rota Marchiæ, in Rota Lucenſi, in Rota Peruſina, in Rota Florentina, & in Rota Romana, & in alijs pluribus Tribunalibus, vt ibi per eum, dicentem Doctores contrarium tenentes allucinatos fuiſſe, cum quibus pertranſit nouiſſimè *D. Io: Bap. Deluca in Theat. ver. & iuſt. tom. 6. in tit. de dote in ſum. n. 245.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis in foro receptam, nec non *Rot. dec. 289. num. 29. apud Pacif. de Salu. & dec. 511. num. 4 par. 2. recent. & deciſ. 241. num. 17. par. 7. recen.* & alibi paſſim.

104 Quicquid contrarium tenuerint relati per *Gabr. commun. concluſ. de legib. concl. 1. num. 10. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 647. num. 22. par. 4. Cir. ſibi contrarius, contr. 81. num. 9. & ſeq. & contr. 508. nu. 38.* cum quibus pertranſire videtur *P. Boſſ. de dote, cap. 8. ſub num. 14.* & inclinare videatur *Rota d. deciſ. 511. num. 2. par. 2. recentior.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

105 Amplia ſecundo dictam limitationem, vt hæres beneficiatus poſſit cogere creditores hæreditarios non ſolum ad accipiendum bona pro eorũ creditis quando pecunia non eſt in hæreditate, vt ſupra, verum etiam poſſit illos cogere, vt accipiant in ſolutum credita hæreditaria, neque ipſum teneri illa exigere, ſed quod illa exigant creditores, ſi velint, cum hæres beneficiatus etiam a vexationibus facti ſit liberandus ex beneficio inuentarij, vt tradunt *Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 2. num. 139.* vbi dicit, de hoc non eſſe dubitandum, quicquid dubitauerit *Parlado.* in loco per eum adducto, *Ciriac. contr. 610. num. 26. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom. 1. in tract. de inuent. tit. 13. cap. 10. num. 143. Vrſell. in exam. apum, d. concluſ. 91. num. 32.* & ita ſentit etiam *Hodiern. ad Surd. deciſ. 30. num. 15. & Rota apud Duran. d. deciſ. 1. num. 28.*

106 Sublimita primo dictam limitationem, quod hæres beneficiatus quando pecunia non eſt in hæreditate poteſt ſoluere ex bonis hæreditarijs cogendo creditores ad accipiendum illa in ſolutum ad iuſtam æſtimationem, vt habeat locum quando hæreditas non eſt opulẽta, & ſoluendo, quia ſi hæreditas eſt opulenta tunc hæres tenetur vendere bona hæreditaria, & ſoluere in pecunia debita defuncti, vt docent *Surd. d. deciſ. 30. num. 14. & ſeq. & d. deciſ. 318. ferè per tot.* vbi Senatus declarauit, hæredem teneri ad ſoluendum debita hæreditaria in pecunia ex venditione bonorum hæreditatis, ſi inueniatur emptor alias ſecus *Morot. conſ. 13. num. 12. Mangil. de euiction. quæſt. 52. num. 3. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & benè comprobat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 532. numer. 44. Ciriac. controuer. 24. num. 5.* vbi plures dat concordantes *Marta d. quæſt. 12. art. 5. numer. 8. Andreol. controuer. 93. num. 1. & ſeq.* vbi plures addu-

adducit ita ſentientes *Cancer. var.reſ. par.3. cap.2. num.* 141. *Altogr. d. conſ.* 62. *num.* 12. *& ſeq. lib.* 1. *& Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 422. *num.* 9. *& ſeq. & apud Duran. d. deciſ.* 1. *numer.* 29. *& deciſ.* 478. *num.* 3. *& ſeq. & num.* 9. *par.* 14. *recent.*

107 Beneficium enim inuentarij licet præſeruare debeat hæredem, ne ſit in damno, non tamen debet eſſe in perniciem creditorum, *l. ſciendum*, 18. *ff. ex quib. cauſ. maior.* & not. *Rol. de inuent. par.* 4. *verſ. quæro an ſit dare &c. num.* 1. *Surd. d. deciſ.* 30. *num.* 13. *Vinc. de Franch. d. deciſ.* 83. *in fin. Rouit. conſ.* 18. *num.* 13. *& Rota apud Duran. d. deciſ.* 1. *num.* 30. Ex non ſolutione autem debiti in pecunia magnum reſultare damnum creditoribus patet euidenter, & aduertunt *Rouit. d. conſ.* 18. *num.* 13. *Ciriac. dict. controuerſ.* 24. *numer.* 6. *& Rota apud Duran. d. deciſ.* 1. *num.* 30.

108 Declara dictam ſublimitationem, quod hæres beneficiatus tenetur ſoluere debita hæreditaria in pecunia quando hæreditas eſt ſoluendo, & opulenta, vt habeat locum quando per hæredem repetitur emptor bonorum hæreditariorum, qui offerat iuſtum prætium, & velit emere ſine promiſſione euictionis, quia tunc cum hæres nullum patiatur damnum tenetur vendere bona, & ſoluere debita hæreditaria in pecunia, licet ſecus ſit ſi non reperitur emptor, ſeu reperitur, ſed non offert iuſtum prætium, vel non vult emere ſine promiſſione euictionis, quia tunc hæres poteſt ſoluere creditoribus de bonis hæreditarijs, tradendo illa eis in ſolutum ad iuſtam æſtimationem, vt tradunt *Andreol. controuer.* 93. *num.* 7. vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione, *Paſcal. de patr. poteſt. par.* 2. *cap* 9. *numer.* 79. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 532. *num.* 44. vbi dicit, ita obtinuiſſe per conformes, benè *Mangil. de euict. quæſt.* 52. *num.* 12. *Marta de ſucceſſ. legal. d. par.* 4. *quæſt.* 12. *art.* 5. *num.* 9. *Ciriac. contr.* 24. *num.* 9. vbi dat concordantes, & dicit, hoc non procedere quando hæreditas eſt notoriè opulenta, & non diſſentit *Altograd. d. conſ.* 62 *num.* 18. *& ſeq. lib.* 1. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 116. *num.* 17. *&* 18. *par.* 1. cum quibus pertranſit *Rota apud Duran. d. dec.* 1. *num.* 29. & ſentit eadem *Rota d. deciſ.* 478. *numer.* 4. *& ſeq. & num.* 9. *par.* 14. *recentior.*

109 Et licet hæredem beneficiatum etiam ſi hæreditas ſit opulenta non teneri ad vendendum bona hæreditaria, ſed poſſe cogere creditorem ad accipiendum illa in ſolutum, tenuerint *Altograd. dict. conſ.* 62. *numer.* 16. *& ſeq. lib.* 1. *per tex. in dict. l. fin.* §. *& ſi præfatam, C. de iure deliber. ibi ex reb. hæreditarijs, vel ex eorum prætio*, itaut electio ſit hæredis debitoris, vbi quam plures adducit ita ſentientes, & teſtatur de veriori, & receptiori opinione, nec non *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 30. *ſub numer.* 14 vbi pariter plures adducit ita ſentientes, & cum dicta diſtinctio de hæreditate opulenta, & non opulenta non multum placeat *Surd. dict. deciſ.* 318. *in fin. & Andreol. dict. controuerſ.* 93. *numer.* 11. *& ſeq. Rota tamen Romana* in duobus tantum caſibus admittit, quod hæres beneficiatus valeat cogere creditores ad

accipiendum bona in ſolutum, quando ſcilicet hæreditas non eſt ſoluendo, & quando non inuenitur emptor qui offerat iuſtum prætium vti habetur apud *Duran. d. deciſ.* 1. *num.* 29. *&* *d. dec.* 478. *n.* 4. *par.* 14. *recen.* cum qua opinione *Rot.* vti ſatis ęqua, & nemini damnoſa in hac inuoluta materia, in qua dici poteſt quot homines tot ſententię pertranſeundum cenſerem.

Quibus non obſtat, quod hæres beneficiatus etiam non reperto iuſto emptore non videtur liberatus a venditione bonorum hæreditariorum, cum poſſit dare bona creditoribus ad dilacerandum dicendo eis vendite vos, & ego conſentiam, iuxta not. per *Ang. in l.* 1. §. *hæc ſtipulatio, ff. ſi cui plus quam per l. Falc.* & per *Hodier. ad Sur. d. dec.* 30 *n.* 17. *& ſeq. & per Cir. contr.* 525. *n.* 8.

110 Quia hæres beneficiatus ad dandũ bona creditoribus ad dilaniandum precisè cogi non poteſt, ſed id eſt repoſitum in eius voluntate, an ſcilicet non reperto emptore offerente iuſtũ prætium velit dare bona creditoribus ad iuſtam æſtimationem, vel illa tradere eiſdem ad dilacerandum, vti habetur ex tex. *in d. l. fin.* §. *& ſi præfatam, C. de iur. delib.* vbi diſponitur alternatiuè, quod hęres ſoluat de rebus hæreditarijs, vel ex illarum prætio, in alternatiuis verò electio eſt debitoris, & ideo quod ſit in electione hęredis beneficiati dare bona dilaceranda creditoribus, vel illa tradere eis in ſolutum pro eorum creditis ad iuſtam æſtimationem, tenuerunt *Hodier. ad Surd. d. deciſ.* 30. *num.* 17. *& ſeq. Andreol. d. contr.* 93. *num.* 14. *Gizzar. deciſ.* 7. *num.* 3. *& ſeq. & Rot. apud Duran. d. deciſ.* 1. *num.* 27. *&* 31.

Declara ſecundo d. ſublimitationem, quod hæres beneficiatus tenetur ſoluere debita hæreditaria in pecunia quando hæreditas eſt opulenta, &

111 ſoluendo, quod in dubio illa præſumitur opulenta, & ſoluendo non ſtante Inuentario, dum contrarium ab hærede non probatur, vt tradunt *Couar. in cap. ſi hæredes, 6. ſub num. 9. de teſt. Manen. conſ.* 86. *n.* 17. *Altog. d. conſ.* 62. *num.* 13. *& ſeq. Vrſell. in exam. apum, concl.* 91. *nu.* 24. *& Rot. apud Card. Seraph. dec.* 1394. *num.* 5. *& apud Cenc. de Cenſ. d. deciſ.* 422. *num.* 9. *& apud Duran. d. deciſ.* 1. *num.* 33. vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi in hæreditate non fuerit recepta pecunia, & apud *Merlin. de pignor. deciſ.* 38. *numer.* 6. *& deciſ.* 93. *numer.* 7. *&* 8. *& deciſ.* 106. *num.* 13. *&* 14. *par.* 14. *recent.*

112 Licet quando non adeſt pecunia in hæreditate, & conſtat ex Inſtrumentis in inuentario deſcriptis adeſſe æs alienum, hæreditatem tunc eſſe non ſoluendo dici apparere ex eodem inuentario poſt *Rot. Bonon. deciſ.* 36. *nu.* 11. per eum relatum voluerit *Altograd. d. conſ.* 62. *num.* 14. *&* 15.

113 Declara tertio d. ſublimitationem, quod emptorem reperiri, qui offerat iuſtum prætium vti in facto conſiſtẽs nõ præſumitur, ſed id eſt probandum per creditores volentes cogere hæredem beneficiatum ad vendendum bona hæreditaria, cum id ſit fundamentum eorum intentionis, vt probant *Surd. d. deciſ.* 318. *num.* 5. *& ſeq. & Altogr. d. conſ.* 62. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 1. vbi dicit, non eſſe neceſſarium in dicto caſu bona ſubhaſtari, vt ibi per eum quibus tranſeundum cenſeo per prædicta, licet *Rota* ſentiat emptorem non reperiri, qui offerat iuſtum prætium eſſe probandum per hære-

hæredem aſſerentem *d. deciſ.* 478. *in fin. part.* 14. *recent.* maximè cum *Surd. d. deciſ.* 318. per eam allegatus teneat contrarium, *& Rot. apud Dura. d. deciſ.* 1. *num.* 36. id non probet.

114 Declara quarto d. ſublimitationẽ, quod ad hoc, vt hæres beneficiatus teneatur vendere bona hæreditaria, & cum illorum præcio creditoribus ſatisfacere, non ſufficit, quod ſimpliciter reperiatur emptor qui velit dicta bona emere, ſed requiritur, quod d. emptor offerat iuſtum prætium habita ratione, quod euictio non debeatur, itaut tanto minori prætio ſit emendum; puta detracta tertia, vel quarta parte illius, alias non dicatur reperiri emptor, cum idem ſit non reperiri emptorem, & reperiri non offerentem iuſtum prætium, vt declarant *Surd. dict. deciſ.* 30. *numer.* 15. *&* 33. *& ibi Hodiern. numer.* 15. *& num. vlt. Altograd. d. conſ.* 62. *in fin.* vbi aliquos contrarium tenentes refert, quorum plures dictam contrariam opinionem non probant *Vrſell. in exam. apum, d. concluſ.* 91. *nu.* 22. *Salgad. in laber. credit. par.* 1. *cap.* 22. *num.* 5. *in fin. & Rota apud Duran. d. deciſ.* 1. *num.* 36.

115 Sublimita ſecundo dictam limitationem, quod hæres beneficiatus poſſit ſoluere debita defuncti in bonis hæreditarijs, vt non habeat locũ quando Teſtator mandauit, debita illius perſolui in pecunia, quia tunc non obſtante beneficio Inuentarij hæres tenetur illa ſoluere in pecunia, & non de bonis hæreditarijs, vt tradunt *Surd. d. deciſ.* 30. *numer.* 16. *& ſeq.* latè comprobans, *Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 116. *num.* 26. vbi loquitur etiam ſi tantum conſtet de mente Teſtatoris ex coniecturis, vt ibi per eum, *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom.* 1. *in tract. de inuentar. tit.* 13. *num.* 154. & hanc opinionem placuiſſe aliquibus ex Dominis, dixit *Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 422. *in fin.* & tenuit eadem *Rota apud Giouagnol. poſt conſ.* 57. *lib.* 1. *num.* 70. *& ſeq.*

116 Dum enim Teſtator mandauit illius debita ſoluenda eſſe per hæredem in pecunia, dubium non eſt, quod ipſe voluerit beneficio Inuentarij locum non eſſe, cum hæc ſint inter ſe contraria, vt aduertit *Surd. dict. deciſ.* 30. *num.* 16. Poſito autem vno ex contrarijs remouetur alterum, *l. ſi inter me, & te,* 15. *ff. de except. rei iudic. l. hæc verba,* 124. *ff. de verbor. ſignif. l. Pomponius,* 40. *§. ſi ei, in fin. ff. de procur.* plenè *Barboſ. axiom.* 58. *num.* 3. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 891. *numer.* 18. *& cap.* 894. *numer.* 4. *par.* 5. Cum contraria mutuò ſe expellant *gloſ. in l. ſed ſi pupillus,* 11. *§. pen. ff. de inſtit. action.* & not. idem *Surd. d. deciſ.* 30. *num.* 16. *& conſ.* 230. *num.* 13. *vol.* 2. *& Barboſ. d. axiom.* 58. *num.* 3.

117 Hęres autem vti non poteſt beneficio Inuentarij contra voluntatem defuncti, cum defunctus poſſit ei prohibere inuentarij beneficium, & confectionem, vt tradunt *Craſſ. de ſucceſſ. §. teſtam. quæſt.* 71. *in fin.* vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, & *lib.* 2. *art. Inuentarium, quæſt.* 2. *num.* 3. *Surd. d. deciſ.* 30. *num.* 22. vbi teſtatur de communi opinione, *Mangil. de imput. quæſt.* 134. *n.* 3 *& ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis recepta opinione, *& de euict. quæſt.* 55. *num.* 16. *& ſeq. Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 711.

numer. 17. *par.* 4. *Balthaſ. Thomaſ. in d.tract. de inuent. tit.* 18. *num.* 1. vbi alios dat concordantes *Marta de ſucceſſ. par.* 4 *quæſt.* 12. *art.* 5. *numer.* 16. *Ciriac. controuerſ.* 160. *num.* 103. & latè comprobat *Andreol. controuerſ.* 427. *per tot.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis receptam, prout etiam talem appellat illam nouiſſimè *D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 9. *in tit. de hærede, & hæred. diſcur.* 18. *numer.* 2. benè comprobans, quam opinionem canonizauit *Rota apud Card. Caualer. deciſ.* 471. *per tot.* & dicam latius infrà num. . . .

118 Cum Teſtatori permittatur diſpoſitionem ſuam limitare, & qualificare, prout ſibi placuerit in præiudicium eorum, qui habent cauſam ab eo, *l. videamus*, 4. §. *iurare*, *ff. de in litem iuran.* & not. *Gratian. d. cap.* 711. *num.* 17. *Peregr. de fideic. art.* 11. *num.* 76. *Mangil. de euict. d. quæſt.* 55. *num* 16. & latè confirmat *Andreol. d. controuerſ.* 427. *numer.* 2. *& ſeq.*

119 Et licet contrariam opinionem, imò Teſtatorem beneficium inuentarij prohibere non poſſe, tenuerint *Phanuc. de inuent. par.* 2. *num.* 69. *Gizzarel. deciſ.* 7. *num.* 57. *Altograd. conſ.* 84. *num.* 27. *lib.* 1. *& Ant. Fabr. in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 11. *de iure delib. diffinit.* 43. quem refert, & ſequi videtur *Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 30. *num.* 25. *& ſeq.* vbi teſtatur de com-

120 muni opinione, Quorum opinio vti contra veriorem, & magis communem opinionem, de qua ſupra vel non venit attendenda, vel illa ſaluari poteſt quando dicta prohibitio inuentarij eſt facta in præiudicium creditorum, ſeù legatariorum, quo caſu illa non ſubſiſtit, non autem quando illa concernit præiudicium hæredis, quia tunc benè eſt valida, & ſeruanda, vt benè declarat *D. Io: Baptiſt. Deluca in dict. tom.* 9. *in titul. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 18. *num.* 2. *& ſeq.* vbi dat concordantes, & ponit coniecturas, ex quibus Teſtator in dubio cenſeatur voluiſſe prohibere inuentarium, vt ibi per eum *num.* 4 *& ſeq.*

121 Declara ampliatiuè ſupradictas limitationes, vt hæres beneficiatus non valeat cogere creditorem cenſuarium ad extinguendum cenſum cum bonis hæreditarijs, cum ſors principalis cenſus non cadat in debitum, & debitor cenſus quo ad ſortem non dicatur propriè debitor, cum illa ab inuito exigi nō poſſit, vt tenuerunt *Cenc.* qui mutauit opinionem *de Cenſ. quæſt.* 107. *num.* 97. *verſ. poteſt ſupradictis &c. cum verſ. ſeq. & quæſt.* 108. *num.* 13. *& ſeq.* plenè *Ciriac. controuerſ.* 24. *per tot.* benè comprobans, *Meren. lib.* 11. *controuerſ. cap.* 23 quem refert, & ſequitur *Andreol. controu.* 108. *num.* 17. qui hanc declarationem latè comprobat, & contrarijs reſpondet, & teſtatur de veriori opinione, & idem prius firmauerat *controu.* 86. *per tot.* *Salgad. in laber. credit. par.* 1. *cap.* 22. *num.* 7. *&* 8. vbi tamen non loquitur in hærede beneficiato, ſed in debitore dicens, hoc non habere dubium.

122 Quicquid contrarium, quod imò hæres beneficiatus poſſit cogere dominum cenſus ad illum extinguendum cum bonis hæreditarijs, tenuerint *Alex. Seruil. in ſuo conſ. vni. ſuper extinct. cenſus per tot. Adden. ad Paitell.* expe-

expedit. ciuil. 17. *num.* 10. *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 13. *numer.* 141. idem *Andreol. ſibi contrarius controu.* 13. *per tot. &* *Duard. de cenſib. tom.* 2. *quæſt.* 8. *per tot.* & præcipuè, *num.* 10. *verſ. eſt tamen verum, &c. & quæſt.* 9. *numer.* 5. *& eod.* §. *quæſt.* 36. *in princip. &* §. 6. *quæſt.* 14. *num.* 22. quem refert *Andreol. d. contr.* 108. *num.* 16.

123 Amplia dictam opinionem, vt habeat locum etiam in iudicio concurſus, & diſcuſſionis bonorum formato ad inſtantiam debitoris cēſus, in quo dominus cenſus citatus cogi non poteſt ad receptionem ſortis principalis, niſi creditor cenſus expreſsè illam vna cum fructibus decurſis, & non ſolutis in dicto iudicio deducat, & pro dicta ſorte principali, & fructibus petat ſe graduari, aliàs ſecus ſi tantum pro fructibus ſe graduari petierit, vt benè declarant *Cenc. de Cenſ. dict. quæſt.* 107. *num.* 29. *verſ. poteſt ſupradictis &c. cum verſ. ſeq. & dict. quæſt.* 108. *numer.* 13. *& ſeq. Ciriac. dict. controu.* 24. *per tot. & Salgad. in laber. credit. par.* 1. *cap.* 22. *num.* 4. vbi teſtatur de veriſſima opinione, & ita dicit fuiſſe iudicatum in Senatu Valliſolet. quicquid aliqui contrarium teneant, vt ibi per eum.

124 Amplia decimò dictam concluſionem principalem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum etiam ſi vſusfructus omnium bonorum alteri fuerit relictus, quia ad hunc hæres tenetur debita hæreditaria ſoluere non autem vſufructuarius etiam omnium bonorum, *ad text. in l. vſufructu,* 69. *ff. ad leg. Falc. & in l. fin. ff. de vſufr. legat.* & ſcripſerunt *Mareſcott. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 31. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 143. *num.* 9. *verſ. altera atque, &c. Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 2. vbi teſtatur de communi opinione *Caſtill. de vſufruct. cap.* 59. *num.* 17. *& ſeq.* vbi hanc dicit eſſe veram, & communem opinionem, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 134. *num.* 21. *par.* 1. vbi pariter teſtatur de communi contra Bart. *& cap.* 585. *num.* 15. *& ſeq. par.* 3. latè *Hodier. ad Surd. deciſ.* 193. *num.* 41. *& ſeq.* vbi dicit, hoc procedere, etiam ſi Teſtator mandauerit debita per vſufructuarium perſolui, vt ibi per eum, *num.* 49. *Merlin. de pignor lib.* 4. *quæſt.* 151. *num.* 1. *& ſeq.* quam opinionem latiſſimè comprobat *Ciriac. controuerſ.* 489. *per tot. & controu.* 510. *num.* 11. *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 17. plenè *Adden. ad Rot. deciſ.* 636. *numer.* 43. *& ſeq. par.* 4. *recen. tom.* 3. *Redenaſ. conſ.* 41. *num.* 6. vbi dicit, hæredem debere prius vendere bona pro ſoluendis debitis defuncti, & reliqua tradere vſufructuario, vt ibi per eum, *Salgad. in laber. credit. par.* 1. *cap.* 2. §. *vnic. num.* 5. vbi teſtatur de communi, *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 14. & alij relati per *Capic. Latro. deciſ.* 102. *num.* 22. 23. *& ſeq par.* 1. *& D. Deluca in diſcurſ.* 58. *adducto infra num.* 129.

125 Inſtitutus enim in vſufructu etiam omnium bonorum dicitur inſtitutus in re particulari, ſcilicet in ipſo vſufructu, vt tradunt *Menoch. conſ.* 243. *num.* 7. *lib.* 3. *Rimin. Iun. conſ.* 172. *num.* 12. *volum.* 2. *Surd. de alim. tit.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 32. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 518. *num.* 30. *par.* 3. & latè comprobat *Ciriac. contr.* 43. *n.* 25.

& dict.

& dict. controuerſ. 489. numer. 3. & latius controuerſ. 499. ferè per tot. & præcipuè numer. 35. vbi plures dat concordantes, & Merlin. de pignor. d. quæſt. 151. num. 2. & ſeq.

126 Et ideo dicitur tantum legatarius, ad tex. in l. quoties, 13. C. de hæredit. inſtit. & not. Ciriac. controuer. 46. numer. 7. & controuerſ. 128. num. 80. & controuerſ. 489. num. 5. & controuerſ. 499. num. 36. Caſtill. de vſufruct. cap. 40. num. 5. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 518. numer. 30. part. 3. Andreol. controuerſ. 22. num. 32. & Merlin. de pignor. d. quæſt. 151. num. 2. & ſeq. nec non Coſta de ration. ratæ quæſt. 213 num. 2. qui dant concordantes.

127 In legatarium autem non tranſeunt actiones hæreditariæ, vt not. Bart. in d. l. quoties, 13. in princ. & ibi alij Doct. communiter, C. de hæred. inſtit. Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 2. num. 2. circa medium, vbi dicit, legatarium certarum rerum non teneri ad æres alieni ſolutionem, Coſta de ration. ratæ, quæſt. 2. num. 3. & 4. vbi alios dat concordantes, Ciriac. dict. controuerſ. 489. num. 5. Craſſ. de ſucceſſ. §. legatum, quæſt. 35. numer. 1. in fin. Merlin. de pignor. d. quæſt. 151. num. 2. & ſeq. & dixi etiam ſupra num.

128 Neque legatarius repræſentat defunctum, Rolan. conſ. 8. num. 5. lib. 2. Gail. obſer. 146. num. 5. lib. 2. Maſtrill. deciſ. 146. num. 3. quos referendo ſequitur Ciriac. d. contr. 489. num. 6. & Merlin. de pignor. d. quæſt. 151. numer. 4.

129 Quicquid contrarium imò vſufructuarium teneri ad ſoluendum debita defuncti, non autem hæredem illius, voluerint Bart. in l. fin. num. 5. ff. de vſufruct. legal. & alij relati per Rolan. conſ. 8. num. 4. lib. 2. Dec. conſ. 279. ante fin. Ant. Gomez variar. reſol. tom. 2. cap. 14. num. 8. cum quibus pertranſit Capic. Latr. deciſ. 102. num. 31. & ſeq. par. 1. quando hæres inſtitutus fuit in vſufructu alio dato hærede poſt mortem illius, & ad euitandum circuitum, & in ijſdem fere terminis, tenuit Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 103. numer. 11. & ſeq. Quorum opinionem eſſe omnium conſenſu damnatam, & reprobatam, tenent Adden. ad Rot. dict. deciſ. 636. num. 41. & ſeq. par. 4. recent. tom. 3. & D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 4. in tit. de ſeruit. ad mater. vſufruct. diſcurſ. 58. num. 2.

130 Subamplia primo dictam decimam ampliationem, quod vſufructuarius non teneatur ad ſolutionem debitorum defuncti, ſed illius hæres, vt ſi vſufructuarius ſoluat debita de proprio poſſit illa ab hærede repetere, vt tradunt Ceph. conſ. 762. numer. 22. & ſeq. lib. 5. Surd. conſ. 290. num. 37. lib. 2. & Rota deciſ. 378. num. 2. par. 4. recent.

131 Subamplia ſecundo dictam decimam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti etiam ſi alteri ſit relictus vſusfructus bonorum illius, vt eo magis habeat locum quando vſusfructus relictus fuit certarum rerum, puta talis fundi, & ſimil. quia in dicto caſu clarum eſt dictum vſufructuarium non eſſe obligatum ad ſoluendum debita defuncti, ſed hæredem, vt ſcripſerunt Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 2. num. 1. dicens hanc eſſe communem omnium ſententiam, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 143. num. 5. vbi dicit hoc eo magis procedere, quando teſtator

lega-

legauit rem certam pleno iure proprietatis, & vſusfructus, & quando legauit vſumfructum dimidiæ, vel tertiæ partis ſuorum bonorum, vel ſi legauit vſumfructum rerum ſuarum abſolutè, vt ibi per eum, *numer. 5. 6. & ſeq.* quem ſequitur *Caſtill. de vſufr. cap. 59. num. 1. & ſeq.* quibus addo *Craſſ. de ſucceſſ. §. legatum, quæſt. 35. nu. 3. & Coſt. de ration. ratæ, quæſt. 213. num. 5.*

132 Subamplia tertio dictam decimam ampliationem, vt idem ius ſit ſtatuendum ſi ſit relictus vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium, vel partis eorum, quia etiam in dicto caſu hæres tenetur ſoluere debita defuncti, non autem vſufructuarius, cum ipſe in dicto caſu dicatur rei particularis legatarius, qui non tenetur ad æris alieni ſolutionem, vt adnotarunt *Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 139. & ſeq. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. num. 3.* vbi dicit, ei videri, hoc ab omnibus receptum eſſe, *Menoch dict. præſumpt. 143. numer. 6 lib. 4. Craſſ. de ſucceſſ. d. §. legatum, quæſt. 35. num. 5. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 585. num. 16. par. 3. & Caſtill. de vſufr. d. cap. 59. num. 2.* vbi teſtatur de communi opinione.

133 Cum enim in dicto legato vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium non veniant iura, & actiones, quæ dicuntur continere tertiam ſpeciem diſtinctam a mobilibus, & immobilibus, *ad tex. in l. mouentium, 93.* & ibi not. *Bart. Alciat. & alij, ff. de verb. ſignif. & in l. quam tuberonis, 7. §. in peculio,* & ibi pariter *Bart. ff. de peculio,* & tradunt *Card. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 6. numer. 4. Cenc. de Cenſ. quæſt. 30. num. 1. & 2. Pacif. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. num. 843. Andreol. controuerſ. 22. numer. 10. 11. & 33.* vbi dicit dictum vſufructuarium omnium bonorum dici legatarium particularem, *Ciriac. controuerſ. 222. num. 93 & Rota deciſ. 194. numer. 3. par. 2. diuerſ.* & apud *Cenc. de Cenſ. deciſ 3. num. 13. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & apud *Poſt. de manut. deciſ. 483. numer. 9. & ſeq.*

134 Sequitur, quod vſufructuarius bonorum mobilium, & immobilium dicatur legatarius rei certæ, & particularis, qui non tenetur ad æris alieni ſolutionem, vt declarant *Dil. de arte teſtan. tit. 6. caut. 42. num. 1. Couar. variar. reſol. d. cap. 2. num. 3. Coſta de ration. ratæ, quæſt. 2. num. 3. & 4. Ciriac. controuer. 489. num. 5.* & dixi ſupra, *num. 132.*

135 Subamplia quarto dictam decimam ampliationem illatiuè ex ſupradictis, quod hæres teneatur ſoluere fructus cenſus impoſiti per defunctum, non autem vſufructuarius, cui legatus fuit ad vſumfructum fundus, ſuperquo dictus cenſus fuit impoſitus, vt voluerunt *Menoch. conſ. 997. per tot. lib. 10. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 6. verſ. & apud me &c. & lib. 3. cap. vlt. num. 4. Coſta de ration. ratæ quæſt. 72. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, ita ipſum reſpondiſſe in facto conſultus, *Roderc. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 1. ſub num. 6. verſ. adde tertium caſum, &c.* cum quibus pertranſit *Cenc. de Cenſ. quæſt. 79 num. 3. & ſeq.* alias adducens ita ſentientes, *Gert. Spin. conſ. 19. num. 39.* cum quibus pertranſit etiam *Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ. 474. in princip. & deciſ. 517. num. 4.*

136 Vſufructuarius enim cum poſſideat iure legati, hæres tenetur rem legatam luere, & ab obligationibus, & hipotecis illam liberare, ita vt legatarius nullum onus ſentiat, maximè ſi teſtator ſciat, rem legatam eſſe obligatam, *l. licet*, 16. *ff. de dote præleg. l. ſi res obligata*, 60. & ibi hoc notat communiter Doctores *ff. de legat.* 1. *l. prædia*, 6. *C. de fideicom.* §. *ſed et ſi rem obligatam*, *Inſt. de legat.* & ſcripſerunt *Anton. Gomez variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 39. *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *legatum*, *quæſt.* 15. *in princip. Mangil. de euict. quæſt.* 64. *num.* 10. *Coſta d. quæſt.* 72. *num.* 1. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 986. *num.* 9. *& cap.* 995. *num.* 25. *par.* 5. *Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num.* 4. benè comprobans, & contrarijs reſpondens, & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 69. *num.* 3.

137 Quicquid contrarium, quod imò ad fructuum cenſus ſolutionem teneatur vſufructuarius, cui legatus eſt fundus cenſui obnoxius, non autem hæres proprietarius, tenuerint *Caroc. de locat. & conduc. in tit. de vſufruct. quæſt.* 16. vbi loquitur in terminis poſſeſſoris fundi, *Gabr. conſ.* 47. *num.* 6. *lib.* 1. latè *Achill. Pedroc. conſ.* 2. *numer.* 42. *& ſeq. Caſtill. de vſufruct. cap.* 57. *num.* 14. & loquendo de debitis annuis *Menoch. d. præſumpt.* 143. *num.* 18. *lib.* 4.

138 Neque obſtat regula *l. hactenus*, 8. *& ibi gloſ. & l. ſi pendentes*, 34. §. *ſi cloacarij*, *ff. de vſufr. & l. quæro*, 28. *& ibi Bart. ff. de vſufruct. legat.* in quibus ſtatuitur, quod vſufructuarius tenetur recognoſcere omnia onera, quæ debentur a re, vel occaſione rei, cum alijs cumulatis per *Pinell. in l.* 1. *par.* 2. *num.* 72. *verſ. diſtinctio autem &c. C. de bon. mater. per Borgni. de vſufruct. num.* 162. *& ſeq. & per Theſaur. lun. quæſt. Forenſ.* 32. *num.* 4. *verſ. quod*

139 *tamen &c. lib.* 2. Onus autem cenſus eſt reale, vt docent *Couar. variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. *Serd. conſ.* 162. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 2. *Fælician. de cenſib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 3. *& cap.* 8. *num.* 19. *verſ. pro qua ſententia, &c.* & alij relati per *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 23. *in princip.* & ideo ad vſufructuarium, non autem ad hæredem iſtud onus ſoluendi fructus ſpectare debet.

140 Quia reſpondeo, quod regula *dict. l. hactenus*, cum alijs ſupra adductis habet locum reſpectu onerum, quæ inhærent rei tamquam qualitates intrinſecæ, & non fundantur in aliquo debito pecuniario, ſed ſunt perpetua ex diſpoſitione legis, vel ex indictione Superioris, ſecus tamen eſt quò ad onera, quæ non imminent rei, ſed perſonæ, & imponuntur ex partium conuentione, vt quia quis ſe obligauit ex contractu propter rem, & rei inhærent tanquam qualitates extrinſecæ, & facili negocio poſſunt per hæredem remoueri ſoluendo debitum principale, prout eſt impoſitio cenſus, iſta enim non ſequuntur rem, neque pertinent ad vſufructuarium, ſed ad hæredem, qui repræſentat perſonam obligati, non autem vſufructuarius, §. 1. *auth. de iureiur. a morien. præſt.* & declarant *Coſta de ration. ratæ*, *d. quæſt.* 72. *num.* 3. *verſ: non obſtat &c.* & infra benè comprobans *Felician. de cenſib. in d. cap.* 1. *numer.* 6. *& Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num.* 13. vbi alias ad dictam regulam affert limitationes, & ita diſtinguendo reſpondet etiam *Gratian. diſcept. Fo-*

Forenſ. d. cap. 955. *num.* 24. *& ſeq. par.* 5. *& D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 11. *in tit. de lega. diſcurſ.* 26. *num.* 4. *& ſeq.* & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 69. *num.* 7. *&* 8. vbi dixi, dictam regulam procedere quando agitur inter creditorem, & poſſeſſorem rei, non autem quando agitur inter hæredem, & vſufructuarium, vt ibi *num.* 9.

141 Prout neque obſtat, quod cum ſit in facultate domini cenſus agendi contra hæredem actione perſonali pro fructibus cenſus, vel actione hipotecaria, vel remedio vtilis ſaluiani interdicti contra dictum vſufructuarium poſſidentem fundum cenſuatum, vt not. *Gabr. conſ.* 47. *num.* 13. *lib.* 1. *Couar. variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. *verſ. huic etiam, &c. Coſta de ration. ratæ d. quæſt.* 72. *num.* 9. *& Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num.* 10. *& quæſt.* 98. *num.* 41. vbi alios dat concordantes, Ideo ipſe vſufructuarius poterit a domino cenſus actione reali conueniri, vt dicit *Pedroch. d. conſ.* 2. *num.* 83. quem refert etiam *Cenc. vbi ſupra.*

142 Quia cum hæres obligatus ſit fundum legatum ab omni hipoteca, & obligatione liberare, *d. l. ſi res obligata,* 60. *ff. de legat.* 1. *d. l. prædia,* 6. *C. de fideic.* cum alijs adductis ſupra numer. 136. & ſic teneatur hæres d. onus ſubire, ſi vſufructuarius a domino cenſus actione reali conuentus cogatur ſoluere fructus cenſus, poterit illos ab hærede repetere, vt not. *Felician. de cenſ. d. cap.* 1. *num.* 6. *verſ. Et apud me non habet &c. & Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num.* 11.

Imò cum vſufructuarius in hoc caſu conueniatur actione reali redimibili non præciſè ad rem auocandam, ſed cauſatiuè, vt ſoluatur debitum, pro vt euenit in hipotecaria, & ſaluiano per quæ agens licet dirigat iudiciũm contra rem petendo ex illius fructibus ſatisfieri tamen non debetur illi

143 principaliter res, ſed creditum, vt declarant *Card. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 28. *num.* 32. *verſ. addo etiam &c. Caroc. de oblation. par.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 3. *verſ. & ratio eſt, &c. Menoch. de arbitr. caſu* 232. *num.* 17. *in addit. Morot. de iure offeren. in princ. & Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 268. *num.* 9. *& ſeq.* & dixi *ſupra art.* 4. *num.* 15. *& art.* 5. *num.* 44. Et ipſe conueniri non poſſit pro debito quantitatis, ſed agi debeat contra hęredem, vt latè comprobat *Ciriac. controuerſ.* 489. *in princ. & Rota apud Mohed. deciſ.* 4. *de appell.* alias *deciſ.* 123. cum alijs adductis ſupra num. . . . Qui tenetur liberare rem legatam hipotecatam ab obligationibus ſuper illa impoſitis, *d. l. ſi rem obligatam,* 60. *ff. de leg.* 1. *d. l. prædia,* 6. *C. de fideic.* cum alijs ſupra proximè adductis videtur,

144 quod reſpectu huius reluitionis hipotecæ poſſit per vſufructuarium conuentum dicta actione reali nominari in iudicio hæres proprietarius, & ſic euitare iudicium, vt poſt *Abb. & Scott.* per eum relatos contra *Gamma. & Cancer.* declarat *Ciriac. controuerſ.* 489. *num.* 25. 26. *& ſeq.* licet contrarium ſentire videatur *Capic. Latro. d. deciſ.* 102. *num.* 46.

145 Limita primo dictam ſubampliationem, quod hæres tenetur ſoluere fructus cenſus licet fundus illius alteri ad vſumfructum fuerit legatus, vt non habeat locum quando dictus fundus cenſus alteri legatus fuit liberè,

berè, non autem ad vſumfructum, quia tunc legatarium teneri ad fructum cenſus ſolutionem non autem hæredem, tenuerunt *Papien. in pract. in forma libell. quo agi. pro lega. rei ſing. in princip. num.* 17. *& Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 611. *num* 2. *& ſeq. par.* 4. ex regula *d. l. hactenus*, 8. *ff. de vſufruct. lega.* cum alijs adductis ſupra *numer.* 138. quod onera realia tranſeunt cum re legata, vbi teſtatur de communi opinione diſtinguendo inter fructus decurſos ante legatum, & decurſos poſtea, vt ibi per eum, qui dat concordantes.

146 Contrariam tamen opinionem, imò onus ſoluendi fructus cenſus in dicto caſu ſpectare ad hæredem, non autem ad legatarium fundi cenſualis tenuerunt *Menoch. conſ.* 997. *num.* 10. *& ſeq. & conſ.* 1009. *per tot. Roderic. de annual. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 6. qui alios adducit, & dicit, ità fuiſſe iudicatum, *Coſta de ration. ratæ quæſt.* 72. *num.* 1. *& ſeq. Ceuall. in ſuis commun. quæſt.* 747. *num.* 23. *& ſeq. Felician. tom* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *verſ. & apud me &c. & lib.* 3. *cap. vlt. num.* 4. vbi loquitur in vſufructuario, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 955. *num.* 23. *& ſeq. par.* 5. *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 79. *num.* 16. vbi teſtatur de veriori opinione, & illam à contrarijs tuetur, & ibi *Paul. Ranuc. Aduoc. Roman. num.* 21. *& ſeq. Cancer. variar. reſolut. par.* 3. *cap.* 20. *num.* 1. *& ſeq.* dicens ita conſuluiſſe, *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 157. *num.* 1. *&* 2. *Dona. Anton. De Marin. quotid. quæſt. cap.* 12. *num.* 2. *lib.* 1. cum quibus quando debitum cenſus eſt Teſtatoris, pertranſit nouiſſimè *D. Io: Bapt. Deluca Aduoc. Roman. celeberrimus in ſuo Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 5. *in tit. de cenſib. diſcur.* 18. *num.* 4. *& ſeq. & tom.* 11. *in tit. de legat. diſcurſ.* 26. *num.* 4. contrarium ſentiens quando Teſtator eſt debitor cenſus occaſionaliter, & vti poſſeſſor, vt ibi per eum, & in hanc partem inclinat *Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 517. *num.* 4. *&* 11. & expreſsè firmat eadem *Rota in Romana pecuniaria, ſeu cenſus* 26. *Februar.* 1635. *coram R. P. D. Ghiſler. per tot.* quam opinionem probaui etiam *Ego allegat. Forenſ.* 69. *per tot.* itaut dicta opinio benè communiter recepta dici valeat per Doctores, vt annotaui in *d. allegat.* 69. *num.* 1. *in fin.*

147 Licet hanc quæſtionem ex coniecturis eſſe decidendam, dixerunt *D. Deluca in d. tom.* 11. *d. diſcurſ.* 26. *num.* 7. *& ſeq. & Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 473. *num.* 1. *& deciſ.* 522. *in princ.*

148 Cenſus enim ſubmiſſio eſt onus hæreditarium, vt notant *Coſta de ration. ratæ quæſt.* 72. *in princ. & conſ.* 9. *num.* 1. *& ſeq. Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num.* 7. vbi dicit, quod licet in contractu cenſus adſit obligatio tàm perſonalis, quàm realis, tamen magis attenditur obligatio perſonalis, quæ non ſequitur rem, ſed datur contra hæredem, vt ibi per eum, & idem tradit *D. Paul. Ranuc. relatus per Cenc. d. quæſt.* 79. *num.* 43. *&* 44. & dixi *Ego d. allegat.* 69. *num.* 5. & ſentit *D. Deluca in d. diſcurſ.* 26. *numer.* 4. *&* 5.

149 Et ideo nec mirum ſi per hæredem illud ſit ſubeundum, *l. fin.* §. *cum igitur*, & ibi notant Doctores, *C. de iure delib. l. ſi cum dotem*, 23. §. *tranſgrediamur, in fin.* & ibi not. pariter *Doct. ff. ſolut. matr. Gratian. diſcept.*

Forenſ.

Forenſ. cap. 204. *num.* 36. *par.* 2. *& capit.* 733. *numer.* 15. *par.* 4. *Ciriac. controuerſ.* 5. *num.* 95. in puncto *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *Cenc. de Cenſ. dict. quæſt.* 79. *num.* 8. *Ego met dict. allegat.* 69. *numer.* 6. & benè declarat *Rota in dicta Romana pecuniaria, ſeu cenſus,* §. *vndè ſequitur &c.*

150 Et eo magis cum hæres teneatur liberare rem legatam ab onere hipotecæ, & obligationis quando Teſtator ſciebat rem eſſe obligatam, §. *ſed & ſi rem, & ibi Io: Oinot. in princip. Inſtit. de legat. d. l. ſi res obligata,* 60. *ff. de legat. prim. l. prædia,* 6. *C. de fideic.* & not. *Anton. Gomez varıar. reſolut. tom.* 2. *capit.* 12. *numer* 39. *& ſeq. Gratian. diſceptat. Forenſ. dict. cap.* 955. *num* 23. *& ſeq. & dict. cap.* 986. *numer.* 9. *par.* 5. *Cenc. de Cenſib. dict. quæſt.* 79. *numer.* 20. *Merlin. de pignor. d. quæſt.* 157. *in princ. Ciriac. controuerſ.* 545. *numer.* 35. *De Marin. d. cap.* 12. *lib.* 1. *& Rota in dict. Romana pecuniaria, ſeu cenſus,* §. *principalis ratio &c.* & dixi *Ego dict. allegat.* 69. *numer.* 3 *& ſeq.* vbi hanc contrariam opinionem latè comprobaui, contrarijs reſpondi, & teſtatus ſum, ita in facto fuiſſe iudicatum.

151 Amplia primo dictam contrariam opinionem, quod hæres tenetur ſoluere fructus cenſus non autem ille, cui legatus fuit fundus cenſitus vti veriorem, & magis communem, vt eo magis habeat locum quando dict. fundus cenſuatus legatus fuit coniũctæ perſonæ, quia tunc onus ſoluendi fructus pertinet omninò ad hæredem, non autem ad legatarium, vt voluerunt *Craſſ. in dict.* §. *legatum, quæſt.* 15. *in princip. Anton. Gomez variar. reſolut. tom.* 1. *titul.* 12. *numer.* 3. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 116. *numer.* 15. *Mangil. de euict. quæſt.* 63. *num.* 20. *& ſeq. Card. Mantic. de coniect. lib.* 9. *titul.* 10. *numer.* 4. *Ciriac. controuer.* 412. *num.* 38. & benè comprobat *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 611. *num.* 7. *& ſeq. par.* 4. *& cap.* 955. *num.* 45. *& ſeq. par.* 5. *Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num.* 17. vbi dicit, hoc tranſire abſque difficultate, vt ibi per eum, *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 145. *num.* 10. *& ſeq.* & dixi *Ego dict. allegat. Forenſ.* 69. *num.* 18. vbi teſtatus fui de communi opinione.

152 Ex affectione enim, quam præſumitur Teſtatorem habuiſſe erga coniunctum ei relinquendo fundum cenſui obnoxium veriſimilis deſumitur coniectura, quod Teſtator voluerit fundum cenſuatum liberum legare, & ab omni onere immunem, ità vt hæres teneatur illum ab onere ſuperimpoſitum liberare, vt not *Craſſ. in d.* §. *legatum, quæſt.* 15. *in princip. Anton. Gomez Card. Mantic. Menoch. & Mangil. in loc. ſupr. proximè adduc.* & declarant *Gratian. d. cap.* 611. *num.* 7. *& ſeq. Cenc. de Cenſ. in d. quæſt.* 79. *num.* 17. *& ſeq. Geri. Spin. conſ.* 79. *num.* 37. *& ſeq.* & probaui *Ego dict. alleg.* 69. *num.* 18. *& ſeq.*

153 Maximè cum legatum factum coniuncto latam admittat interpretationem, etiam ſi hæres inſtitutus ſit equè coniunctus, cum Teſtator in re legata cenſeatur magis dilexiſſe legatarium, quam hæredem inſtitutum, vt quampluribus relatis ita ſentientibus latè probaui *Ego dict. allegat.* 69. *numer.* 18. *& ſeq.* & mant etiam *Adden. ad Rot. deciſ.* 636. *numer.* 65. *& ſeq. part.* 4.

D re-

recent. tom. 3. licet aliqui ibi per me relati contrarium teneant, vt ibi eſt videre.

154 Amplia ſecundo dictam contrariam opinionem, vt habeat locum etiam quando legatum factum fuit valdè amico, quia etiam in dicto caſu hæredem teneri ad ſoluendum dictum debitum non autem legatarium, cum magna amicitia equipararetur coniunctioni, vt firmant *Gratian d. cap.* 611. *num.* 13. *& cap.* 955. *num.* 34. *Caluin. de æquit. lib.* 2. *capit.* 145. *num.* 10. *& ſeq.* & idem eſſe in legato relicto vxori *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 636. *num.* 66. *par.* 4. *recen. tom.* 3. qui dant concordantes.

155 Amplia tertio dictam contrariam opinionem, quod hæres tenetur ſoluere fructus cenſus, non autem ille, cui fuit a Teſtatore legatus fundus cenſuatus, vt eo magis habeat locum quando dictus fundus fuit legatus ad piam cauſam puta pro anima Teſtatoris, pro celebrandis Miſſis, pro maritandis puellis, & ſimil. quia tunc onus ſuper dicto fundo impoſitum ſpectat ad hæredem, non autem ad legatarium, vt ſcripſerunt *Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 611. *num.* 17. *& ſeq par.* 4. latè comprobans, & contrarijs reſpondens, *& d. cap.* 955. *num.* 23. *& ſeq. par.* 4. cum quo pertranſit *Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num* 17. *&* 18. latè *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 145. *num.* 9. *& ſeq.* & dixi *Ego d. alleg. Forenſ.* 69. *num.* 23. *& ſeq.* & hanc eſſe circumſtantiam conſiderabilem ad facilius præſumendam Teſtatoris voluntatem relinquendi bona libera ob benigniorem interpretationem fauore piæ cauſæ faciendam, vt debeatur quod magis eſt maximè ſi legato ſit adiectum aliquod onus tenuit *D. De luca in d. tom.* 11. *in tit. de legat. diſcurſ.* 26. *num.* 8. & ſentit *R ta in d. Rom. pecun. ſeu cenſus*, §. *in hac autem, &c. coram* R. P. D. *Ghiſilerio*.

156 Licet contrarium tenuerit *Rot. apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 517. *per tot.* cum in dicto caſu agatur de donatione, quæ dicitur diuerſa a legato ſecundum *Rot. ibi*, & donatio facta fuerat cum iuribus, & pertinentijs ſuis iuxta terminos limitationis primæ ſeq. & dicam infra latius num. . .

157 Cum omnia diſpoſita in iſta materia ad fauorem coniunctorum habeant etiam locum in pia cauſa, & in legato relicto Eccleſiæ, & pro anima, vt latè tuetur *Gratian. d. cap.* 611. *num.* 10. *& ſeq.* vbi hanc dicit veriorem, & magis communem Doctor. opinionem, & *d. cap.* 955. *num.* 34. *& ſeq.* cum quibus pertranſeunt *Card. Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 10. *num.* 4 *Menoch. d. præſump.* 116. *num.* 30. *lib.* 4. *Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *numer.* 17. *& ſeq. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom.* 1. *in tract. de priuil. piæ cauſæ tit.* 2. *num* 149 *& ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & contrariam eſſe reprobatam, cum anima ſit magis coniuncta omnibus alijs conſanguineis, *Caluin. de æquit. d. cap.* 145. *nu.* 9. *& ſeq.* & probaui Ego *d. allegat. Forenſ.* 69. *num.* 25.

158 Et cum etiam legatum ad pias cauſas ſit latè interpretandum, vt not. *Surd. deciſ.* 298. *num.* 10. *Gratian. in d. cap.* 611. *num.* 15. plenè *Card. Mantic de coniect. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 35. *& ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, & teſtatur de communi opinione, *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de priuileg.*

piæ

pia cauſæ, *d. tit.* 2. *num.* 200. *& num.* 302. *Ciriac. controuer.* 340. *numer.* 41. *&* 42. *Caluin. de equitat. dict. cap.* 145. *numer.* 6. & dixi *Ego dict. alleg.* 69. *numer.* 24. vbi alios retuli ita ſentientes.

159 Amplia quarto d. contrariam opinionem, quod hæres non autem legatarius tenetur ſoluere fructus cenſus impoſiti ſuper fundo legato, vt eo magis habeat locum, quando ſi legatarius teneretur d. fructus ſoluere, legatum nullam, vel modicam vtilitatem afferret, quia etiam tunc ex coniecturata mente Teſtatoris onus impoſitum ſuper re legata ſpectare debet ad hæredem inſtitutum, non autem ad legatarium *ad tex. in l. qui concubinam*, 29. §. *qui hortos*, *& ibi gloſ. ff. de legat.* 3. & tradunt *Felician. de cenſ. d. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *verſ. verum hac &c. Surd. conſ.* 493. *ſub num.* 6. *lib.* 4. *Craſſ. in d.* §. *legatum d. quæſt.* 15. *num.* 2. *in fin.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, magis communem, & in pract. ſeruatam, *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 586. *num.* 12. *par.* 3. qui pariter teſtatur de magis communis Doctor. opinione *Cenc. de Cenſ. dict. quæſt.* 79. *num.* 3. *in fin. Cancer. var. reſolut. par.* 3. *cap.* 20. *numer.* 2. *&* 3. vbi dicit, ita ipſum conſuluiſſe, *Mangil. de euiction. quæſt.* 64. *numer.* 14. vbi dicit, hoc habere locum ſiuè Teſtator ſciuerit, ſiuè ignorauerit onus impoſitum, *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 157. *numer.* 4. *verſ. præterea dictam opinionem &c. Caluin. de equit. d. cap.* 145. *num.* 18. *&* 19. & in fortioribus terminis *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 636. *num.* 62. *& ſeq. par.* 4. *recentior. tom.* 3. & dixi *Ego d. allegat.* 69. *num.* 26. & tenuit *Rot. apud Cenc. de Cenſ. dec.* 473. *num.* 2. *&* *deciſ.* 517. *num.* 10. *& deciſ.* 522. *num.* 2. *in fin. & in d. Roman. pecuniaria ſeu cenſus*, §. *vrget ad hoc &c. coram R. P. D. Ghiſilerio.*

160 Quicquid contrarium tenuerint *Caſtr. Alex. Soccin. Neguſ. & Vaſq.* relati per *Craſſ. in d.* §. *legatum*, *quæſt.* 15. *ſub num.* 2. contra quos adeſt verior, communior, & practicata opinio, de qua ſupra, & dixi *Ego d. alleg.* 69. *num.* 27.

161 Limita primo dictam contrariam opinionem, quod hæres tenetur ſoluere fructus cenſus, non autem legatarius, cui legatus fuit fundus cenſuatus, vt non habeat locum, quando Teſtator illum legauit cum ſuis iuribus, & pertinentijs, quia tunc onus liberandi fundum cenſuatum ab onere cenſus ſuper impoſiti pertinet ad legatarium, non autem ad hæredem, vt not. *Felician. de cenſ. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 6. *verſ. ceſſaret autem &c. Menoch. conſ.* 997. *numer.* 43. *&* 44. *Cenc. de Cenſib. dict. quæſt.* 79. *numer.* 15. vbi dicit, hoc procedere ſine difficultate, *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 157. *num.* 4. *Ego met dict. allegat.* 69. *num.* 15. *& Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 517. *num.* 11. quæ eſt repetita *deciſ.* 143. *par.* 5. *recen. & in d. Roman. pecuniaria ſeu cenſus coram R. P. D. Ghiſilerio*, §. *in hanc autem*, *&c.*

162 Limita ſecundo dictam contrariam opinionem, vt non habeat locum in donatione alicuius fundi, vel domus, & ſimil. quæ ſi ſint onerata aliquo cenſu, illius fructus eſſe ſoluendos per donatarium non autem per hæredem, voluit *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 157. *numer.* 5. *& Rota apud Cenc. de Cenſib.*

deciſ. 517. *per tot.* vbi dicit, diuerſam adeſſe rationem inter legatum, & donationem, & loquitur in terminis
163 donationis factæ piæ cauſæ. Quæ tamen limitatio non eſt tuta, cum contrarium teneant quamplures Doctores apud *Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 79. *num.* 19. *& ſeq.* & ipſe met *Cenc.* ibi dicens, *d. deciſ.* 517. nunquam fuiſſe confirmatam licet pluries fuerit repoſita, & contrarium latè tuetur d. deciſ. fundamenta impugnando, ibi *Paul. Ranuc. Maceraten. numer.* 21. *& pluribus ſeq.* & ſentit etiam *D. Deluca in dict. tom.* 11. *in tit. de legat. diſcurſ.* 26. *num.* 4. & ante eum *Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 955. *num.* 23. *& ſeq. par.* 5.

164 Declara omnia adducta ſupra, quod Teſtator ſi leget rem obligatam illius hæres tenetur illam luere, & ab obligatione liberare *ad text. in dict. leg. ſi res obligata*, 60. *ff. de legat.* 1. vt habeat locum quando ipſe habuit ſcientiam, dictam rem eſſe obligatam, ſecus ſi id ignorauit, niſi tamen illa fuiſſet legata perſonæ coniunctæ, valdè amico, ſeu ad pias cauſas, itaut præſumi poſſit, quod etiam ſi Teſtator ſciuiſſet, illam legaſſet, vel ſi res legata eſſet obligata pro tanta ſumma, quantum importat valor rei, §. *ſed ſi rem obligatam*, & ibi not. *Io. Orinot. numer.* 5. *& ibi Adden. Inſtitut. de legat. Anton. Gomez variar. reſolut. tom.* 1. *capit.* 12. *numer.* 39. *Cenc. de Cenſ. ſeu Paul. Ranuc. apud eum dict. quæſt.* 79. *num.* 43. *& ſeq. & Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 611. *numer.* 7. *part.* 4. & faciunt notata per *Coſta de ſcient. & ignor. reat.* 1. *diſtinct.* 66. *numer.* 2. *& ſeq.*

165 Subamplia quarto dictam ampliationem principalem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, non autem vſufructuarius, vt eo magis habeat locum concurrentibus coniecturis ſuadentibus, teſtatorem voluiſſe debita perſolui non ex vſufructu, ſed ab hærede, vt tradunt *Alex. in l. vſufructu* 69. *num.* 3. *ff. ad leg. falc.* vbi ponit coniecturam, quando vſusfructus redderetur inutilis, ſi ex eo ſolueretur æs alienum, quod eſt ſatis vigens, *Bellon. ſen. conſ.* 7. *num.* 2. *& ſeq.* vbi aliam recenſet coniecturam, quando ſcilicet ex alijs Teſtamenti partibus conſtaret, Teſtatorem voluiſſe ſolui alia debita ab ipſo hærede *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *d. præſump.* 143. *num.* 12. cum quibus pertranſeunt *Surd. deciſ.* 193. *num.* 4. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 294. *num.* 18. *par.* 2. *Caſtill. de vſufruct. cap.* 59. *num.* 24. *& Rot. apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 522. *in prin.* vbi aliquæ recenſentur coniecturæ.

166 Subamplia quinto d. quartam ampliationem, vt habeat locum etiam quo ad expenſas funeris, & vltimæ infirmitatis, quas ſoluendas eſſe per hæredem, non autem per vſufructuarium, voluerunt *Burgn. de vſufr. num.* 217. *verſ. ſecundo caſu*, *Caſtill. de vſufruct. cap.* 59. *n.* 25. vbi alios dat concordantes *Trentacinq. var. reſol. lib.* 1. *in tit. de pecul. reſol.* 6. *num.* 10. quem referendo ſequitur *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 112. *in fin.*

167 Subamplia ſextò dictam ampliationem, vt habeat locum etiam quando Teſtator legauit vſumfructum dimidiæ, tertiæ, vel quartæ partis bonorum ſuorum, quia etiam in dicto caſu hæres, non autem vſufructuarius tenetur ad ſolutionem debitorum

de-

defuncti, vt adnotarunt *Craſſ. de ſucceſſ. d. §. legatum, quæſt. 35. num. 4. Caſtill. de vſufr. d. cap. 59. numer. 4.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, *Menoch. d. præſumpt. 143. num. 10.* vbi ampliat, hoc habere locum etiam quando Teſtator legat vſumfructum rerum ſuarum, vel partis illarum abſolutè, & cum hac ſublimitatione quampluribus relatis cōcordantibus pertranſit *Grattan. diſcep. Forenſ. cap. 545. num. 17. par. 3.*

168 Bona enim dicuntur deducto ære alieno, *l. ſubſignatum, 39. §. bona, & ibi Alciat. & alij, ff. de verbor. ſignif.* & tradunt etiam *Gabr. conſ. 50. numer. 1. lib. 2. Cardinal. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 2. num. 21.* plenè *Barboſ. axiom. 37. in princ.* Vndè cum non habeat vſumfructum, niſi illorum bonorum, quæ ſuper ſunt deducto ære alieno, non mirum ſi vſufructuarius ad ſolutionem debitorum non teneatur, vt ratiocinantur *Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. numer. 2. Craſſ. in d. §. legatum, quæſt. 35. numer. 4. & Gratian. dict. cap. 545. num. 17. par. 3.*

169 Subamplia ſeptimo dictam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, etiam ſi alteri ſit relictus vſusfructus a Teſtatore etiam omnium bonorum, vt habeat locum etiam ſi hæres ſit inſtitutus poſt mortem vſufructuarij omnium bonorum, quia etiam in dicto caſu hæres tenetur ſoluere debita defuncti, non autem vſufructuarius, vt docent *Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. num. 4. verſ. cæterum, &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Craſſ. de ſucceſſ. in d. §. legatum, quæſt. 35. num. 7.* vbi dicit, ita omnes tenere, & ab hac opinione non eſſe recedendum, cum quibus pertranſeunt *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. reſolut. 6. num. 3. in tit. de pecul.* quem referendo ſequitur *Hodier. ad Surd. deciſ. 193. num. 64. & ſeq. & Salgad. in laber. credit. par. 1. cap. 2. §. vnic. num. 8. & ſeq.* benè comprobans, & dicens, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem.

170 Dictus enim hæres poſt mortem vſufructuarij omnium bonorum inſtitutus ex mente Teſtatoris cenſetur purè inſtitutus, & ſtatim poteſt adire, hæreditatem, & illam etiam tranſmittere ſi ante vſufructuarium decedat, cum tempus mortis vſufructuarij non ſit adiectum Inſtitutioni, vt aditionem impediat, nec vt illam reddat conditionalem, ſed tanto differendi gratia, vt hæres non habeat commoditatem vſusfructus donec vix erit vſufructuarius, & ad hoc vt vſufructuarius interim poſſit liberè potiri fructibus bonorum, vt declarant *Couar. variar. reſol. d. cap. 2. num. 5.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Dilect. de arte teſtan. tit. 6. cautel. 39. numer. 1. D. Mario, olim Aduoc. Roman. apud Andreol. controuerſ. 121. num. 23. & ſeq.* latè comprobans, & hanc opinionem veriorem, & equiorem dicit *Craſſ. de ſucceſſ. dict. §. legatum, quæſt. 23. nu. 2. verſ. contrarium &c. & d. quæſt. 35. num. 7. verſ. ſed hæc ſententia &c. Caſtill. de vſufruct. cap. 8. num. 25. & ſeq. Ciriac. controu. 499. num. 45. & ſeq. & controuer. 550. num. 60. & ſeq. Hodier. ad Surd. d. deciſ. 193. num. 65. & ſeq. & Salgad. in laber. credit. par. 1. cap. 2. §. vnic. numer. 8. & ſeq.* cum qua opinione

pertranſit *Rota deciſ.* 22. *num.* 7. *& ſeq. par.* 6. *recentior.* vbi aliæ cumulantur, & in fortioribus terminis nempè quando quis fuit inſtitutus hæres in vſufructu, cum probatur infra in limitatione ſeq. verſ. contrarium tamen, &c. ibi videas.

171 Et ratio eſt, quia poſito conſequenti neceſſe eſt etiam ponere antecedens, *leg. ad rem mobilem*, 56. *ff. de procurat. leg. illud*, 76. *ff. ad leg. acquil.* & latè comprobat *Barboſ. in hoc commun. argum. loco*, 23. *in princip.* ſed Teſtator vult, legatarium conſequi vſumfructum ſuorum bonorum, quod eſt conſequens, ergo cenſetur voluiſſe etiam antecedens, hoc eſt inſtitutionem hæredis eſſe puram, ſine qua legatum deberi non poteſt, §. *ante hæredis*, *Inſt. de legat.* & argumentantur *Craſſ. in dict. §. legatum, quæſt.* 23. *num.* 2. *verſ. contrarium &c. & Card. Mantic. de coniect. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 10. *numer.* 23. & alij Doctores ſupra adducti. Et ne alias Teſtator videatur eligere viam, per quam illius diſpoſitio nullum ſortiretur effectum contra *tex. in l. gallus*, 29. §. *quidam rectè*, *ff. de liber. & poſt. & in l.* 3. *ff. de milit. teſtam.* vt animaduertit *Aret. in l. filius a patre*, 28. *col.* 6. *ff. de lib. & poſth.*

172 Quicquid contrarium voluerint, imò hæredem inſtitutum poſt mortem illius, cui fuit relictus vſusfructus omnium bonorum dici inſtitutum conditionaliter ſub die incerta, itaut durante vita vſufructuarij hæreditatem adire non poſſit, & ſic creditores agere valeant contra dictum vſufructuarium pro eorum creditis, cum per tantum tempus non teneantur expectare voluerint *Alex. in l. extraneum*, 9. *num.* 8. *in fin. C. de hæred. inſtit. & in conſ.* 162. *num.* 2. *lib.* 2. & alij relati per *Card. Mantic. de coniect. in d. art.* 10. *num.* 3. *& per Caſtill. de vſufr. d. cap.* 8. *num.* 23. *& ſeq.* nec non *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ.* 32. *num.* 3. *lib.* 2. & voluit etiam *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 151. *numer.* 14. contra quos adeſt verior, & magis communis opinio Doct. de qua ſupra.

173 Limita dictam ſeptimam ſubampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita hæreditaria, non autem vſufructuarius omnium bonorum etiam quando eſt inſtitutus hæres poſt mortem vſufructuarij, vt non habeat locum quando vſufructuario non fuit relictus vſusfructus omnium bonorum per viam legati, ſed per viam inſtitutionis, vt quia ſit inſtitutus hæres in vſufructu eius vita durante, & poſt eius mortem alius ſit inſtitutus hæres, quia tunc dictus inſtitutus hæres in vſufructu dicitur hæres proprietarius, & inſtitutus poſt mortem dicitur fideicommiſſarius, & ſic ad illum ſpectare debet onus ſoluendi debita defuncti, non autem ad hæredem vocatum poſt illius mortem; vt voluerunt *Capic. Latro, deciſ.* 102. *num.* 56. *par.* 1. & ante eum *Peregr. de fideic. art.* 5. *num.* 21. *& ſeq.* dicens hanc opinionem videri receptiorem, latè *Menoch. conſ.* 1112. *per tot.* & illam frequentiorem quamplutibus relatis Doctor. authoritatibus dicit *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 292. *& ſeq.* licet poſtea contrariam opinionem dicat veriorem, & ſequendam in conſulendo, & iudicando, vt infra dicam, & videtur ſentiſſe *Rota apud. Merlin. de pignor. deciſ.* 103. *num.* 16.

174 In-

174 Inſtitutus enim in vſufructu hæreditatis alio poſt mortem hærede inſtituto, & ſic nullo cohærede dato in vita per quoddam ius accreſcendi dicitur verè hæres in tota hæreditate, & in proprietate bonorum, non autem dicitur legatarius, & inſtitutus poſt eius mortem dicitur fideicommiſſarius, cui inſtitutus in vſufructu poſt mortem reſtituere hæreditatem grauatus intelligitur, vt voluerunt *Peregr. de fideic. d. art. 5. num. 21. & ſeq. Menoch. d. conſ. 1112. in princ. lib. 12.* latè comprobans, *Card. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 7. per tot. & art. 11. per tot.* qui tenet contrar. *art. 2.* quando poſt mortem vſufructuarij fuit inſtitutus filius Teſtatoris, *Fuſar. de ſubſt. quæſt. 277. num. 41. & conſ. 196. & 198. per tot. Capic. Latro. d. deciſ. 102. in fin. Salgad. in laber. credit. d. par. 1. cap. 2. vnt. numer. 13. Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 11. art. 4.* qui alios dat concordantes, qui teſtantur de veriori, & magis communi Doctor. opinione, prout faciunt alij plures relati per *Sperell. deciſ. 145. numer. 13. 14. & ſeq.*

175 Contrariam tamen opinionem, imò inſtitutum in vſufructu ſiuè per viam legati, ſiuè inſtitutionis cenſeri tantum legatarium, vocatum verò poſt mortem vſufructuarij haberi pro hærede purè inſtituto in proprietate, cum verba poſt mortem intelligantur adiecta, ne vſufructuarium in eius vita poſſit in vſufructu moleſtare, itaut ſtatim adire poſſit hæreditatem, & illam etiam ad ſuus hæredes ſi prædecedat tranſmittere voluerunt ex Moderníoribus *Laderch. conſ. 157. num. 3.* vbi dicit ita ſemper obtinuiſſe in foro, *Caſtill. de vſufruct. cap. 8. num. 43.* dicens contrariam opinionem voluntati Teſtatoris valdè aduerſari, *Odd. conſ. 91. num. 20. & ſeq.* vbi de veriori, humaniori, & magis communi teſtatur, *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ. 81. num. 3.* vbi dicit, ita per Senatum fuiſſe iudicatum, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 822. num. 2. par. 5. Giouagnol. conſ. 26. num. 13. lib. 1.* plenè *Adden. ad Buratt. deciſ. 721. littera A.* limitantes, niſi coniecturæ contrarium ſuadeant, vt ibi per eos, *Andreol. controuer. 121. & ibi Maſſin. ferè per tot. Ciriac. controuerſ. 499. num. 45. & controuerſ. 550. num. 60. & ſeq.* latè *Sperell. deciſ. 145. numer. 19. & ſeq. par. 2.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe ab omnibus Modernis communiter receptam, quicquid ſit quando inſtitutus in vſufructu in vita nullum haberet cohæredem, neque ſubſtitutum, vt per eundem *Sperell. deciſ. 146. per tot.* cum quibus pertranſeunt *D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 4. in tit. de ſeruit. ad mat. vſufruct. diſcurſ. 51. numer. 3. & diſcurſ. 56. num. 13.* vbi dicit hanc opinionem apud Modernos eſſe magis communiter receptam, *& tom. 10. in tit. de fideic. diſcurſ. 107. num. 9. & tom. 9. in tit. de detract. diſcurſ. 33. num. 3.* vbi dicit, hanc opinionem hodie non eſſe amplius controuerſam, prout etiam illam eſſe veriorem, æquiorem, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, teſtatur *Bellon. Iun. de iure accreſcen. cap. 7. quæſt. 16. numer. 342. & ſeq.* quam pluries etiam tenuit *Rota Roman.* & præcipuè *deciſ. 162. num. 1. & ſeq. & deciſ. 663. num. 1. par. 2. recen. & apud Cardinal. Caual.*

deciſ.

deciſ. 310. *& deciſ* 22. *num.* 7. *& ſeq. par.* 6. *recentior.* vbi late comprobat hanc opinionem, & dicit illam eſſe veriorem, equiorem, & voluntati Teſtatorum, qui iuris ſubtilitates ignorant magis conſentaneam, & omninò tenendam, declarando contrariam Rotæ opinionem procedere quando nullus hæres datus fuit vſufructuario nequè in vita, nequè poſt mortem, & eo magis ſtantibus coniecturis, vt ibi per eam, *& deciſ.* 179. *numer.* 8. *par.* 10. *recent.* vbi aliæ plures recenſentur *& in Piſauren. hæredit.* 3. *Decemb.* 1655. §. *maior diſceptatio, coram R. P. D. Beulaq.* niſi hæres inſtitutus poſt mortem inſtitutus ſit ſub conditione, vt ibi per eam. Cum qua opinione toties per Rotam confirmata tranſeundum cenſeo, Itaut ſi vſufructuarius hæres inſtitutus ſit, habeatur loco legatarij debita teſtatoris omninò per hæredem ſint ſoluenda per iura ſupra toties adducta.

176 Amplia primo dictam contrariam opinionem, quod relicto hærede vſufructuario omnium bonorum, & inſtituto hærede vniuerſali poſt illius mortem, hæres vſufructuarius dicatur tantum legatarius, & hæres inſtitutus poſt mortem dicatur verè hæres a principio, itaut valeat hæreditatem adire, & illam etiam tranſmittere ad ſuos hæredes ſi moriatur ante hæredem vſufructuarium, & ſic ipſe teneatur ſoluere debita defuncti, vt eo magis habeat locum quando Teſtator nominauit hæredem, vt ſupra inſtitutum vſufructuarium, & inſtitutum poſt illius mortem proprietarium, vt tradunt *Ceph. conſ.* 436. *num.* 26. *&* 28. *verſ. quarto &c. & num.* 82. *vol.* 3. *Odd. conſ.* 91. *numer.* 55. vbi dicit, hanc coniecturam eſſe omnium fortiſſimam, *Menoch. conſ.* 115. *in princ. vol.* 2. *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 363. *& Rota deciſ.* 162. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 22. *numer.* 26. *part.* 6. *recent.*

177 Amplia ſecundo dictam contrariam opinionem, vt eo magis habeat locum quando inſtitutio hęredis vſufructuarij coarctata fuit ad tempus illius vitæ, vt declarant *Ceph. conſ.* 37. *num.* 38. *lib.* 1. *& d. conſ.* 436. *num.* 28. *Odd. d. conſ.* 91. *num.* 31. *& ſeq.* benè *Bellon. Iun. de iure accreſc. dict. quæſt.* 16. *num.* 367. *& Rota d. deciſ.* 162. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & d. deciſ.* 22. *num.* 23. *par.* 6. *recent. & deciſ.* 120. *num.* 4. *par.* 9. *recent.*

178 Amplia tertio dictam contrariam opinionem, vt eo magis habeat locum quando per Teſtatorem fuit facta prohibitio de non moleſtando vſufructuarium, nam hoc ipſo declarat, mentem ſuam non eſſe, quod vxor, ſeù alius ſit hæres, ſed quòd habeat tantum vſumfructum in quo moleſtari fortè poſſet ab hærede, vt not. *Dec. conſ.* 277. *num.* 5. *Ceph. dict. conſ.* 37. *num.* 23. *verſ. his præmiſſis &c. & num.* 33 *&* 34. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 15. *num.* 1. *&* 7. quos referendo ſequitur *Bellon. Iun. in d. quæſt.* 16. *nu.* 370. Maximè

179 ſi dicta prohibitio facta fuerit ſub pæna caducitatis, vt animaduertunt *Ceph. d. conſ.* 37. *num.* 24. *verſ. Illud quoque &c. & n.* 27. *&* 30. *& d. conſ.* 436. *num.* 34. *verſ. Octauo &c. Card. Mantic. de coniect. d. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 15. *numer.* 1. & benè declarat *Bellon. Iun. de iure accreſcen. d. quæſt.* 16.

num.

num. 375. verſ. decimum quartum, &c.

180 Amplia quarto dictam contrariam opinionem, vt eo magis habeat locum quando Teſtator remiſit hæredi vſufructuario cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, confectionem Inuentarij, & redditionem rationis adminiſtrationis, cum dicta cautio debeat ab eo tantum præſtari, qui nudum vſumfructum habet, vt declarant *Alba. conſ. 55. num. 1. Cepb. d. conſ. 37. num. 34. Odd. d. conſ. 91. num. 42. Card. Mantic. de coniect. d. lib. 4. tit. 5. art. 15. in princ. Bellon. Iun. de iure accreſc. d. quæſt. 16. numer. 372. & ſeq. & Rota d. deciſ. 162. num. 4. par. 2. recent. & d. deciſ. 120. num. 5. part. 9. recentior.*

181 Amplia quinto dictam contrariam opinionem, vt habeat locum etiam ſi vltra dicta verba hæredem vſufructuarium fuerint addita verba Dominum, Patronum, & Maſſarium, quia licet dicta verba de ſui natura ſignificent abſolutum dominium, reſtringi tamen debent ab antecedenti verbo Vſufructuarium, & ab alijs eius vita durante, & ſimilibus, itaut illa ſolum inferant dominium vtile, & liberam diſpoſitionem fructuum cum præheminentia, vt tradunt *Bald. in l. final. num. 9. C. de indict. vidut. tollen. Pariſ. conſ. 21. num. 9. lib. 2. Surd. conſ. 218. num. 14. lib. 2.* cum quibus pertranſit *Bellon. Iun. de iure accreſc. d. quæſt. 16. num. 428. & ſeq.* hanc ampliationem benè comprobans, & dicens illam eſſe probabiliorem, & contrarijs reſpondens, necnon *Rota d. deciſ. 162. num. 6. par. 2. recent. & d. deciſ. 22. num. 34. & ſeq. par. 6. recent.*

182 Limita tamen dictam contrariam opinionem, vt non habeat locum ſi Teſtator eum, quem poſt vxoris, vel alterius mortem vocauit non inſtituerit, ſed ſubſtituerit; puta dicendo inſtituo vxorem, vel alium in vſufructu donec vixerit, & poſt illius mortem ſubſtituo Titium in omnibus bonis meis, quia tunc cenſetur vxorem ſeu alium ſine dubio hæredem vniuerſalem inſtituiſſe, & illam grauaſſe, quod poſt mortem ſuam Titio reſtituat cum facultate detrahendi Trebellianicam, vt declarant *Alex. conſ. 111. num. 1. verſ. & dato &c. & conſ. 162. num. 2. verſ. & dato &c. vol. 2. Cepb. conſ. 563. num. 38. verſ. & quamuis &c. & conſ. 716. num. 39. lib. 5. Peregr. conſ. 63. num. 3. & 7. lib. 3.* quos refert, & ſequitur *Bellon. Iun. de iure accreſc. d. quæſt. 16. num. 438. & ſeq.* vbi dicit prædicta habere locum etiam ſi teſtator dixerit poſt mortem vxoris inſtituo, & ſubſtituo, vt ibi per eum, vbi hanc limitationem benè comprobat, & alias etiam adducit, quas vide ibi per eum, cum non ſint hic omnes referendæ.

183 Amplia primo dictam limitationem, vt habeat locum non ſolum ſi Teſtator vſus fuerit verbo *Subſtituo*, ſed etiam ſi vſus fuerit aliquo alio verbo communi, puta ſi dixerit *Poſt mortem vxoris, ſeu alterius volo quod bona mea perueniant ad Titium*, nam cum verba communia ſui propria ſignificatione denotent ſubſtitutionem etiam fideicommiſſariam, ideo Titius per ea vocatus non intelligitur in dictis bonis inſtitutus, ſed ſubſtitutus per fideicommiſſum, & vxor ſeu alius cenſetur in tota hæreditate inſtituta, & fideicommiſſo grauata, vt tradunt *Alex. conſ. 162. numer. 2. & num. 6. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. lib. 4.*

lib. 4. tit. 5. art. 13. num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 141. numer. 29. & conſ. 637. numer. 2. & 7. Chriſt. Mart. Medic. deciſ. 5. ſub num. 2. quos referendo ſequitur *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap. 7. quæſt. 16. num. 441.* cum quibus pertranſit *Andreol. contr. 121. num. 2. & num. 12. & ſeq.* vbi dicit prædicta procedere etiamſi ſit dictum ſubſtituo hæredem, vt ibi per eum.

184 Amplia ſecundo dictam limitationem, quod vocatus poſt mortem vxoris, ſeu alterius vſufructuariæ per verbum *Subſtituo* non dicatur hæres a principio, ſed vxor ſeu alius cenſeatur hæres vniuerſalis, & grauata reſtituere per fideicommiſſum, vt habeat locum non ſolum ſi poſt mortem vxoris, ſeu alterius fuerit ſubſtituta cauſa pro fama, ſed etiam ſi fuerit ſubſtituta cauſa pia, vt tradunt *Alex. d. conſ. 162. numer. 3, vol. 2. & Bellon. Iun. de iure accreſc. d. cap. 7. quæſt. 16. numer. 442. & ſeq.* latè comprobans.

185 Limita ſecundo dictam contrariam opinionem, quod hæres inſtitutus poſt mortem vſufructuarij omnium bonorum dicatur hæres a principio, itaut valeat adire hæreditatem non autem dicatur hæres vſufructuarius omnium bonorum etiam ſi ſit inſtitutus in vſufructu, vt non habeat locum ſtantibus coniecturis ſuadentibus contrarium, Teſtatorem ſcilicet voluiſſe, quod dict. vſufructuarius omnium bonorum ſit verè hæres, itaut poſt eius mortem hæreditas reſtituenda ſit hæredi ſcripto poſt mortem per fideicommiſſum retenta per eum Trebellianica, vt docent *Adden. ad Buratt. deciſ. 721. ſub littera A.* plenè *Bellon. Iun. de iure accreſcen. cap. 7. quæſt. 16. ferè per tot.* vbi quamplures recenſet coniecturas pro vtraquè opinione, quas videas ibi per eum, cum nimis longum, & extra materiam huius primi articuli noſtri eſſet hic illas recenſere, cum quibus pertranſit Dominus meus *Deluca in Theatral. verit. & iuſtit. tom. 4. in tit. de ſeruit. ad mat. vſufr. diſcurſ. 56. numer. 13. & 14. & tom. 10. in tit. de fideicom. diſcurſ. 107. num. 10.* nec non *Capic. Latro. conſult. 112. per tot.*

186 Limita primo dictam decimam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, non autem vſufructuarius omnium bonorum, vt habeat locum ſi vſufructuarius conueniatur actione perſonali, quia tunc ipſe non poteſt à creditoribus hæreditarijs conueniri, cum actio perſonalis non detur contra ſingularem ſucceſſorem, ſecus tamen eſt ſi conueniatur actione reali puta hipotecaria, vel Saluiano Interdicto, quia tunc creditores hæreditarij iſtis actionibus contra eum experiri valent, vt ſcripſerunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 272. num. 9. par. 2. Cancer. variar. reſolut. par. 2. cap. 13. numer. 65. Ciriac. contr. 489. numer. 18. Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 151. numer. 7.* Cum hipotecaria, & Saluianum auocent bona à quocumquè poſſeſſore *l. ſi cum venditor. 66. in princip. ff. de euict. l. ſi fundus, 16. §. in vendicatione, ff. de pignor. & not. Alba. conſ. 210. num 30. Aldou. conſ. 76. numer. 11.* quos vna cum alijs referendo ſequi videtur *Ciriac. d. controuer. 489. num. 19.*

187 Et facit ſententia illorum, qui ſcripſerunt, quod vſufructuarius conuen-

uentus actione reali pro re ab eo poſſeſſa, in qua habet vſumfructum non poteſt ſe eximere a iudicio nominando proprietarium, inter quos fuerunt *Gamma. deciſ. 265. per tot. Cancer. variar. reſolut. par. 2. cap. 13. numer. 76. Merlin. de pignor. dict. quæſt. 151. numer. 9. & ſeq.* & videtur tenere licet dubius *Capic. Latr. dict. deciſ. 102. numer. 31. & ſeq. par. 1.*

188 Contrarium tamen imò vſufructuarium non teneri ad ſolutionem debitorum defuncti etiam ſi conueniatur actione reali tenuerunt *Borgn. de vſufruct. numer. 217. Trentacinq. variar. reſol. lib. 1. in tit. de pecul. reſol. 6. num. 11. Scott. conſ 6. lib. 6. tom. 1. & conſ. 34. lib. 3. d. tom. 1.* quos referendo ſequtus fuit quando contra vſufructuarium agitur actione hipotecaria, *Ciriac. dict. controuerſ. 489. num. 27. verſ. alia verò vſquè ad fin.* vbi reddit rationem, quia cum vſufructuarius conueniri non poſſit pro debito quantitatis, nec teneatur ad ſolutionem æris alieni, ſed actio dirigenda ſit contra hæredem proprietarium ad quem ſpectat onus ſoluendi debita, vt firmaui ſupra, num. . . videtur quod reſpectu huius reluitionis hipotecariæ valeat nominare in iudicio hæredem proprietarium, & ſic ſe eximere a iudicio, quod admittit etiam in terminis Saluiani, *Scapuc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 24. in princip.* vbi dicit, hoc procedere in omni poſſidente nomine alieno, vt in conductore, colono, depoſitario, commodatario, & ſimil. & concordat *Cenc. de Cenſ. quæſt. 94. num. 28. & ſeq.* Maximè controuerſum ſit, an ſibi vſufructuarius dicatur poſſidere naturaliter, vt videre eſt per *Caſtill. de vſufr. cap. 6. num. 28. & ſeq.* per *Poſt. de manut. obſeruat. 16. num. 16.* per *Altograd. conſ. 81. num. 34. lib. 1.* & per *Rota apud Card. Mantic. deciſ. 167. num. 6.*

189 Cum in dicto caſu creditor in effectu petat debitum, non autem rem ipſam niſi cauſatiuè, ſi non ſoluatur debitum, licet agat ad rem, vt declarant *Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 28. num. 32. verſ. addo etiam &c. Caroc. de oblat. par. 2. quæſt. 11. num. 3. verſ. & ratio &c. Menoch. de arbitrar. caſu 232. num. 17. in addit. Morot. de iure offeren. in princ. & Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ. 268. num. 9. & ſeq.*

190 Et quia in hipotecaria prius debet fieri excuſſio contra principalem debitorem, *auth. hoc ſi debitor*, & ibi hoc notat Doctores communiter, *C. de pignor. Neguſ. de pignor. in primo membr. 8. par. num. 10.* & poſt eum *Ciriac. d. controuerſ. 489. numer. 63. in fin. & Merlin. de pignor. lib. 1. quæſt. 2. num. 14.*

191 Quam eſſe faciendam etiam in iudicio Saluiani non deſunt Doctores in puncto iuris probantes, & præcipuè *Aulus Cecin. apud Scapuc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 12. & Andreol. controuerſ. 383. numer. 12.* qui dant concordantes,

192 licet alij magis communiter teneant contrarium, vt latè probaui *Ego allegat. Forenſ. 48. numer. 5. & 6.* cum quibus pertranſit *Rota Romana*, vt ibi eſt videre.

193 Limita ſecundo dictam decimam ampliationem, vt non habeat locum quando Teſtator reliquit legatario vſumfructum ſuæ hæreditatis, quia in dicto caſu vſufructuarius tenetur ſoluere æs alienum, non autem hæres, vt tenuerunt *Couar. variar. reſolut. 2. cap. 2. num. 4. verſ. poſſet ſanè &c Menoch. de præſump. lib. 4. d. præſump. 143.*

num.

num. 2. vbi dat concordantes, cum quibus pertranſeunt *Borgn. de vſufr. num.* 216. *& Craſſ. de ſucceſſ. d.* §. *legatum, quæſt.* 35. *num.* 6. qui alios adducit ita ſentientes, qui loquuntur quando vſufructus fuit relictus titulo inſtitutionis dato coherede vniuerſali in vita, vt ibi per eos.

194 Contrariam tamen opinionem quod etiam vſufructuarius hæreditatis non teneatur ſoluere æs alienum defuncti, ſed cum inter legatum vſufructus bonorum, & hæreditatis nulla ſit conſtituenda differentia verius tenuerint *Caſtill. de vſufr. cap.* 59. *numer.* 8. *& ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, & hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & tenendam *Ant. Fabr. lib.* 18. *coniect. cap.* 18. *Griuell. deciſ. Dolan.* 73. *num.* 2. 3. *& ſeq.* quos refert, & ſequitur *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 193. *num.* 71. *& ſeq. & Ciriac. d. contr.* 489. *num* 13. *verſ. deniquè &c.*

195 Amplia dictam ſecundam limitationem, vt habeat locum etiam quando Teſtator reliquit vſumfructum vnius quotæ hæreditatis puta tertiæ, vel dimidiæ, & ſimil. quia etiam in dicto caſu vſufructuarium teneri pro rata ad ſolutionem debitorum defuncti, non autem illius hæredem, voluerunt *Couar. variar. reſol. in d. cap.* 2. *num.* 1. *verſ ſecunda concluſio &c.* vbi dicit omnes Doctores *Bart.* qui fuit dict. opinionis fuiſſe amplexos, *Menoch. dict. præſumpt.* 143. *numer.* 3. *Craſſ. in d.* §. *legatum, quæſt.* 35. *num.* 6. & ita ſentit *Petr. Marion. olim Aduoc. Roman. apud Andreol. contr.* 56. *num.* 14. vbi dicit, vſufructuarium ſoluentem debita defuncti poſſe illa repetere finito vſufructu de quo diſcerit etiam *Menoch. dict. præſumpt.* 143. *numer.* 4. illos conſulas.

196 Contra quam ampliationem tenent verius *Caſtill. Anton. Fabr. Griuell. Hodier. & Ciriac.* in locis ſupra proximè adductis, *verſ. contrarium tamen;* cum idem ſit de legato vſufructus hæreditatis, ſeu de quota illius, vt ibi per eos.

197 Limita tertio dictam decimam ampliationem, vt non habeat locum quando Teſtator mandauit, debita eſſe ſoluenda per vſufructuarium; quia tunc ipſum teneri, non autem hæredem ſcriptum reliquerunt *Couar. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. *verſ. procedit tamen &c. & numer.* 7. *verſ. cæterum &c. Borgn. de vſufruct. num.* 119. *verſ. & hæc procedunt &c. Coſta de ſcien. & ignor. diſtinct.* 37. *numer.* 6. *Surd. deciſ.* 193. *num.* 2. *& ſeq.* vbi licet loquatur, quod hæres teneatur ſoluere legata annua, ſi id mandet Teſtator, concludit tamen quod in ſoluendo ære alieno eſt ſeruanda voluntas Teſtatoris, & idem tradunt *Caſtill. de vſufruct. capit.* 58. *num.* 19. *Gratian. diſcept. Forenſ. capit.* 294. *num.* 2. *par.* 2. *& Ciriac. controu.* 489. *num.* 13. *verſ. denique &c.*

198 Voluntatem enim Teſtatoris eſſe ſeruandam omnia iura clamant, vt not. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 3. *tit.* 3. *in princip. Surd. dict. deciſ.* 193. *num.* 2. *& ſeq. Ciriac. contr.* 550. *num.* 34. *& ſeq.* vbi dat concordantes *Rota deciſ.* 305. *num.* 7. *par.* 14. *recent.* & in terminis ſolutionis æris alieni ſcripſerunt *Surd. dict. deciſ.* 193. *num.* 3. *& ſeq.* plures adducens concordantes, *Dilect. de arte teſta. dict. caut.* 42. *in fin. & Gratian. dict. cap.* 294. *num.* 22. *par.* 2. Siuè illa ſit expreſſa, ſiuè
199 tacita elicita ex coniecturis, *Card.*

Mantic.

Mantic. de coniect. d. lib. 3. tit. 3. num. 2. Ciriac. controuer. 340. *num.* 1. & 2. & *dict. controu.* 550. *num.* 45. & *num.* 80. & *ſeq.* Cum illa totum faciat *Menoch. de præſump. lib. 4. præſ.* 185. *num.* 2. *Ciriac. d. controuerſ.* 550. *num.* 34. Itaut vbi voluntas Teſtatoris eſt clara alia interpretatio non ſit capienda, *l. 3. ff. de libe. præt. Card. Mantic. de coniect. d. lib. 3. tit. 3. num. 2. Rota deciſ. 32. num. 17. par. 13. recent.*

200 Licet contrariam opinionem imò vſufructuarium omnium bonorum non poſſe conueniri pro ære alieno Teſtatoris, etiam ſi Teſtator id expreſsè mandauerit, cum Teſtator non poſſit facere, quod alius teneatur ad ſolutionem debitorum, quam hæres, cum omnia iura tam actiua, quam paſſiua in hæredem tranſeant, quæ translatio non fit facto defuncti, ſed ex poteſtate legis ipſo defuncto tacente, vel inuito, voluerit *Gratian. deciſ. March.* 47. *num.* 15. dicens, quod ſi vſufructuarius ſit iuſſus per Teſtatorem ſoluere debita intelligitur procuratorio nomine hæredis, non autem de ſuo vſufructu, vt ibi per eum, & actionem in dicto caſu verè non competere creditoribus contra vſufructuarium tradunt *Griuel. deciſ. Dolan* 73. *num.* 6. & *ſeq.* & *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 193. *num.* 49. & *ſeq.* declarans quò ad effectum agendi, & conueniendi vſufructuarium, vt dixi, non autem ad effectum ſoluendi, & quod aliud eſt quò ad ſolutionem legatorum, vt ibi per eum.

201 Limita quarto dictam decimam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, non autem vſufructuarius etiam omnium bonorum, vt non habeat locum in debitis annuis, quia ad illorum ſolutionem vſufructuarius tenetur de ſuo vſufructu, non autem hæres, vt tradunt *Menoch. d. præſumpt.* 143. *num.* 18. *lib.* 4. & *conſ.* 1009. *num.* 9. & 10. *lib.* 11. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 3. vbi loquitur de debito annuo alimentorum, *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 294 *num.* 3. & 17. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 193. *num.* 24. & *ſeq. Ciriac. controuerſ.* 510. *num.* 13. qui alios dant concordantes, quorum aliqui loquuntur in terminis legati annui, & dicit, hanc limitationem habere locum etiam quando debita reſpiciunt fructus, vt ibi per eum, & idem ſentit *controuerſ.* 489. *numer.* 13. *Thomat. deciſ. March.* 106. *num.* 7. *Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt.* 151. *num.* . . . & voluit *Rot. in Ariminen fructuum 7. Iunij* 1655. *coram R. P. D. Bichio §. non obſtat aliud &c.*

202 Amplia primò dictam quartam limitationem, vt habeat locum etiam in collectis, & tributis, & alijs oneribus realibus, quæ ratione fructuum imponuntur, ad quorum ſolutionem vſufructuarium omnium bonorum, non autem hæredem proprietarium teneri ſuadet ratio quia cum ipſe poſſideat, & fructus ex re poſſeſſa percipiat, æquum eſt, quod ipſe perſoluat huiuſmodi onera, & tradunt *Caſtill. de vſufruct. cap.* 56. *num.* 14. & 15. vbi dat concordantes quamplures *Peregr. de fideic. art.* 50. *num.* 20. *Gratian diſcept. Forenſ. cap.* 611. *num.* 5. vbi dicit, vſufructuarium teneri ad ſolutionem dictorum onerum ſiuè ſint vetera, ſiuè de nouo imponantur *par.* 4. *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 193. *nu.* 1. & *ſeq.* & *n.* 23. & *ſeq.* vbi dicit hoc procedere ſiuè onera ſint impoſita rei,

ſeù perſonæ ratione rei, & ibi alias facit extenſiones, *Thomat. dict. deciſ. March.* 106. *numer.* 7. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 151. *num.* 5. *& Adden. ad Rot. d. deciſ.* 636. *numer.* 61. *par.* 4. *recent. tot.* 3.

203 Declara dictam primam ampliationem, vt non habeat locum quando ſolutio collectarum eſſet tanta, vt æquiualeret perceptioni fructuum, quia tunc ne vſufructus reddatur omninò inutilis ad ſolutionem illarum tenetur hæres proprietarius, non autem vſufructuarius iuxta theoricam *gloſ. in leg. qui concubinam,* 29. *§. qui hortos, ff. de legat.* 3. quam ſequitur & extollit *Roman. ſingul.* 157. *numer.* 1. dicens, eſſe vnicum in mundo, & ſcripſerunt etiam *Peregr. de fideic. art.* 4. *numer.* 24. *in fin. Pacif. de ſalvian. inſp. ct.* 2. *cap.* 4. *num.* 53 1. *Surd. deciſ.* 28. *numer.* 8. *& de alimen. tit.* 4. *quæſt.* 16. *num.* 26. *& ſeq. Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 193. *numer.* 32. *& ſeq.* vbi dat concordantes quamplures, *Adden. ad Baratt. deciſ.* 73. *numer.* 14. *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 636. *num.* 62. *& ſeq. par.* 4. *recent. tom.* 3. vbi dicunt, hanc declarationem eo magis habere locum quando vſusfructus fuit relictus perſonæ valdè dilectæ Teſtatori, vt ibi per eos.

Vt enim diſpoſitio valeat, & ſuum ſortiatur effectum receditur à regulis iuris, vt firmant *Gerard. de Petraſancta ſingul.* 35. *num.* 3. *& Adden. ad Rotam dict. deciſ.* 636. *num.* 64. *par.* 4. *recentior. tom.* 3.

204 Licet contrariam opinionem imò quod vſufructuarius non autem proprietarius teneatur ad ſolutionem collectarum, etiam ſi illæ eſſent nimis graues, ita vt æquiualerent fructibus, cùm contingere poſſet collectas finiri, vel ad paruam quantitatem redigi, ob quam variationem ita muabiliter contingentem onus vſufructuario incumbens non mutatur, vt firmat *Koppen. deciſ.* 6. *numer.* 10. *part.* 2. & ceſſante voluntate Teſtatoris tacita, vel expreſſa vſufructuarium teneri ad ſolutionem collectarum, dummodo vſusfructus non reddatur omninò inutilis, voluerunt *Caſtill. de vſufruct. capit.* 56. *in fin.* & aliter videatur diſtinguere *Thomat. de Collection. §. pauſtrum numer.* 28. contra quos adeſt verior, & æquior opinio, de qua ſupra.

205 Amplia dictam declarationem, vt habeat locum etiam quò ad debita annua, quæ vſufructuarius non tenetur ſoluere, quando illa ſunt ità magna, vt abſorbeant totum vſumfructum, ità vt alias ille redderetur inutilis, quia tunc hæres ad illa ſoluenda tenetur, non autem vſufructuarius, vt declarant *Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 193. *num.* 32. licet Doctores ab eo adducti loquantur quò ad onera, & collectas, de quibus dixi ſupra, & quò ad ſolutionem legatorum dicam infra, num.

206 Amplia ſecundo dictam quartam limitationem, vt idem ſit in legatis annuis, ad quorum ſolutionem vſufructuarium teneri, non autem hæredem magis communiter receptum eſt per Doctores *ad tex. in l. fin. §. ſin autem, & ibi not. Bald. Salic. Fulgoſ. Caſtren. & alij, C. de bon. quæ lib.* qui loquuntur in patre vſufructuario, & ſcripſerunt ex Modernioribus *Menoch. dict. præſumpt.* 145. *num.* 18.

numer. 18. *lib.* 4. *Rolan. conſ.* 8. *numer.* 28. *lib.* 2. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 294. *in princip. part.* 2. *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *legatum, quæſt.* 36. *numer.* 2. *Surd. dict. deciſ.* 28. *numer.* 6. vbi dat concordantes quamplures, *&* *deciſ.* 193. *in princip.* vbi in fine ſubiungit, quod *Caphal.* qui contrarium ſentit in *conſ.* 376. inaduertenter fuit locutus, cum quibus pertranſeunt *Caſtill. de vſufruct. cap.* 58. *num.* 11. *& ſeq. Coſta de ration. ratæ quæſt* 145. *numer.* 13. *in fin.* plenè *Adden. ad Rot. deciſ.* 636. *numer.* 55. *& ſeq. par.* 4. *recentior. tom.* 3. *&* *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 193. *numer.* 1. *& ſeq.* vbi dicit, quod ſi legata annua non ſint ſoluta per vſufructuarium, hæres non tenetur ad illorum ſolutionem, ſed tenetur hæres vſufructuarij pro tempore, quo durauit vſusfructus, vt ibi per eum, *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 151. *numer.* 5. *& Rota apud Buratt. deciſ.* 73. *numer* 1. *& ibi Adden. littera A. & deciſ.* 120. *num.* 12. *par.* 9. *recent. tom.* 1.

207 Per legatum enim annuum cenſetur inductum onus reale ſuper redditibus bonorum Teſtatoris, *leg. peto,* 71. §. *fratr. ff. de leg.* 2. *Adden. ad Rota dict. deciſ.* 636. *numer.* 59. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 193. *numer.* 1. *&* 17. *& ſeq.* Vnde nec mirum ſi dictus onus ad vſufructuarium ſpectet, vt tradunt Doctores ſupradicti.

208 Limita dictam ſecundam ampliationem, vt non habeat locum quando legata annua eſſent ita onerosa, vt ſi ab vſufructuario ſoluerentur vſufructus ei redderetur inutilis, quia tunc illa ſolui debent ab hærede, vt declarant *Surd. d. deciſ.* 28. *numer.* 7. vbi dat concordantes, *Craſſ. de ſucceſſ. d.* §. *legatum, quæſt.* 36. *numer.* 3. *Peregr. de fideic. artic.* 4. *num.* 24. & benè comprobat *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 294. *num.* 16. *&* 17. *Caſtill. de vſufruct. d. cap.* 58. *numer.* 13. *Adden. ad Buratt. d. deciſ.* 73. *littera A.* benè *Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 193. *numer.* 8. *&* 9. vbi alios adducit ita ſentientes, & alias affert limitationes; de quibus ibi per eum, *& numer.* 32.

209 Limita ſecundo dictam ſecundam ampliationem, vt non habeat locum quando tacitè, vel expreſsè, vel ex coniecturis aliter conſtaret de mente Teſtatoris volentis dicta annua legata per hæredem eſſe ſoluenda, quia tunc illa non ab vſufructuario, ſed ab hærede eſſe ſoluenda, voluerunt *Couar. variar. reſolut. dict. cap.* 2. *ſub numer.* 6. *Surd. dict. deciſ.* 193 *num* 4. *& ſeq. Pacific. de Salutan. inſpect.* 3. *cap.* 4. *numer.* 298. *& ſeq.* quos referendo ſequuntur *Adden. ad Buratt. d. deciſ.* 73. *numer.* 15. *&* 16. vbi huius limitationis afferunt exempla, & *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 193. *num.* 13. *&* 22. vbi pariter exemplificat, & plures dat concordantes.

210 Limita tertio dictam ſecundam ampliationem, vt habeat locum in legatis annuis, ſecus tamen eſt in alijs legatis, quæ non ſunt annua quia ad illorum ſolutionem hæres tenetur, non autem vſufructuarius, vt declarant *Gabr. conſ.* 114. *numer.* 8. *lib. primo, Gail. obſeruat.* 146. *lib.* 2. *per tot.* vbi hanc dicit veram, & firmam concluſionem *Menoch. dict. præſump.* 143. *numer.* 18. *lib.* 4.

lib. 4. *Surd. dict. deciſ.* 28. *numer.* 5. plenè *Caſtill. de vſufruct. capit.* 58. *numer.* 1. *& ſeq.* vbi ad hanc limitationem plures adducit ampliationes, & limitationes, latè *Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 193. *numer.* 6. *&* *numer.* 41. vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & plures dat concordantes, *Adden. ad Rot. dict. deciſ.* 636. *num.* 43. *& ſeq. part.* 4. *recentior. tom.* 3. & dixi latius infra *articul.* 25. vbi plenè materiam quando hæres teneatur ad ſolutionem legatorum reaſſumpſi, videas ibi ſi placet.

211 Declara dictam decimam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita hæreditaria, & legata quæ non ſunt annua etiam ſi alteri ſit relictus vſusfructus bonorum hæreditariorum, vt in dicto caſu hæres non teneatur illa ſoluere de proprio, ſed ei liceat vendere bona hæreditaria, & ex illorum prætio creditoribus ſatisfacere, itaut hæres minus habeat de proprietate, & vſufructuarius de vſufructu, vt declarant *Borgnin. de vſufruct. numer.* 211. *& ſeq.* vbi dicit, quod ſi hæres coactus ſit ſoluere debita hæreditaria poteſt cogere vſufructuarium ad tradendum ſibi bona ad effectum illa vendendi, & ſe de ſolutis reintegrandi, vt ibi per eum, qui dat concordantes, *Craſſ. de ſucceſſ. dict. §. legatum, quæſt.* 35. *numer.* 2. vbi dicit, hanc ſententiam veriſſimam, & æquiſſimam eſſe; *Menoch. dict. præſumpt.* 143. *numer.* 13. *verſ. altera fuit &c.* vbi hanc declarationem latè comprobat, & pluribus modis illam extendit, *Caſtill. de vſufruct. cap.* 58. *numer.* 3. *& cap.* 59. *numer.* 19. *Coſta de ration. rat. quæſt.* 61. *numer.* 3. *& quæſt.* 150. *numer.* 2. *& quæſt.* 213. *in fin. Ciriac. controuerſ.* 489. *numer.* 13. *& controu.* 510. *num.* 11. *Adden. ad Rot. dict. deciſ.* 636. *num.* 51. *par.* 4. *recent. tom.* 3. *Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 193. *num.* 42. *& ſeq.* vbi extendit, hoc procedere etiam ſi teſtatór reliquerit plenum, & integrum vſumfructum, & etiam ſi vſufructuarius ſit in poſſeſſione, vt ibi per eum, cum quibus petranſeunt *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 151. *num.* 3. *& ſeq.* vbi docet quomodo hoc ſit practicandum in facto, & *Capic. Latr. dict. deciſ.* 102. *num.* 36. *& ſeq.*

212 Ex qua declaratione concordantur ferè omnes ſupradictæ ampliationes, & limitationes, in quibus actum fuit, quando hæres, vel vſufructuarius teneatur ad ſoluenda debita defuncti, quia re vera licet hæres formaliter ad id teneatur, virtualiter tamen, & effectuè tenetur etiam vſufructuarius, cum ipſe pati debeat, bona venundari pro ſoluendis debitis, itaut ipſe minus habeat de vſufructu, & hæres minus habeat de proprietate, vndè verè dici poteſt, quod ad ſoluenda debita defuncti ambo teneantur hæres, & vſufructuarius, cum ambo ad id concurrant, vt animaduertit etiam *Coſta de ration. ratæ, dict. quæſt.* 150. *numer.* 2. Itaut detur cautela per Doctores, quod creditores agant pro eorum creditis contra hæredem citato etiam vſufructuario pro omni eius iure, & intereſſe, & ſic ſententia lata contra hæredem mittetur executioni contra vſufructuarium, vt docent

Borgnin.

Borgnin. de vſufruct. num. 216. Theſ. quæſt. Forenſ. 32. ſub numer. 3. lib. 2. Capic. Latro. d. deciſ. 102. num. 42. & ſeq. & Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 103. num. 11. 12. & ſeq.

214 Limita dictam declarationem, quod hæres pro ſolutione debitorum defuncti poteſt vendere bona hæreditaria in præiudicium vſufructuarij, vt non habeat locum ſtantibus coniecturis, ex quibus conijci poſſit, Teſtatorem noluiſſe, bona hæreditaria pro hac cauſa alienari, ſed quod ipſe hæres ex ſuo proprio patrimonio debita prædicta perſolueret, & per conſequens, quod vſufructuarius vberiores fructus perciperet, quia tunc ei bona Teſtatoris vendere non liceret, vt not. *Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. numer. 6. verſ. & id verum, &c. Ruin. conſ. 41. numer. 12. lib. 2. Bellon. Sen. conſ. 7. num. 2.* quos referendo ſequitur *Menoch. dict. præſumpt. 143. num.* 20. vbi etiam coniecturas id ſuadentes recenſet.

215 Teſtator enim poteſt mandare, quod hæres ſoluat eius debita de proprijs bonis, & non de hæreditarijs. *l. vnum ex familia. 69. §. ſi rem ff. de legat. 2. l. lucius, 68. §. maritus, ff. ad trebell. Rub. Alexand. conſ. 158. numer. 1.* quem refert, & ſequitur *Surd. dict. deciſ. 193. num. 3.* & not. etiam *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 294. num. 22. & cap. 204. num. 28. par. 2. D. Deluca tom. 9. in titul. de teſtam. diſcurſ. 42. num. 9. & diſcurſ. 44. numer. 6. & diſcurſ. 48. num. 8.* dumodo grauamen non excedat emolumentum inſtitutum vt ibi per eum.

216 Amplia vndecimo principalem concluſionem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt adeo vera ſit, vt ſententia, & executio relaxata contra defunctum pro eius debito exequi poſſit contra eius hæredem, vt docent *Duenn. reg.* 277. vbi multipliciter hoc ampliat, & limitat, prout facit *Aſin. in pract. §. 31. capit. 2. ampliat. 16. in princip. Rolan. conſ. 20. numer. 8. volum. 1.* vbi teſtatur de communi opinione *Anton. Gomez. ad leg. 64. Taur. numer. 5 Vincent. de Franch. deciſ. 199. numer. 4.* plenè *Carleuall. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 9. num. 1. & ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit hanc concluſionem eſſe ab omnibus communiter receptam.

217 Hæres enim, & defunctus habentur pro vna, & eadem perſona, *leg. hæredem, 59. ff. de regul. iur. author. de iureiuran. à morient. præſt. in princip. Carleuall. de iudic. d. ct. diſput. 9. numer. 2. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 535. numer. 5. & deciſ. 269. num. 7. par. 12. recentior.* & dixi ſupra in princip.

218 Ita vt ex perſona hæredis obligatio defuncti nullam recipiat mutationem, *l. 2. §. ex his, & l. in executione, 85. §. pro parte, ff. de verbor. obligat. Surd. conſ. 222. numer. 14. lib. 2. Carleual. de iudic. tom. 1. diſputat. 2. quæſt. 5. numer. 288. in fin. & tom. 2. d. diſputat. 9. num. 2.*

219 Limita dictam ampliationem, quod executio relaxata contra defunctum exequi poteſt contra illius hæredem, vt habeat locum dumodo hæres citetur, vt probetur, quod ſit hæres, alias ſecus, vt not. *Rolan. conſ. 20. nu. 17. lib. 1. Marant. in pract. part. 6. verſ. & poſt omnia aduerſatiuè*

circa executionem, *num.* 18. *Aſin. in prać. d.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 9. vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Gratian. deciſ. March.* 138. *num.* 2. *Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 95. *num.* 12. *&* 13. *& Adden. ad Gregor. XV. deciſ.* 545. *numer.* 11. *verſ. aduertas tamen &c.* vbi loquatur etiam, ſi executio eſſet facienda ſuper eadem re, *& Rot. in Roman. ſpolij domorum*, 27. *Nouemb.* 1617. *coram Card. Veroſpio.*

220 Subamplia dictam vndecimam ampliationem, vt contra hæredem pro ſolutione debitorum defuncti obligati executiuè detur etiam via executiua, vt tradunt *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *hæreditas*, *quæſt.* 12. *numer.* 4. alios adducens concordantes *Graſſ. de except. in prælud. num.* 219. & de obligatione Camerali exequendo contra hæredem tradunt *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 104. *& ſeq. Zacchia de obligat. Camer. quæſt.* 4. *num.* 6. *& ſequen. Cenc. de Cenſ. d. quæſt.* 95. *num.* 12. *& ſeq. D. Deluca in Theatral. verit. & iuſtit. tom.* 8. *diſcurſ.* 63. *ſub num.* 4. *& Rota apud Zaclna vbi ſupra deciſ.* 186. *num.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 207. *num.* 3. *part.* 4. *recentior. & deciſ.* 39. *num.* 1. *par.* 6. *recent. & deciſ.* 174. *num.* 7. *par.* 9. *recentior.* vbi aliæ recenſentur, *tom.* 1.

221 Cum hæres ſuccedat defuncto cum ſua cauſa, & cum ſuis vitijs *l. vitia*, 11. *C. de acquir. poſſeſſ. l. pomponius*, 13. *ff. eod. tit. l. miles*, 6. §. *fin. ff. de re iudic.* & tradit *Aſin. in prać. d. cap.* 2. *ampl.* 16. *num.* 1. *&* 2.

222 Declara dictam ſubampliationem, vt habeat locum probato per creditores, quod ille ſit hæres debitoris, ſi hoc opponatur alias ſecus; cum in iudicio ſummario, & executiuo, quicquid ſit in iudicio ordinario, non ſit neceſſaria legitimatio perſonarum, niſi hoc a parte opponatur, vel expreſsè, vel vigore clauſulæ legitimatis legitimandis, vel æquipollenti, vt declarant *Saluſt. in prać. A. C. lib.* 1. *cap.* 45. *numer.* 4. *Andreol. controuerſ.* 79. *num.* 17. *Poſt. de manut. obſeruat.* 87. *num.* 3. *& ſeq. & Prać. Ridolph. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 52. *& ſeq.* cum quibus pertranſeunt *Adden. ad Greg. XV. deciſ.* 244. *num.* 5.

223 Declara ſecundo dictam ſubampliationem, vt non habeat locum contra hæredem, qui adiuit hæreditatem cum beneficio Inuentarij, contra quem, & eius bona non dari viam executiuam, niſi quando hæres citatus ad docendum de inuentario, & ad reddendam rationem de rebus inuentariatis id facere negligit, etiam ſi detur de nullitate Inuentarij, quam dicit eſſe examinandam in petitorio iudicio, benè declarat more ſuo *D. Deluca in Theatral. verit. & iuſtit. tom.* 9. *in titul. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 21. *num.* 6. *verſ. quamuis autem &c.* vbi dicit, ita obtinuiſſe in Signatura iuſtitiæ, & poſtea in Rota, *& diſcurſ.* 22. *num.* 17. & ante eum *Zacch. de obligat. Camer. quæſt.* 4. *num.* 11. & admittit *Rot. deciſ.* 39. *part.* 6. *recent. ferè per tot.* & apud *Card. Ottob. deciſ.* 47. *num.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 499. *num.* 4. *par.* 13. *recent.* & dixi etiam infra *limit.* 2.

224 Poſſe tamen agi executiuè contra hæredem beneficiatum ad effectum, vt ſententia executioni demandetur non contra perſonam hæredis beneficiati, & eius bona propria, ſed contra bona hæreditaria inuentariata, &

non diſtracta, & iudicium ſubſtineri, ſcripſit *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 95. *num.* 17. *& ſeq.* vbi dicit, ita pluries obtinuiſſe in iudicio, & alios dat concordantes, cum quo pertranſit *Rota d. deciſ.* 39. *num.* 7. *part.* 6. *recent. & deciſ.* 22. *num.* 1. *apud Merlin. de pignor.*

225 Declara tertio dictam ſubampliationem, quod via executiua agi poteſt contra hæredem ſicuti agi poterat contra defunctum, vt non habeat locum elapſis triginta annis, cum per dictus tempus præſcribatur via executiua, vt tradunt *Anton. Gomez. ad leg.* 63. *Tauri in princ. Ciriac. controu.* 2. *num.* 105. *Carleual. de iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 4. *num.* 15. quamplures adducens ita ſentientes *Poſt. de ſubhaſt. Inſpect.* 30. *num.* 75. *Capic. Latro. d. deciſ.* 58. *num.* 14 *& ibi Adden. num.* 8. *& ſeq. & Rota in Romana cenſuum*, 4. *Aprilis* 1639. §. *& primò &c. coram R. P. D. Veroſpio, & in Eugubina dotis*, 14. *Februar.* 1642. §. *ſecundò ſubiugebant, coram R. P. D. Carillo.*

226 Cum dicta executio expediatur officio Iudicis, vt not. *Carleual. de iudic. titul.* 1. *diſput.* 7. *num.* 5. *&* 28. *Capic. Latr. d. deciſ.* 58. *numer.* 14. *& ibi Adden.* quod durat tantum triginta annis, ad inſtar aliarum actionum, *gloſ. in l. ſicut in rem.* 3. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* & poſt *Balb. Tiraq. Afflict. & Couar.* per eum relatos declarat *Carleual. de iudic. d. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 4. *ſub num.* 15. *& Capic. Latro. d. deciſ.* 58. *numer.* 14. *& ibi Adden. num.* 8.

227 Amplia dictam tertiam declarationem, vt via executiua præſcribatur per lapſum triginta annorum, etiam ſtante malafide, & ſcientia debitoris, vt docent *Balb. de præſcr. in* 2. *par.* 3. *princ. quæſt.* 14. *num.* 8. *Anton. Gomez in d. lib.* 63. *Taur. num.* 1. *Grattan. diſceptat. Forenſ. cap.* 52. *num.* 22. *par.* 1. *Ceuall. in Spec. commun. opinion. quæſt.* 173. *num.* 9. & latè comprobat *Carleual. de iudic. dict. tit.* 3. *diſput.* 4. *num.* 2. *& ſeq.* & tradunt etiam *Adden. ad Capic. Latro. d. deciſ.* 58. *num.* 13.

228 Et licet ſupradictam tertiam declarationem non habere locum ſtante promiſſione de obſeruando contractu ſemper, & perpetuo, ex *Ceuall. in Specul. comm. opin. quæſt.* 174. *num.* 2. *& quæſt.* 207. *in fin.* per eum relato *Andreol. controuerſ.* 79. *num.* 9. 10. *& ſeq* maximè ſtante renunciatione omni legum auxilio, & iuramento, vt ibi per eum.

229 Contrarium tamen latè comprobat *Ciriac. controuerſ.* 317. *num.* 21. *& ſeq.* in ò dictas clauſulas, & iuramentum dictum effectum non operari, quæ latius non proſequor cum ſint ferè extra materiam huius 15. articuli, vide ibi per eos ſi cupis.

230 Amplia duodecimo ſupradictam principalem concluſionem, quod hæres tenetur perſoluere debita defuncti vt adeo vera ſit, quod ſtante Statuto quod debitor poſſit capi perſonaliter pro debito, capi, & retineri, etiam poſſit hæres debitoris, quaſi hæres debitoris dicatur debitor, vt tradunt *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *hæreditas, quæſt.* 12. *num* 3. alios adducens de communi opinione atteſtantes, *Surd. deciſ.* 315 *num* 3. *Grattan. diſceptat. Forenſ. cap.* 150. *num.* 8. *par.* 1. *Ciriac. controuerſ.* 467. *numer.* 17. *Zacch. de oblig. Camer. quæſt.* 4. *numer.* 12. *Rota deciſ.* 39. *numer.* 2. *par.* 6. *recent.* vbi concordantes *& deciſ.* 343. *num.* 15. *& ſeq. par.* 10. *recent.*

Ex

Ex quo enim hæres perſonam defuncti repræſentat, *d. l. ſi filius*, 21. *ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſta. Gabr. conſ.* 106. *num.* 6. *lib.* 1. *Ciriac. controuerſ.* 695. *num.* 39. *& dixi latius ſupra poſt princ.* ſequitur quod eodem iure vti debeat, quo ille, *l. qui in ius*, 137. *& ibi Dec. & alij*, *ff. de regul. iur.* & not. *Craſſ. de ſucceſſ. dict. quæſt.* 12. *num.* 3. *in fin. & Ciriac. controuerſ.* 652. *num.* 4. nec non *Rota deciſ.* 356. *numer.* 17. *part.* 14. *recentior.*

231 Limita primò dictam duodecimam ampliationem, quod pariter habeat locum probato, quod ſit hæres, & non aliter, vt declarant Zacchia *de oblig. Camer. dict. quæſt.* 4. *num.* 4. *&* 8. *Rolan. conſ.* 20. *num.* 9. *lib.* 1. *Aſin. in pract. d.* §. 31. *limit.* 9. *Adden. ad Pattel. expedit. ciuil.* 27. *numer.* 64. *Cartar. deciſ. Genu.* 32. *num.* 1. *& Phanuc. de inuent. par.* 5. *numer.* 128. *& numer.* 129.

232 Limita ſecundo dictam duodecimam ampliationem, vt non habeat locum in hærede, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia contra illum, non poteſt fieri executio perſonalis, vt tradunt *Rolan. de inuent. par.* 4. *verſ. Septima eſt vtilitas &c. per tot. Phanuc. de inuent. part.* 5. *num.* 27. *& ſeq.* vbi dant concordantes, & limitant hoc non habere locum quando hæres ex ſua mora conueniretur, vel antequam de inuentario docuerit, vel quando hæreditas eſt ſoluendo, cum quibus pertranſit *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom.* 1. *in tract. de inuent. tit.* 13. *num.* 109. vbi dat concordantes quamplures, *Carleuall. de iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *titul.* 3. *diſput.* 9. *num.* 6. vbi plures dat concordantes, & limitat, hoc non habere locum ſi hæres beneficiatus occultaret bona, vel illis venditis non exhiberet prætium, vt ibi per eum *num.* 7. *Eſcoba. de ratioci. cap.* 9. *num.* 42. *& Rot. apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 231. *num.* 6. & apud *Card. Ottob. deciſ.* 47. *in princ.* vbi habetur, neque poſſe relaxari mandatum contra bona propria hæredis, neque contra bona hæreditaria ſtabilia diſtracta ad inſtantiam creditorum non firmato ſtatu hæreditatis, vt ibi per eam.

233 Cum enim confecto inuentario hæres vltra vires non teneatur, *l. fin.* §. *& ſi præfatam*, & not. ibi Doctor. communiter, *C. de iure delib. Poſt. reſol.* 87. *num.* 31. *& ſeq.* & dicam latius infra num. . . . exhibitis bonis hæreditarijs per hæredem manifeſtum eſt, illum non teneri de perſona, vt argumentantur *Carleual. de iudic. d. diſput.* 9. *num.* 6. *in fin.* vbi dat concordantes, *& alij Doct. ſupra adducti.*

234 Amplia decimotertio dictam concluſionem principalem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum etiam ſequta euictione poſt mortem defuncti bonorum hæreditariorum, quia adhuc hæres tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti, vt poſt *Peregr. de fideic. art.* 4. *num.* 5. per eum relatum ſcribit *Coſta de ſcient. & ignor. cent.* 1. *diſt.* 37. *num.* 14. licèt *Pereg.* loquatur ſolum in terminis ſolutionis legatorum, cum quo pertranſit *Mangil. de euict. quæſt.* 65. *num.* 5. *& ſeq.*

235 Amplia decimoquarto dict. concluſionem principalem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum etiam hæreditate vendita, quia adhuc hæres tenetur creditoribus hæreditarijs ſatisfacere,

non

non autem tenetur emptor hæreditatis, *l.* 2. & ibi not. Doct. *C. de hæred. vend. l. cum res,* 22. *C. de donat.* & ſcripſerunt *Pereg. de fideic. d. art.* 4. *num.* 3. *in fin. Card. Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 20. *& lib.* 12. *tit.* 6. *numer.* 20 *Gratian. diſcept. Forenſ. capit.* 49. *num.* 8. *par.* 1. *& cap.* 204. *numer.* 36. *& ſeq. par.* 2. vbi dicit, aliud eſſe quando hæres reſtituit hæreditatem ex fideicommiſſo, quæ transfertur in fideicommiſſarium, qui eſt hæres ex diſpoſitione Teſtatoris, vt ibi per eum, *& cap.* 532. *ſub numer.* 24. *par.* 3 *Mangil. de euict. quæſt.* 51. *num.* 14. *& quæſt.* 194 *num.* 6. *& ſeq. Merlin de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 11. *numer.* 4. *& ſeq. Andreol. controuerſ.* 124. *num.* 4. plenè *Alph. ab Olea de ceſsion. iur. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 20. *& ſeq.* vbi plures dat concordantes *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 7. *de emption. & vend. diſcur.* 26. *numer.* 6. *& Rota deciſ.* 747. *num.* 1. *par.* 2. *recentior. & apud Merlin. di pignor. deciſ.* 127. *num.* 40.

236 Cum non ſit in poteſtate hæredis per venditionem hæreditatis actiones paſſiuas, quæ eius oſſibus inhærent in alium transferre *l. ſi mulier,* 60. §. *ex aſce. ff. de iure dot. l.* 3. *& ibi gloſ. ff. pro ſoci.* & not. *Gratian. Card. Mantic. Mangil. Merlin. & Alph. ab Olea vbi ſupra, & D. Deluca d. tom.* 7. *in tit. de emption. & vend. diſcurſ.* 26. *numer.* 6.

237 Et cum creditores non teneantur mutare perſonam hæredis debitoris, etiam ſi voluerit dare magis locupletem pro eo, *l. ſi mandato meo,* 45. *ff. manda. Gratian. d. cap.* 204. *numer.* 37. & poſt *Surd. Maur. Hering. Solorza. Ciriac.* & alios per eum relatos probat *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 21.

238 Nec hæres per venditionem hæreditatis hæres eſſe deſinit, *l. ei qui ſoluendo,* 88. *ff. de hæred. inſtitut. Mangil. de euict. d. quæſt* 194. *num.* 6. 21. *&* 27. cum ſemel hæres non poſſit deſinere eſſe hæres, *l. & ſi ſine,* 8. §. *& quod papinianus, ff. de mino. dict. l. ei qui ſoluendo,* 88. *ff. de hæred. inſtit.* & not. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 47 *& Merlin. de pignor. d. lib.* 5. *quæſt.* 11. *numer.* 4. *& ſeq* & cum actiones perſonales non ſequantur rem, ſed perſonam, *l.* 1. § *ſi hæres, ff. ad trebell. l. fin.* §. *fin. ff. de contr. empt. Peregr. de iure fiſci lib.* 6. *titul.* 4 *numer.* 30.

239 Subamplia primo dictam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita hæreditaria etiam vendita hęreditate, non autem emptor hæreditatis, vt habeat locum etiam ſtante pacto in venditione appoſito, quod ipſe emptor teneatur ſatisfacere creditoribus hæreditarijs, quia adhuc creditores illum ad ſoluendum cogere non poſſunt, *d. l.* 2. *& ibi Bald. in princip. C. de hæred. vel action. vend. l. hæreditatem,* 28. *ff. de donat. Iaſ. in l.* 2. *num.* 2 *C. de pact* vbi dicit, quod licet emptor cogi non poſſit ad ſoluendum per creditores, cogi tamen poteſt per hæredem, vt ibi per eum, *Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap.* 49. *numer.* 8. *& dict. cap.* 204. *numer.* 39. *& cap.* 532. *num.* 24 *par.* 3. dicens, ita fuiſſe iudicatum, licet in princip. ad circuitum euitandum contrarium ſenſiſſe videatur *Mangil. de euict. quæſt.* 49. *num.* 22. *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. dict. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 25. vbi teſtatur de veriori opinione, &

latè

latè comprobat *Salgad. in laber. creditor. par. 2. capit. 26. numer. 15. 16. & ſequen.*

240 Cum nulla actio acquiratur tertio, quando aliquod onus extrinſecum pacto includitur, quicquid ſit quando pactum reſpicit ipſam rem, & cum re coniuncta eſt, & onus intrinſecum continet *ad tex. in l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo, & in l. ſi genero, 26. C. de iur. dot.* & declarant *Gratian. dict. cap. 204. num. 39. Mangil. dict. quæſt. 49. num. 3. Salgad. dict. capit. 26. num. 15. & ſeq. & Alph. ab Olea de ceſsion. iur. dict. tit. 3. quæſt. 9. numer. 25.*

241 Quod idem eſſe in emptore promittente ſoluere prætium rei emptæ creditoribus venditoris, quibus non acquiri actionem contra dictum emptorem ſine ceſſione *per tex. in d. l. 2. C. de hæred. vel action. vend. & in d. l. hæreditatem, 28. ff. de donat.* ſcripſerunt *Mangil. de euict. d. quæſt. 49. in fin. Gratian. dict. cap. 49. num. 8. & cap. 723. in princip. part. 4.* licet contrarium tenere videatur *cap. 532. in princ. par. 3. Cancer. variar. reſolut. par. 2. cap. 6. num. 115. & cap. 7. num. 259. & ſeq. Hodiern. ad Surd. deciſ. 32. num. 17. & ſeq. Carleuall. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 35. num. 21.* plenè *Alph. ab Olea de ceſsion. iur. tit. 3. quæſt. 9. num. 4. & 25. & tit. 4. quæſt. 9. num. 36.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit, hoc procedere non obſtante, quod circuitus ſint euitandi, quo caſu aliqui tenent contrarium cum modificatione, de qua ibi per eum, plenè *Salgad. in laber. credit. d. par. 2. cap. 26. num. 15. & ſeq.*

242 Actio enim perſonalis non datur contra eum, cum quo nullum celebratum eſt negocium, *l. ſi in area, 33. ff. de condit. indeb.* & tradunt *Gabr. conſ. 146. numer. 1. lib. 1. Ciriac. controuerſ. 120. num. 1. & controuerſ. 181. num. 2. & controuerſ. 258. numer. 11. & controuerſ. 330. num. 3.* & dixi *Ego latè alleg. Forenſ. 59. num. 15. & alleg. 60. numer. 10. Rot. apud Merlin. deciſ. 533. num. 5.*

243 Limita primo hanc ſubampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita hæreditaria vendita etiam hæreditate, non autem emptor etiam ſi ille promiſerit illa ſoluere, vt non habeat locum de æquitate canonica, ex qua in ſubſidium hærede exiſtente non ſoluendo creditoribus ex dicta ſtipulatione conceditur actio vtilis contra dictum emptorem, vt poſt *gloſ. Iaſ. Tiraq. & Soc. Iun.* per eum relatos tradit *Mangil. de euict. d. quæſt. 49. num. 24.* nec non *Gratian. diſcep. Forenſ. dict. cap. 204. num 40. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 11. numer. 19.* vbi alios dat concordantes, & *Alph. ab Olea de ceſsion. iur. titul. 3. quæſt. 9. num. 20. circa medium*, licet contrarium ſentire videatur *tit. 4. quæſt. 9. num. 36. in fin.* cum quibus pertranſit *Salgad. in laber. credit. par. 2. cap. 26. num. 32.* vbi alias dat limitationes.

244 Limita ſecundo dictam ſubampliationem, vt non habeat locum ſi actio ab ipſo hærede creditoribus cedatur, quia tunc benè creditores contra dictum emptorem hæreditatis agere poſſunt, vt declarant *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 204. numer. 4. par. 2.* vbi alios dat concordantes, *Mangil. de euict. d. quæſt. 49. numer. 2. Gargiar. Iun. conſ. 2. numer. 10. lib. 1. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 11. numer. 19.* vbi dicit idem eſſe quando

hæres

hæres non eſſet ſoluendo; & quando hæreditas ceſſa eſſet proximiori ab inteſtato, vt ibi per eum, & *Alph. ab Olea de ceſſi. iur. dict. tit. 3. quæſt. 9. num. 20. ante finem.*

245 Ceſſionarius enim vtitur omnibus iuribus, actionibus, & remedijs cedenti competentibus, vt tradunt *Scapucc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 18. num. 2. Pacif. de Saluian. inſpect. 3. capit. 2. num. 901. Cirtac. controuerſ. 500. num. 14. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 733. num. 22. par. 4. Poſt. reſolut. 16. num. 1. & reſolut. 60. num. 8.* plenè *Alph. ab Olea tit. 6. in exord. tit. in princip. & Rota apud Zacch. de Societ. deciſ. 18. num. 8. & deciſ. 74. num. 3. & deciſ. 155. num. 3. par. 7. recent. & deciſ. 365. num. 10. par. 11. recent.* & apud *Card. Celſum, deciſ. 302. num. 6.*

246 Cum ceſſionarius dicatur principalis creditor, vt poſt *Roman. Soccin. Iun. Dec. & Vui per eum relatos* tradit *Pacif. de Saluian. d. cap. 2. numer. 900. & Cirtac. d. controu. 500. num. 14.*

247 Et reputetur eadem perſona cum cedente *Surd. conſ. 22. numer. 16.* latè comprobans *lib. 1. Ciriac. controuerſ. 157. num. 4. Carleuall. de iudic. lib. 3. diſput. 26. numer. 1. & diſput. 35. numer. 1. & m. 2. Poſt. d. reſol. 60. num. 12.* latè *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. d. tit. 6. in exord. tit. in princ. & Rota deciſ. 440. num. 3. & 7. par. 14. recen.*

248 Et ſuccedat in ius cedentis etiam executiuo, vt tradunt *Adden. ad Paiſe. expedit. ciuil. 42. numer. 62. Arias de Meſa. variar. reſol. lib. 1. capit. 21. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori opinione *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 2. gloſ. 3. num. 17. par. 1. Cancer. variar. reſol. par. 1. cap. 17. num. 40. & par. 2. cap. 7. num. 93. Cenc. de Cenſ. quæſt. 95. num. 7. Fontanell. deciſ. 166. num. 10. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, plenè *Alph. ab Olea de ceſsion. iur. tit. 7. quæſt. 4. numer. 3.* vbi plures dat concordantes, & limitat, niſi ius executiuum cohæreat perſonæ, & non inſtrumento, vt ibi per eum, & *Rota deciſ. 524. num. 1. par. 2. recent.*

249 Et in terminis obligationis Cameralis tradunt *Surd. conſ. 444. num. 12. lib. 3. Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. 5. num. 1. & in Zacch. numer. 2.* & ita ſentit *Alph. ab Olea d. dict. tit. 7. quæſt. 3. num. 5. Rota apud Zacch. de ſociet. deciſ. 8. num. 9. & de oblig. Camer. deciſ. 9. num. 3. & deciſ. 135. in fin. & deciſ. 188. numer. 18.*

250 Quicquid contrarium in ceſſionarium non tranſire ius executiuum voluerint *Vinc. de Franch. deciſ. 353. numer. 1. & ibi Adden. num. 1. Gait. de credit. cap. 3. num. 1156. & ſeq. Nouar. quæſt. Forenſ. lib. 1. quæſt. 48. num. 10. & ſeq.* & alij relati per *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul. 7. quæſt. 3. numer. 2.*

251 Limita tertio dictam ſubampliationem, vt non habeat locum quando Notarius ſtipulatus fuit nomine quorum intereſt, quia tunc creditoribus hæreditarijs acquiritur actio agendi contra dictum emptorem hæreditatis, vt tradunt *Honded. conſ. 25. num. 10. lib. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 49. num. 18. par. 1. & cap. 204. num. 41. par. 2. & cap. 532. numer. 4. par. 3. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 26. num. 10. Cirtac. controuer. 322. num. 26. Mangill. de euiction. d. quæſt. 49. in fin. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 11. num. 2. & ſeq. Salgad. in labor. credit. d. par. 2. cap. 26. num. 35. Alph.*

ab

ab Olea de ceſsion. iur. tit. 4. quæſt. 9. num. 29. vbi teſtatur de communi opinione, & generaliter tenuit *Rota apud Greg. XV. deciſ. 97. numer. 3. & deciſ. 567. num. 3.* vbi dantur concordantes, & ſentit eadem *Rota deciſ. 444. num. 27. & ſeq. par. 9. recentior. tom. 2.* vbi hanc limitationem extendit vt habeat locum etiam ſtante iuramento in Teſtamento appoſito, vt ibi per eam.

252 Amplia dictam tertiam limitationem, vt habeat locum etiam ſi ſolum in Inſtrumento dict. promiſſionis factæ per emptorem de ſoluendo debitum creditoribus hæreditarijs adſit obligatio Cameralis, cum illa contineat in ventre ſtipulationem pro omnibus, quorum intereſt, vt tradunt *Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 5. num. 6. & ſeq. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 97. num. 3. & Rota deciſ. 86. in princip. & deciſ. 97. in princ. & deciſ. 137. in prin. apud Zachia de oblig. Camer.* plenè eadem *Rota deciſ. 50. num. 22. apud Merlin. de pignor. & d. deciſ. 444. num. 31. par. 9. recent. tom. 2.*

253 Subamplia dictam ampliationem, vt habeat locum etiam abſquè alia ceſſione, vt not. *Bertaz. de clauſ. clauſ. 18. gloſ. 5. num. 8.* vbi teſtatur de veriori opinione, quem referendo ſequitur *Mangil. de euict. d. quæſt. 49. in fin. & Gratian. diſcept. Forenſ. capit. 49. num. 18. par. 1. & dict. cap. 204. num. 42. par. 2. Gabr. comm. concluſ. de verbor. oblig. concl. 1. numer. 98. verſ. contrarium, &c.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & aliquas aduertit declarationes, *Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 26. num. 10.* & latè comprobat *Cenc. de Cenſ. quæſt. 67. num. 32.* vbi declarat *deciſ. coram Robuſt.* dicens illam non eſſe Rotæ deciſionem, *Alph. ab Olea de ceſsion. iur. tit. 4. quæſt. 9. num. 29. & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 97. num. 3. & ibi Adden. num. 9.* qui teſtantur de magis communi Doctorum opinione, *& deciſ. 172. in princip. apud Cenc. de Cenſ.* vbi pariter teſtatur de magis communi opinione; *& d. deciſ. 444. numer. 31. par. 9. recent. tom. 2.*

254 Declara dictam tertiam limitationem, vt habeat locum ſequta acceptatione, vel ratificatione; alias ſecus, quia licet valde controuerſa ſit quæſtio, vtrum requiratur ratificatio, vel acceptatio, ad hoc vt actio per ſtipulationem Notarij abſenti, vt videre eſt per *Card. Mantic. de tacit. dict. lib. 14. tit. 26. num. 10. & ſeq. per Cenc. de Cenſ. dict. quæſt. 67. num. 36. & ſeq. per Theſaur. deciſ. 70. per tot. per Ciriac. controuerſ. 322. per tot. per Merli. Pignat. controuerſ. Forenſ. cent. 1. cap. 59. & 60. per tot. per Alph. ab Olea de ceſſion. iur. d. tit. 4. quæſt. 9. numer. 29.* vbi alios adducit, & latè differit *Rota deciſ. 12. par. 1. recent.* vbi quamplures Doctores inter ſe contrariantes cumulantur, & per eandem *Rot. d. deciſ. 444. num. 14. & ſeq.*

255 Rota tamen Romana quæ dicitur ſpeculum ad imitandum, vt latè comprobat *Paul. Rube. in diſcurſ. ante par. 7. recent. num. 215. & ſeq.* itaut ipſa loquente cætera tribunalia, debeant obmuteſcere, vt dicit *Lazar. de Blaſphem. quæſt. 13. num. 47.* ſequitur

256 hanc diſtinctionem, quod aut agitur ad effectum vt ſit acquiſitum ius, ſeu dominium abſenti, & tunc requiratur acceptatio abſentis, aut ad effectum vt non poſſit ante ratificationem abſentis promittens pænitere, &

tunc

tunc non ſit neceſſaria acceptatio, vt videre eſt per eandem *Rota deciſ. 683. numer. 4. par. 1. diuerſ. & deciſ. 369. num. 3. & deciſ. 488. numer. 6. par. 2. recent. & apud Gregor. XV. deciſ. 97. numer. 2. & ſeq. & ibi Adden. numer. 8. & deciſ. 567. num. 3. eadem Rota deciſ. 270 numer. 1. part. 5. recent.* & plenius *dict. deciſ. 444. numer. 17. & ſeq par. 9. recent. tom. 2.* vbi habetur, per dictam concordiam conciliari *deciſ. 262. numer. 5. part. 1. recentior.* vbi habetur, per ſtipulationem Notarij acquiri ius abſenti etiam ſine ratificatione cum *deciſ. 12. part. 1. recent.* vbi firmatur contraria opinio vti verior, & magis communis, licet reuera illa non ſit *deciſio Rotæ*, ſed ſimplex votum *R. P. D. Robuſterij*, vti aduertit etiam *Cenc. de Cenſ. dict. quæſt. 67. numer. 32.* licet negari non poſſit, *dictum votum Robuſterij Dominis de Rota* non parum placuiſſe, & in illud iudicaſſe, vt videre eſt ex eadem *Rota deciſ. 124. in princip apud Zacch. de oblig. Camer.*

257 Subdeclara dictam declarationem, vt ex ſola ſcientia abſentis ſatis dicatur conſtare ad hunc effectum de acceptatione, & ratificatione abſque aliquo actu poſitiuo, vt declarant *Gabr. commun. concluſ. de verb. oblig. concluſ. 1. num. 102. in fin. Caroc. deciſ. 93. num. 3. & ſeq. Cenc. de Cenſ. quæſt. 67. numer 48. Adden. ad Paitell. expedit. 74. numer. 37. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 97. num 8. Rota deciſ. 663. numer 2. part. 1. diuerſ. & deciſ. 262. num. 6. par. 1. recent.* plenè eadem *Rota deciſ. 50. numer. 25. apud Merlin. de pignor. & deciſ. 353. num. 49. part. 9. recent. tom. 2.*

258 Amplia dictam ſubdeclarationem, quod ſcientia cum agatur de actu fauorabili, & quæ affert commodum, præſumitur, vt not. *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 23. numer. 84. Adden. ad Greg. XV. d. deciſ. 97. num. 8. Adden. ad Paitell. dict. expedit. 74. num. 38. Surd. deciſ. 206. numer. 11.* & dixi *Ego alleg. Foren. 30. num. 39. & Rota apud Duran. deciſ. 42. in fin. & d. deciſ. 50. num. 28. apud Merlin. de pign.*

259 Vel ſaltem illa probatur ex præſumptionibus, & coniecturis, vt puta ex conſanguinitate, ex affinitate, ex diuturnitate temporis, ex cohabitatione, & ſimil. vt declarant *Theſaur. deciſ. 70. numer. 2. Surd. deciſ. 111. numer. 10. & dict. deciſ. 206. numer. 11. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 24. per tot. Adden. ad Gregor. XV. dict. deciſ. 97. numer. 8. Cenc. de Cenſib. dict. quæſt. 67. numer. 49. Honded. conſ. 80. numer. 46. lib. 2.* & dixi *Ego allegat. Forenſ. 3. numer. 27. & ſeq. & allegat. 30. numer. 40. Rota dict. deciſ. 262. numer. 6. part. 1. recentior.* & latius *dict. deciſ. 50. numer. 26. & ſeq. apud Merlin. de pignor.* vbi contrarijs reſpondet, & *deciſ. 25. num. 25. & deciſ. 287. num. 4. par. 9. recent. tom. 1. & deciſ. 353. num. 50. par. 9. recent. tom. 2.* etiam ſi agatur de graui præiudicio, quando præſumptiones ſunt vehementes, *Rota deciſ. 276. num. 6. par. 9. rec. tom. 1.*

260 Limita primo dictam decimam quartam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti etiam vendita hæreditate, vt non habeat locum quando creditores conuenerunt in iudicio emptorem hereditatis & emptor ſua ſponte ſuſcepit iudicium cum dictis creditoribus contra eum agentibus, quia ſi poſtea hæres à

creditoribus conueniatur exceptione taciti pacti ſe tueri poterit *tex. eſt in l. 2. & ibi not. Bart. Bald. Salic. Caſtren. Iaſ. & Alex. C. de pact.* & tradunt etiam *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 4. titul. 10. numer. 23. Mangil. de euict. quæſt. 51. numer. 17. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 11. in princip.* vbi benè declarat, & ampliat etiam ſi iudicium motum ſit contra emptorem in actione hipotecaria teſtans de veriori opinione, & *Salgad. in laber. credit. par. 2. capit. 26. num. 28. & 34. & Rota apud Card. Caual. deciſ. 393. num. 5.*

261 Sublimita hanc limitationem ſi creditores agentes contra emptorem hæreditatis habuerunt ſcientiam illum eſſe non ſoluendo, quia ſi neſcierunt eis ſubueniri debet ſi non eſt ſoluendo, ne hæres venditor hæreditatis locupletetur cum aliena iactura contra *tex. in l. nam hoc natura, 14. ff. de condit. indeb.* vt declarant *Salicet. Alex. Curt. Iun: Iaſ. & alij in dict. leg. 2. C. de pact. Cardin. Mantic. de tacit. dict. lib. 4. titul. 10. numer. 23. Mangil. de euict. dict. quæſt. 51. numer. 18. Merlin. de pignor. dict. lib. 5. quæſt. 11. numer. 12. & ſeq.* vbi plures ſubuertit limitationes, quas vide ibi per eum, & *Salgad. in laber. creditor. dict. par. 2. capit. 26. numer. 34.*

262 Declara dictam decimam quartam ampliationem principalem, quod ſi hæres vendita hæreditate conuentus a creditoribus hæreditarijs aliquid eis ſoluit, id valeat repetere ab emptore actione negociorum geſtorum, cum ad emptorem hæreditatis ſpectare debeat cum effectu omne commodum, & incommodum hæreditatis *dict. l. 2. C. de hæred. vel action. vendit.* & declarant *Iaſ. in dict. l. 2. C. de pactis, numer. 3. Mangil. de euict. dict. quæſt. 51. num. 15. Card. Mantic. de tacit. dict. lib. 4. tit. 10. numer. 20. & Alph. ab Olea. de ceſſion. iur. titul. 3. quæſt. 9. numer. 20.* vbi quamplures dat concordantes.

263 Amplia decimo quinto dictam concluſionem principalem, vt habeat locum etiam in hærede grauato reſtituere hæreditatem poſt eius mortem, qui tenetur ſoluere debita defuncti, non autem fideicommiſſarius, vt tradunt *Cartar. deciſ. Ianuen. 74. num. 4. & 5. Peregr. de fideic. artic. 4. num. 3. Hodiern. ad Surd. deciſ. 193. num. 14.* vbi dicit, quod ſi hæres grauatus illa non ſoluat teneatur illius hæres, non autem fideicommiſſarius, vt ibi per eum *D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 10. in tit. de fideic. diſcur. 161. num. 2. & Rota deciſ. 322. in fin. par. 10. recen.*

264 Ita ut debita per eum ſoluta poſſit hæres grauatus deducere in reſtitutionem fideicommiſſi, *Peregr. de fideic. art. 35. numer. 1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 666. in princip.* vbi dat concordantes quamplures, *Bellon. Iun. conſ. 3. numer. 40. & conſ. 36. numer. 14. Adden. ad Buratt. deciſ. 509. numer. 6. Andreol. controuer. 141. in princip. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 266. num. 2. & deciſ. 421. num. 2.*

265 Amplia dictam illationem, vt hæres grauatus non teneatur imputare fructus in debitis ſolutis, vt docent *Peregr. conſ. 68. num. 3. lib. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 665. numer. 7.* vbi quamplures dat concordantes, & *quæſt. 666. numer. 3.* plenè *Adden.*

ad *Baratt. dict. deciſ.* 509. *num.* 6. *Peregr. de fideic. d. art.* 35. *num.* 10. lateq; probat *Rota apud Buratt. d. deciſ.* 509. *num.* 5. vbi alias refert ejuſdem Rotæ deciſiones, & teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, vbi *Adden. numer.* 6. teſtantur hoc eſſe verum, etiam ſtante præcepto teſtatoris, vt ibi per eos, cum quibus pertranſit *D. Io: Bapt. Deluca in dict. Theatr. veritat. & iuſtit. tom.* 10. *in titul. de fideicommiſſ. diſcurſ.* 162. *numer.* 5. vbi dicit, contrariam opinionem ceſſante expreſſo præcepto Teſtatoris eſſe magis communiter reprobatam.

266 Amplia ſecundo dictam illationem, vt hæres grauatus poſſit deducere in reſtitutione fideicommiſſi etiam credita propria, quæ habebat contra Teſtatorem, vt not. *Cardin. Mantic. de coniect. lib.* 7. *titul.* 8. *numer.* 15. *Peregrin. de fideicomm. art.* 6. *in princip.* plenè *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 665. *in princip.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Andreol. controuerſ.* 141. *in princip. & Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 85. *numer.* 10. etiam non confecto inuentario, vt latè comprobat *Fuſar. de ſubſtitut. dict. quæſt.* 665. *numer.* 2. vbi quamplures dat concordantes, & *quæſt.* 666. *numer.* 4. *Andreol. controuerſ.* 141. *numer* 3. *& Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 421. *numer.* 5. *& ibi Adden. numer.* 15. plenè comprobantes.

267 Declara dictam decimam quintam ampliationem, vt non habeat locum in hærede grauato pure reſtituere, qui facta reſtitutione totius hæreditatis ad nihilum tenetur ſi penes ſe aliquid de hæreditate non remanſit, cum tunc fideicommiſſarius ex authoritate Trebelliani in eius locum ſuccedat, *l.* 1. *& l. ita tamen*, 17. §. *qui ex Trebell. & l. qui totam* 45. *ff. ad Trebel. Peregr. de fideic. art.* 4. *num.* 2. *Capic. Latro. deciſ.* 6. *num.* 14. *& ſeq.*

268 *par.* 1. licet ſecus ſit, ſi aliqua pars puta Trebellianica, vel alia apud hæredem remanſa ſit, quia tunc tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti pro rata, vt poſt *Bartol. Alberic. Caſtr. & Aret.* per eum relatos declarat *Capic. Latro. dict. deciſ.* 6. *numer.* 16. *Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 28. *in princip.* & ante eos *Peregr. de fideic. dict. artic.* 4. *numer.* 10. *in quo articul.* 4. benè declarat hanc materiam quando hæres grauatus teneatur ſoluere debita hæreditaria, vel potius teneatur fideicommiſſarius, ad quem ſe remittunt etiam *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 522. *& Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 193. *num.* 15. ipſum conſulas, non enim ex alienis ſcriptis ſcripta conficienda ſunt.

269 Amplia decimo ſexto dictam concluſionem principalem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum non ſolum quatenus ſuppetunt bona hæreditaria, ſed etiam vltra vires hæreditatis de ſuo proprio, §. *ſi verò non fecerit auth. de hæred. & falci. l. fin.* §. *cum igitur*, & ibi notant communiter Doctores, *C. de iure delib.* & ſcripſerunt *Surd. conſ.* 459. *numer.* 16. *lib.* 4. *Grattian. diſcept. Forenſ. cap.* 34. *numer.* 18. *&* 19. *par.* 1. vbi teſtatur de veriori opinione, & *cap.* 981. *numer.* 22. *part.* 5. *Ciriac. controuerſ.* 5. *numer.* 95. vbi dat concordantes latè *Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom.* 1. *in tractat. de inuentar. titul.* 15.

in princ. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 54. num. 3. Capic. Latr. deciſ. 13. num. 6. & deciſ. 197. num. 21. Adden. ad Rot. deciſ. 192. num. 154 & ſeq. par. 9. recent. tom. 1. & Rota deciſ. 349. numer. 2. & 7. & ſeq. & deciſ. 438. num. 4. par. 5. & deciſ. 39. num. 1. & 6. par. 6. & deciſ. 373. num. 31. & deciſ. 413. num. 57. & ſeq. par. 9. recen. tom. 2. & deciſ. 12. num. 39. & deciſ. 58. numer. 3. par. 10. recent. & alibi paſſim.

270 Subamplia dictam decimam ſextam ampliationem, vt habeat locum non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico, quo iure inſpecto hæres tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti vltra vires hæreditarias, vt docuerunt *Menoch. conſ. 89. num. 157.* vbi reſpondet *Martæ* contrarium tenenti, *lib. 1. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. capit. 34. numer. 19. par. 1.* vbi teſtatur de veriori opinione, plenè *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 15. numer. 25. & 67. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, contrariam opinionem habere locum in foro pœnitentiali, benè *Adden. ad Rot. d. deciſ. 192. num. 165. & ſeq. par. 9. rec. tom. 1.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis cõmunem, & illam benè comprobant, *Caluin. de æquit. d. cap. 54. num. 15. lib. 1. Andreol. contr. 101. num. 13. Capic. Latr. deciſ. 15. num. 14. lib. 1.* cum quibus pertranſit *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 9 in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 23. num. 4. & diſcur. 22. num. 13. Rota. deciſ. 72. numer. 49. & ſeq. par. 2. diuerſ.* vbi dicit, hanc eſſe veriſſimam, & magis receptam opinionem, *& deciſ. 58. numer. 26. par. 10. recent.* vbi hanc dicit eſſe veriſſimam opinionem.

271 Cum enim iuſtis de cauſis a iure ciuili conſtitutum ſit, hæredes non conficientes inuentarium teneri creditoribus vltra vires hæreditarias, vt patet ex *Nouell. Iuſtiniani de hæred. & falci.* nec de iure canonico contrarium cõnſtitutum ſit, ſequitur quod iuris ciuilis conſtitutioni inhærẽdum ſit; *arg. cap. 1. & 2. de noui oper. nuncia.* & tradunt *Doct. ſupr. proximè adducti*, & præcipuè *Adden. ad Rot. dict. deciſ. 192. num. 169. & ſeq. par. 9. recent.* qui aliter etiam comprobant, *& Rota d. deciſ. 72. num. 49. & ſeq.* & vltra eos *Fachin. controuer. iur. lib. 6. cap. 23. verſ. ſed valde & c.*

272 Quicquid contrarium tenuerint *Bart. in l. 1. num. 45. C. de ſacroſ. Eccleſ. Butr. in cap. Ratnaldus, 18. in ſecun. not. de teſtam. Gabr. commun. concluſ. de regul. iur. concluſ. 11. numer. 11.* & alij relati a *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 15. num. 66.* & a *D. Deluca d. diſcurſ. 23. numer. 4. Marta de ſucceſſ. par. 1. quæſt. 20. art. 5. numer. 17. & ſeq.* quorum aliqui loquuntur in terminis delicti a defuncto commiſſi, quorum rationibus ſatisfaciunt *Rolan. de inuent. par. vlt. verſ. Numquid de iure poſt numer. 3. Phanuc. in eod. tract. par. 8. num. 1. & ſeq. & Fach. in loco ſupra proximè adducto*, & contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

273 Limita ſupradictam ampliationem quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias etiam de iure canonico, vt habeat locum in foro fori, non autem in foro conſcientiæ, in quo hæres non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, ſi ipſe nihil habuit de hæreditate, vt

vt tradunt *Spin. de teſtam. gloſ.* 35. *num.* 36. *Peregr. de iure fiſc. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 35. *Craſſ. de ſucceſſ. lib.* 2. §. *Inuentarium, quæſt.* 22. *num.* 3. vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Lazar. de monit. ſect.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 23. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 16. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 12. *artic.* 5. *num.* 14. & hanc opinionem eſſe veriſſimam teſtatur *Farinacc. de inquiſ. quæſt.* 10. *numer.* 66. *verſ. contrarium &c. in fin. Gratian. diſcept. capit.* 34. *num.* 12 *par.* 1. vbi dicit, hanc eſſe veriorem opinionem *Capic. Latro. dict. deciſ.* 15. *numer.* 16. *lib.* 1. *Caluin. de æquit. dict. cap.* 54. *numer.* 11. cum quibus pertranſit *Dominus De luca in dict. diſcurſ.* 23. *numer.* 4. *P. Sanch. in præcept. Decal. lib.* 4. *capit.* 15. *numer.* 36. vbi ampliat quo ad vota facta per defunctum, vt ibi per eum, & infrà dicetur *P. Dian. in ſuis reſolut. moral par.* 1. *de legib. reſol.* 27. *&* *par* 3. *tract. miſcell. reſol.* 56. nec non *P. Laiman. in Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 7. *& Rota deciſ.* 493. *num.* 28. *par* 4. *recent. tom.* 2. vbi teſtatur de communi opinione.

274 Lex enim quæ hæredem obligat ad ſoluendum debita defuncti vltra vires hæreditarias ſi non confecit inuentarium niti videtur quadam præſumptione, quod hæres, qui inuentarium non confecit aliquid de hæreditate ſubtraxerit, vt patet ex *Nouell. de hæred. & falci.* §. *hinc nobis ibi & non per ea &c.* In foro autem conſcientiæ non eſt locus præſumptionibus, ſed veritati, quæ ſola ſpectatur, *cap. à vobis* 28. *cap. inquiſitioni*, 44. *de ſent. excommun.* & not. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 2. *titul.* 14. *numer.* 14. *& Gait. de credit. capit.* 2. *titul.* 7. *quæſt.* 2. *numer.* 1690. *P. Sanch. in præcept. Decal. lib.* 4. *capit.* 15. *numer.* 37. benè declarans. Ergo ſi hæres de hæreditate nihil ſubtraxit, non videtur eſſe in foro conſcientiæ obligatus ſoluere vltra vires hæreditarias, vt declarant *Lazar. Gratian. P. Diana, & alij Doctores, ſupra proximè adducti.*

275 Vel melius quia hæres in foro conſcientiæ non in plus teneri debet, quam teneretur defunctus, non hæreditas ſit ſucceſſio in ius, quod defunctus habuit, *l. nihil aliud* 24. *ff. de verb ſignif. l. hæreditas*, 63. *ff. de regul. iur.* & cum hæres defuncti perſonam repræſentet, §. 1. *auth. de iureiur. a morien. præſt. leg. ſi filius*, 21. *ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* & dixi *ſupra in princip.* & ſit vna, & eadem perſona cum defuncto *Cittad. controu.* 170. *nu.* 69. *Rota deciſ.* 269. *nu.* 7. *par.* 12 *recent.* & probaui pariter *ſupra in princ.* & ex eius perſona obligari dicatur, *l. ex qua perſona*, 190. *ff. de regul. iur.* ſed defunctus in foro conſcientiæ non tenebatur ad ſoluendum creditoribus vltra vires ſuas, cum nemo teneatur ad impoſſibile, *cap. ſi res*, 16. *quæſt.* 6. & docent *Couar. in cap. peccatum, part.* 1. *numer.* 2. *de regul. iur. in* 6. *D. Thoma.* 22. *quæſt.* 62. *artic. vltim. ad primum*, *Lazar. de monit. dict. quæſt.* 6. *num.* 25. *& Capic. Latro. d. deciſ.* 15. *numer.* 19. ergo neque in foro conſcientiæ obligatus erit.

Non obſtante quod dicta lex Iuſtiniani obligans hæredem ad ſoluendum debita hæreditaria vltra vires vti iuſta dicatur ligare etiam in foro conſcientiæ, vt tradunt Doctores

contrarium tenentes infra proximè allegandi, quia dicta lex eſt iuſta in foro externo, ex eo quia hæres dicitur adeundo hæreditatem quaſi contrahere cum creditoribus, & legatarijs, *dict. l. apud Iulianum, 11. §. fin. ff. ad Trebell.* cum alijs adductis ſupra, *num.* 24. & ſic videatur in ſe ſuſcipere onus ſoluendi debita hæreditaria etiam vltra vires, ſed id non habet locum in foro animæ, in quo non eſt iuſtum, quod hæres qui nihil ſurripuit, nec habuit ex hæreditate in plus teneatur, quam defunctus, qui vltra vires non tenebatur, vt ſupra probaui, & declarant *Fachin. controu. iur. lib. 6. cap. 24. in fin. P. Diana dict. reſolut, 56. in fin. & Paul. Laiman. in Theol. moral. d. lib. 3. tract. 5. cap. 6. num. 7. & ſeq. & alij Doctor. ſupra adducti.*

Prout non obſtat, quod hæres ex quaſi contractu dicatur ſe obligare ad ſoluendum debita hæreditaria vltra vires, cum dicta præſumptio in foro conſcientiæ non habeat locum, cum dict. fictio lege humana inducta ſit non diuina, ita vt illa in foro Cæſaris obligare debeat, non autem in foro Dei, vt declarant, *Fachin. P. Diana, & alij Doctor. ſupra adducti.*

276 Quicquid contrarium tenuerint *Couar. in cap. 1. numer. 16. de teſtam. Reg. nal. de obligat. iuſt. tom. 2. lib. 25. cap. 51. num. 627. & P. Molin. de iuſt. & iure tom. 1. tract. 2. diſput. 217. numer. 12.* quos refert *P. Dian. vbi ſupra* & ante eos ſcripſit *Federic. de Sen. conſ. 21. verſ. in contrarium, &c. col. 2.*

277 Subamplia ſecundò dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti etiam ſi non ſufficiant bona hæreditaria, vt habeat locum in quolibet hærede tam ſuo, quam extraneo, tam maiore, quam minore, tam maſculo, quam fœmina, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, tam ſolo quam cohæredem habente, tam in ſuccedente de iure ciuili, quam prætorio, etiamque in ſuccedente contra teſtamentum, *§. pupillus auth. de hæred. & falci.* qui loquitur in minore, *Rolan. de inuent. par. 2. verſ. primò igitur, &c. & verſ. quinto quæro &c. Phanuc. de inuen. par. 2. in prin. & n. 24. & n. 55.* vbi repræhendit *Barb.* qui de hoc videtur dubitaſſe *Balth. Tomaſ. in d. tract. de Inuent. tit. 15. num. 34. & ſeq.* vbi alios dat concordantes. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 766. num. 57. par. 4. Capic. Latro. d. deciſ. 15. num. 8. & ſeq.* & quo ad minorem *Rota in Auximana fideicommiſſi 31. Januar. 1642. coram R. P. D. Dunoz. §. reſponſum, &c. & in Romana fideicom. de Capite Ferreo. 19. Februar. 1646. coram Card. Corrado, §. quia, & ipſi &c.*

278 Declara dictam ſecundam ſubampliationem quò ad minorem, quod licet minor adeundo hæreditatem ſine beneficio Inuentarij teneatur vltra vires hæreditarias, vt ſupra, ſi tamen ex dicta aditione ſit læſus poſſit in integrum reſtitui, vt not. *Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 766. num. 59. & cap. 797. num. 20. & cap. 798. in princ. par. 4. Rol. de inuent par. 2. dict. verſ. quinto quæro, num. 1. & ſeq.* vbi plures dat concordantes, & dicit, hoc non habere locum in minore Doctore, vt ibi per eum *Phanuc. de inuent. dict. par. 2. num. 24.* vbi dicit, ita omnes tenere, *Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit. 7. nu. 10. & tit. 24. num. 3.*

num. 3. plenè *Odd. de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. *num.* 15. *verſ. ſed contra &c.* vbi dicit, quod hoc omnes admittunt, vt ibi per eum *Andreol.* & *controuerſ.* 124. *num.* 10. vbi ponit, quid ſit probandum pro læſione in dicto caſu, & *Rota in dict. Auximan. fideicommiſſ.* 31. *Ianuar.* 1642. *coram R.P.D. Dunoz.* §. *reſponſum fuit &c.* & *in dict. Romana fideic. de Capite Ferreo.* 19. *Februar.* 1646. *coram Eminentiſſ. Corrado*, §. *quia & ipſi &c.*

279 Amplia primo dictam declarationem, vt minori competat reſtitutio in integrum aduerſus aditam hæreditatem damnoſam ſine beneficio inuentarij etiam ſi habeat regreſſum contra bona tutoris, vel curatoris, vt tradunt *Odd. de reſtit. in integ. par.* 1. *quæſt.* 22. *art.* 3. *numer.* 16. *verſ. ſed breuiter, &c. Andreol. controuerſ.* 111. *num.* 7. *Rota apud Greg. XV. deciſ.* 181. *num.* 9. & *in dict. Romana fideicommiſſ. de capite Ferreo. dict.* §. *quia & ipſi &c.* & *in Bonon. fideicom. de Rubeis* 30. *Maij* 1646 *coram Eminentiſſimo Corrado*, §. *quinimo &c.* in quibus habetur eſſe in facultate minoris agendi contra Tutorem, vel Curatorem, vel petere reſtitutionem in integrum, vt ibi per eas.

280 Amplia ſecundo dictam declarationem, vt habeat locum etiam in maiore, qui ſi adiuit ſimpliciter hæreditatem, & poſt aditionem appareat adeſſe mangnum æs alienum latens, tunc ratione ignorantiæ ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa danda eſt reſtitutio in integrum etiam ipſi aduerſus aditionem in conſulti factam, vt tenent *Odd. de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 89. *numer.* 52. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 656. *num.* 7. *par.* 4. vbi teſtatur de veriori opinione & *cap* 797. *numer.* 19. *dict. par.* 4. vbi dat concordantes *Mareſcott. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 7. *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 194. & *ſeq.* quæ teſtatur de magis communi Doctor. opinione, & ita fuiſſe iudicatum in *Rota Florentina Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. decad.* 1. *in d. tract. de inuent. tit.* 24. *num* 2. *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 181. *num.* 6. & *ſeq. Add. ad Rot. deciſ.* 192. *num.* 148. & *ſeq. par.* 9. *recent. tom.* 1. *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 9. *in tit. de hæred. diſcurſ.* 12. *num.* 13. & *ſeq.* & *diſcurſ.* 29. *num.* 8. in quibus dicit, hanc ampliationem eſſe certam ceſſante ſuſpicione doli, vel fraudis, & eſſe paſſim receptam in *Rota*, & *Curia Romana*, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Rota deciſ.* 82. *num.* 4. & *ſeq. par* 9. *recent. tom* 1. & *in S. Seuerini Inuentar.* 30. *Martij* 1661. *coram R.P. D. Verоſpio*, & *deciſ.* 381. *num.* 4. *par.* 13. *recent.*

281 Quicquid contrarium ſcripſerit *Andreol. controuerſ.* 101. *per tot.* contra quem adeſt magis communis Doctorum opinio, & authoritas *Rotæ Romanæ*, de qua ſupra.

282 Quomodo verò maior tenentur probare læſionem ad obtinendam reſtitutionem aduerſus aditionem factam ſine inuentario ob magnum æs alienum latens, an debeat probare debitum excedere valorem hæreditatis, vel ſufficiat, debitum eſſe ita graue, quod afferat hæredi magnas moleſtias, & vexationes, vide *Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 89. *num.* 59. & *ſeq. Surd. conſ.* 95. *per tot. lib.* 1. *Mareſcott. variar. reſolut. lib* 2. *cap.* 98. *num.* 11. *Gratian. diſc. Forenſ. cap* 767. *num.* 51.

numer. 51. *par.* 4. *Caren. reſolut.* 178. *num.* 4. *&* *ſeq. Adden. ad Paitell. expedit.* 72. *num.* 20. *& ſeq. Poſti reſolut.* 106. *num.* 95. *Pract. Ridolph. dict. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 195. *in fin. & Rot. deciſ.* 92. *numer.* 4. *par.* 4. *recentior. tom.* 2. *& deciſ.* 381. *numer.* 4. *part.* 13. *recent.* nec non *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 181. *num.* 11. *& ſeq.*

283 Subamplia tertio dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt habeat locum non ſolum in hærede, ſed etiam in donatario hæreditatis, qui cum dicatur ſucceſſor vniuerſalis tenetur ad ſolutionem debitorum hæreditatis vltra vires hæreditarias, quicquid ſit quo ad donatarium omnium bonorum, vt voluerunt *Crauett. conſ.* 129. *num.* 5. *Caroc. deciſ.* 125. *num.* 10. *Canter. variar. reſolut. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 129. *& Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 15. de qua materia vide infra art. 17.

284 Subamplia quarto dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt hæres in dicto caſu etiam fur, & doloſus præſumatur, itaut contra eum in litem iurari poſſit, vt docent *Plot. de in litem iuran.* §. 14. *numer.* 7. *Rolan. de inuent. par. vlt. verſ. Nunquid iurari &c. per tot. & conſ.* 73. *num.* 50. *lib.* 2. *Thobia Non. conſ.* 16. *num.* 28. *Surd. deciſ.* 316. *nume.* 7. *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 15. *num.* 3. vbi alios adducit concordantes, & dicit, contrarium probari non poſſe, vt ibi per eum, *& num.* 178. vbi latè hoc comprobat, & plures dat limitationes, & hanc opinionem magis communem eſſe teſtatur *Farinacc. in fragm. crimin. par.* 2. *littera H. num.* 1. *iuncto num.* 5.

285 Contrarium tamen ſentit *Phanuc. de in litem iura. par.* 2. *num.* 24. *&* 25. & clarius *in tract. de inuent. par.* 7. *numer.* 67. *& ſeq.* vbi poſt *Fulgoſ. & Cuman.* per eum adductos probat, non eſſe verum, quod hæres ob omiſſum inuentarium præſumatur fur, & doloſus, vt ibi per eum, cum quo concordat *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 1. *num.* 26. & hanc contrariam opinionem in puncto iuris forte veriorem, dicit *Farinacc. in d. fragm. criminal. littera H. num.* 5. & idem tenet in hærede grauato reſtituere hæreditatem *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 667. *numer.* 17. *& ſeq.* benè comprobans quicquid dixerit *quæſt.* 512. *num.* 2. *& quæſt.* 618. *num.* 3.

286 Subamblia quinto dictam decimam ſextam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi creditrix ſit Eccleſia, quia etiam illi hæres ſine inuentario tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt voluerunt *Rolan. de inuent. par. vlt. verſ. ſi Eccleſia eſt creditrix &c. per tot. Couar. in cap.* 1. *num.* 14. *de teſtam. Dodac. a Spin. de inuent. numer.* 17. quem referendo ſequitur *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent tit.* 15. *num.* 24. cum quibus pertranſit *Genuen.* loquens in legato pio *pract. Eccleſ. quæſt.* 255. vbi tamen dicit, Eccleſiam debere ſe informare, & conſtito, Teſtatorem non habere alia bona non debere inquietare hæredem vltra vires, vt ibi per eum.

287 Contrariam tamen opinionem, imò Eccleſiam creditricem non poſſe cogere hæredem ſine inuentario ad ſol-

ſoluendum debitum vltra vires hæreditatis, cum Eccleſia debeat exigere eius credita ſecundum conſcientiam in cuius foro hæredem non teneri vltra vires hæreditatis probaui ſupra, numer. 273. tenuerunt *Corn. conſ. 39. num. 8. lib. 4. Phanuc. de inuent. par. 7. numer. 280.* vbi alios dat concordantes, & benè comprobat *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 34. num. 10. & ſeq. par. vr. Caluin.* qui loquitur in legato pio *de æquit. d. cap. 54. numer. 13. & Marta de ſucceſſ. legal. par. 1. quæſt. 20. art. 5. num. 18.* benè comprobans, & contrarijs reſpondens cum quibus pertranſit *Rota* loquens pariter in legato pio *deciſ. 493. num. 28. par. 4. recent. tom. 2.* pariter benè comprobans, & indeciſum relinquit *D. De luca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 9. in tit. de hæred. diſcur. 22. num. 16.*

288 Subamplia ſexto dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt habeat locum etiam in Eccleſia, quæ ſi fiat hæres alicuius tenetur ad ſolutionem debitorum illius vltra vires hæreditarias, vt voluerunt *Rolan. de inuent. part. 2. verſ. duodecimo quæritur &c. numer. 4. & ſeq. Phanuc. de inuent. par. 2. num. 2. & ſeq. Saluſt. in pract. A. C. lib. 1. cap. 45. num. 15. Fachin. controuerſ. iur. lib. 6. cap. 20. per tot.* quam ſublimitationem veriorem dicit *Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. Inuentarium, quæſt. 4. num. 8.* declarando, quod ſi Eccleſia ex dicta aditione ſit læſa poſſit in integrum reſtitui, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Rota apud Pute. deciſ. 379. lib. 1.*

289 Contrarium tamen opinionem, imo Eccleſiam non teneri vltra vires hæreditarias veriùs tenuerunt ex modernioribus; *Mangil. de imput. quæſt. 132.* vbi teſtatur de magis communi opinione pia causa instituta, *Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit. 15. num. 38. & 110. & numer. 132. Carol. de Graſſ. de eff. Ct. cleric. effect. 2. num. 252. P. Dian. in reſol. Moral. par. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 70. in fin. Anurcol. controuerſ. 124 numer. 9. Genuen. in pract. Eccleſ quæſt. 474. per tot.* vbi teſtatur de veriori opinione, & in practica magis recepta loquens in legatis, *Cancer. variar. reſol. part. 1. cap. 2. num. 7. & par. 3. cap. 2. num. 81. Ciriac. controuerſ. 663. numer. 13. tom. 4.* plenè *Capic. Latro. deciſ. 15. numer. 10. & ſeq.* vbi dicit, ita eſſe tenendum, & ibi *Adden. poſt princ.* dicentes in omnem caſum Eccleſiæ competere reſtitutionem in integrum aduerſus aditionem, ſi ſit læſa, vt ibi per eos, *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. tit. 6. quæſt. 3. num. 10.* vbi teſtatur de receptiori opinione, & dicit, hoc habere locum tam in Eccleſia, quam in alia qualibet pia cauſa, vt ibi per eum, *Sperell. deciſ. 135 numer. 20. Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 18. Paul. Rube. de teſtam. capit. 1. num. 71. & ſeq.* cum quibus pertranſit *Rota deciſ. 184. num. 19. & ſeq. par. 9. recent.* ſecus eſſe dicens, ſi factum fuerit inuentarium, & Eccleſia noluerit illud exhibere, vt ibi per eam.

290 Subamplia ſeptimo dictam decimam ſextam ampliationem, vt habeat locum etiam in Clerico, qui ſi fiat hæres alicuius tenetur ſoluere illius debita vltra vires hæreditarias, vt tradunt *Marant diſput. 8. numer. 21.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum

ctorum opinione, *Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit.* 15. *num.* 39. nec non *Rolan. de inuent. par.* 2. *verſic. Decimo ſexto quid in clerico &c. Phanuc. de inuent. par.* 2. *num.* 2. *in fin.* dicens, hanc concluſionem procedere ſine dubio *Sperell. deciſ.* 135. *num.* 21. vbi dicit, Clericum inſtitutum hæredem non intuitu Eccleſiæ, ſed ex propria perſona teneri vltra vires hæreditarias, vt ibi per eum *par.* 2. *Capic. Latro d. deciſ.* 15. *num.* 11. 15. *& num.* 20. *par.* 1. & quando Clericus eſt inſtitutus hæres intuitu propriæ perſonæ ſecus ſi intuitu Eccleſiæ firmat *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 9. *in tit. de hared. diſcurſ.* 22. *num.* 11. *& ſeq.* dicens hanc opinionem eſſe omninò veriorem.

291 Quicquid contrarium ſcripſerint *Duard. ad Bull. Cænæ, lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 17. *num.* 8. *& Marta de iuriſd. par.* 4 *cent.* 1. *concluſ.* 75. *num.* 5. quos refert, & ſequitur *P. Dian. reſolut. moral. par.* 1. *de immun. Eccleſ. reſolut.* 70. *in princ.* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

292 Subamplia octauo dictam decimam ſextam ampliationem, vt habeat locum etiam in milite, qui adeundo hæreditatem defuncti tenetur ſoluere debita illius vltra vires hęreditarias, vt tradunt *Bald. Caſtr. Corn. Iaſ. & alij in dict. l. fin. C. de iur. delib. Rolan. de inuent. par.* 2. *verſ. quarto quæro &c.* vbi dicit, hanc eſſe veritatem, & plures dat concordantes, *Phanuc. de inuent. par.* 2. *in prin. & Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 15. *num.* 25. vbi alios refert ita ſentientes.

293 Subamplia nono dictam decimam ſextam ampliationem, vt habeat locum etiam in muliere, & ruſtico, qui adeundo hæreditatem obligantur ad ſoluenda onera hæreditaria etiam vltra vires hæreditatis, vt docent *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 7. *num.* 27. *&* 30. *& tit.* 15. *num.* 32. *Phanuc. de inuent. par.* 2. 20. *Farinac. in fragm. crim. littera H. numer.* 10. *Odd. de reſt. in integr. quæſt.* 9. *artic.* 4. *num.* 22. *Ciriac. controuer.* 244. *numer.* 19. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 281. *num.* 18. *Andreol. controuerſ.* 101. *num.* 16. & admittit *Rota deciſ.* 72. *numer.* 16. *par.* 2. *recent.*

294 Cum mulieri, & ruſtico non ſuccurratur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt not. *Surd. deciſ.* 237. *num.* 7. *Odd. de reſtit. dict. quæſt.* 9. *art.* 8. *per tot.* vbi teſtatur de communi opinione loquens quo ad ruſticos, *& quæſt.* 10. *art.* 5. loquens quo ad mulieres, *Farinacc. de pæn. temper. quæſt.* 98. *num.* 11. *&* 54. vbi quamplures adducit more ſuo ſectatores, *Coſta de ration. ratæ quæſt.* 94. *num.* 4. *& Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 604. *num.* 11. *par.* 4.

295 Et præcipuè eis non ſuccurritur in ijs quæ pertinent ad rigorem iuris conſeruandum, vt in hoc caſu, vt docent *Phanuc. de inuent. dict. part.* 2. *num* 20. *Farinacc. de pæn. temper. dict. quæſt.* 98. *num.* 40. niſi agatur de pæna, vt ibi per eum *Odd. de reſtit. dict. quæſt.* 9. *art.* 4. *num.* 14 *Gratian. dict. cap.* 604. *num.* 17. *Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 281. *num.* 17. dicens, mulieribus, & ruſticis non ſuccurri ob ignorantiam in his quæ firmæ obſeruantiam reſpiciunt, & ſentit *Rota dict. deciſ.* 72. *numer.* 16. *part.* 2. *diuerſorum.*

296 Limita dictam nonam ſubampliationem, vt non habeat locum quando

do mulier, & ruſticus non potuerunt conſulere peritiores, quia tunc eſſent in integrum reſtituendi ex edicto maiorum *ſi qua mihi iuſtà cauſa*, vt declarant *Rolan. de inuent. par. 2. verſ. Octauo quæritur, num. 1. & verſ. decimo quæro, num. 5. Phanuc. de inuent. par. 2. numer. 21.* vbi dicit, hanc partem eſſe æquiorem, licet aliquos contrarium tenentes referat, *Mangil. de imput. quæſt. 132. in fin. & Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 7. numer. 29 & tit. 15. num. 3.* nec non *Odd. de reſtit. dict. quæſt. 10. art. 8. numer. 61.* vbi dicit, ita omninò eſſe tenendum, *& art. ſeq.* pariter declarat quando dicatur quis potuiſſe conſulere peritiores, vel non, ipſum conſulas.

297 Subamplia decimo dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt habeat locum etiam ſi cohæres adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia ad hic ipſe pro eius rata tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, cum inuentarium confectum ab vno hærede non proſit alteri, niſi illud factum fuerit nomine omnium, ſi hoc illi conceſſerint, vel mandauerint, vt tradunt *Rolan. de inuent. par. 2. verſ. ſecundo quæro &c. Phanuc. de inuent. par. 2. numer. 58. Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. Inuentarium, quæſt. 4. num. 12. & Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 7. num. 3. & tit. 14. num. 1. & ſeq.* Et quod ſi hæreditas delata ſit duobus fratribus, quorum vnus ſit abſens, & alter adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij nomine ipſius, & fratris abſentis quod dicta aditio iuuet etiam abſentem ſequta eius ratificatione, etiam ſi ſit facta poſt elapſum tempus ad conficiendum Inuentarium, voluit *Bero. quæſt. 64. per tot.* ad quem ſe refert *Andreol. controuerſ. 198. num. 9.* declarando vt per *Coſt. de retrotract. cap. 7. num. 13. 14. & ſeq.*

298 Subamplia vndecimo dictam decimam ſextam ampliationem, vt habeat locum etiam in fiſco, qui ſi alicui ſuccedat vti hæres, & iure hæreditario capiat hæreditatem, tenetur ſoluere illius debita vltra vires hæreditarias, vt ſcripſerunt *Rolan. de inuent. par. 2. verſ. vndecimo quæro, numer. 6.* vbi teſtatur de communi opinione *Phanuc. de inuent. par. 2. num. 7.* alios referens concordantes *Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. Inuentarium, quæſt. 4. numer. 7.* cum quibus pertranſeunt *Fachin. controuerſ. iur. lib. 6. cap. 21. per tot.* vbi omnibus contrarijs reſpondet *Farinacc. in addit. ad quæſt. 25. ſub numer. 185. & Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 7. numer. 33. & ſeq.* vbi dicit, quod ſi hæreditas adita per fiſcum ſit damnoſa ei competit reſtitutio in integrum, vt ibi per eum, & hanc opinionem magis communem eſſe teſtatur *Moſſ.n. de confiſc. bonor. quæſt. 35. numer 37.* & dixi *Ego in reſol. crim. in verſ. fiſcus reſolut. 2. numer. 16.*

299 Fiſcus enim vtitur iure priuati, & non eſt priuilegiatus, niſi in caſibus a iure expreſſis, *l. 1. & ibi Cin. C. de petit. hæred. l. quod placuit, 37. ff. de iure fiſc. l. iuſtas, 6. C. de iur. fiſc. lib. 10.* cum ſimil. & not. *Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 1. num. 1. Farinacc. in fragm. crim. littera F. num. 150. & ſeq. & Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 580. numer. 20. par. 3.* In hoc verò caſu fiſcus non ſolum non

non reperitur ſpecialiter priuilegiatus, imo reperitur diſpoſitum contrarium in §. *fin. auth. de hæred. & falci.* vbi habetur, legem illam de inuentario loquentem omnibus perſonis communem eſſe, ſiuè ſit perſona priuata, ſiuè militaris, ſiuè Sacerdotalis, ſiuè Imperialis, ſeu alterius cuiuſlibet, vti aduertit *Fachin. contruerſ. iur. lib. 6. dict. cap. 21. verſ. cæterum &c.* vbi contrarijs allegatis per *Peregr.* benè ſatisfacit.

300 Quicquid contrarium imò fiſcum hæredem non teneri ad ſoluendum debita hæreditaria vltra vires, tenuerint *Bart. in l. 1. §. an bona, ff. de iure fiſci Bald. in l. etiam, 3. verſ quæro an fiſcus &c. C. ad leg. falci.* & alij quos refert, & ſequitur *Peregr. de iure fiſc. lib. 4. tit. 1. num. 3.* vbi dicit, hanc ei videri veriorem opinionem, contra quos adeſt verior, & magis communis opinio de qua ſupra.

301 Declara dictam vndecimam ſubampliationem, vt habeat locum quando fiſcus ſuccedit alicui vti hæres, ſecus tamen eſt ſi ſuccedat vti bonorum ſucceſſor, vt quia bona ſint vacantia, vel quia ei obuenerint ex delicto ob confiſcationem, quia tunc cum fiſcus non ſit propriè hæres, ſed poſſeſſor non tenetur vltra vires bonorum etiam non confecto inuentario, vt declarant *Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſt. 78. verſ. vnum ſcias &c. & ibi Baiar. numer. 167. Peregr. de iure fiſc. lib. 5 tit. 1. numer. 64. Fariniacc. de delict. & pæn. quæſt. 25. numer. 185. Honded. conſ. 38. numer. 49. vol. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, benè *Maſsin.* more ſuo *de confiſc. bonor. dict. quæſt. 35. num. 36. & ſeq.* & dixi etiam *Ego in Reſol. crimin. in verbo fiſcus, reſolut. 2. num. 13. & 14.* addo *Alph. ab Olea de ceſsion. iur. tit. 3. quæſt. 9. num. 35.*

302 Hæredes enim anomali, qualis eſt fiſcus in dicto caſu, Monaſterium ſuccedens Monaco, & ſimiles non tenentur vltra vires hæreditarias, licet non confecerint inuentarium, vt adnotarunt *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 16. num. 6. P. Sanch. in præcept. Decal. lib. 7. cap. 12. num. 33. & Alph. ab Olea de ceſsion. iur. titul. 3. quæſt. 9. num. 35.*

303 Amplia dictam declarationem vt habeat locum etiam in aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus capientibus bona damnatorum ex beneficio auth. bona damnatorum, C. de bon. damnat. qui vti ſuccedentes non vti hæredes condemnati, ſed ex beneficio Imperatoris non tenentur creditoribus condemnati vltra vires bonorum, vt poſt *Bar. Tigrin. & Salic.* per eum relatos firmat *Peregr. de iure fiſc. lib. 5. titul. 1. numer. 5.*

304 Subamplia duodecimò dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt habeat locum in Rege, in Principe, in Patre, in Tutore adeuntibus hæreditatem nomine pupilli, & in quampluribus alijs perſonis, quæ latè recenſentur per *Socc. Sen. regul. 170. per tot. per Rolan. de inuent. par. 2. per tot. per Phanuc. in eodem tract. par. 2. per tot. & per Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 7 & tit. 15. per tot.* quæ ne longior ſim quam par ſit, & ne integrum tractatum de hac materia facere videar, videas per eos in locis ſupra proximè adductis.

305 Limita primo dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt non habeat locum quando ipſe adit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quia tunc tenetur ſolum illa ſoluere vſque ad quantitatem bonorum hæreditariorum, & non vltra de proprio, *l. fin.* §. *& ſi præfatam*, & ibi hoc not. communiter Doctor. *C. de iur. delib.* & vltra eos *Surd. deciſ.* 216. *numer.* 31. *& ſeq. Mangil. de euict. quæſt.* 50. *num.* 6. *& ſeq.* vbi hoc ampliat etiamſi agatur de cauſa dotis, vt ibi per eum, *Gratian. d. ſcept. Forenſ. cap.* 116 *numer.* 17. *par.* 1. *& cap* 660. *numer.* 26. *par.* 4. *Ciriac. controuer.* 648. *numer.* 6. *& controuerſ.* 660. *numer.* 13. *Caluin. de æquit. cap.* 54. *num.* 3. *lib* 1. *& cap.* 181. *num.* 14. *lib.* 2 *& Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 181. *numer.* 8. *& apud Merlin. de legitt. deciſ.* 8. *numer.* 24. *& deciſ.* 324. *num.* 9 *par.* 9. *recent. & deciſ.* 303. *numer.* 21. *par.* 13. *recent. & deciſ.* 272. *num.* 1. *& deciſ.* 313. *num.* 5. *part.* 14. *recent.* & alibi paſſim.

306 Inuentarij enim beneficium conſtituit hæredem in ſtatu, ac ſi non adiuiſſet hæreditatem, *d. l. fin.* §. *& ſi præfatam, & ibi hoc not. Doctor. communiter, C. de iur. delib. Surd. conſ.* 305. *num.* 10. *lib.* 3. *Gratian diſcept. Forenſ. cap.* 998. *num.* 2. *par.* 5. *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 30. *Rota deciſ.* 461. *num* 10. *par.* 6. *recent.*

307 Et operatur, quod cenſeatur hæreditas iacens, vt not. *Rolan. conſ.* 63. *num.* 56. *lib.* 4. *Surd. deciſ.* 92. *num.* 5. *& deciſ.* 310. *num.* 5. *Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.* 9. *gloſ.* 5. *num.* 28. *Balth. Tomaſ. de inuent. tit.* 13. *num.* 2. vbi dat concordates, & præſeruat perſonam hæredis, & eius bona ab hærditate diſtincta, *Rota deciſ.* 30. *numer.* 45. *par.* 10. *recentior.*

308 Et facit quod hæres nullum penitus damnum ſentire debeat, *d. l. fin.* §. *& ſi præfatam, &* §. *licentiam, C. de iure delib.* & latè exornant *Surd. conſ.* 7. *n.* 31. *lib.* 1. *Ciriac. contr.* 326. *nu.* 19. *& contr.* 528 *n.* 27. liberando eum etiam a vexationibus facti, vt aduertunt *Rolan. de inuent. par.* 4. *verſ. hæres confecto inuent. n.* 4 *Gratia. diſc For. d. cap.* 116. *num.* 17. *par.* 1. *& Ciriac. d. contr.* 326. *num.* 27. *& contr.* 498. *num.* 56. vbi dat concordantes quamplures, *& Rota apud Duran. deciſ.* 1. *num.* 32.

309 Cum hæres ſtante beneficio inuentarij habeatur pro abſtinente, vt notant *Giurb. deciſ.* 43. *ſub num.* 25. *Andreol. contr.* 3. *nu.* 28. qui dat concordantes, & non dicatur propriè hæres, ſed adminiſtrator hæreditatis ex deductis per *Salgad. in laberint. creditor. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 20. *& ſequen.* & probat *D. Deluca in Theat. veritat. & iuſtit. tom.* 9. *in tit. de hæred. diſcur.* 25. *numer* 10.

310 Amplia primò dictam primam limitationem, vt habeat locum etiam in hærede hæredis, qui gaudet beneficio inuentarij confecti a primo hærede, itaut illius vigore non teneatur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias ſicuti non tenebatur primus hæres, cui ipſe ſucceſſit, vt tradit *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 9. *numer* 152. *Tomaſ. de inuent. titul.* 15. *numer.* 65.

311 Amplia ſecundo dictam primam limitationem, quòd hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias,

vt habeat locum etiam ſi agatur de debito dotis, cum in hoc caſu dos non reperiatur ſpecialiter priuilegiata, vt tradit *Rota deciſ.303. in fin. par. 13.recen.* & viduam cogi poſſe ad accipiendum bona in ſolutum pro credito dotali ob dictam rationem ab hærede beneficiato, reſpondit eadem *Rota apud Duran. deciſ.1.num.26.* quæ dat concordantes.

312 Amplia tertio dictam primam limitationem, vt habeat locum etiam ſi bona hæreditaria poſt aditam hæreditatem ſine eius culpa perierint, aut diminuta ſint, quia adhuc hæres beneficiatus pro dictis bonis diminutis, vel peremptis non tenetur ſoluere de proprio, ſed damnum cedere debet in præiudicium creditorum, cum inuentarij beneficium debeat hæredem præſeruare ab omni prorſus damno, vt voluerunt *Bart. Iaſ. Salic. & Corn. in dict. leg. fin. §. & ſi præfatam, C. de iure delib.* & poſt *Aug. Guid. Pap. & Porcelli.* per eum adductos *Phanuc. de inuent. part. 3. numer. 39. verſ. de iure autem nouo &c.* vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, prout facit *Ripa in leg. ſi is qui quadringenta, 79. poſt numer. 9. ff. ad Trebell.* licet ipſe contrarium ſentiat, & hanc eſſe æquiorem opinionem fatetur *Caſtren. in leg. in ratione, 30. §. diligenter, ff. ad leg. falcid.* quam ſequitur licet ſubobſcurè *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tractat. de inuentar. titul. 13. numer. 102.* nec non *Fachin. controuerſ. iur. lib. 6. capit. 30. per tot. Coſta remed. ſubſid. 39. illat. 1. numer. 7. Antonell. te tempor. legal. lib. 1. cap. 68. numer. 14. & Rota deciſ. 304. in fin. part. 5. recentiorum*, cum qua vti æquior ego ſemper pertranſirem; licet *Peregr. de fideicom. art. 49. in fin.* voluerit illam diffinire, dicens, vidiſſe pro vtraque parte iudicari, vt ibi per eum.

313 Licet contrarium tenuerint *Caſtr. in dict. l. in ratione, 30. §. diligenter, ff. ad leg. falcid. Ripa in dict. l. is qui quadringenta, 79. poſt numer. 9. ff. ad trebell.* vbi hanc partem dicit veriorem, quam ſequuntur *Rolan. de inuent. part. 4. verſ. ſexta vtilitas ſub numer. 1.* qui pariter teſtatur de veriori *Fachin.* ſibi contrarius *controuerſ. iur. lib. 12. cap. 75. per tot.* latè comprobans, in quam inclinat *Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 165. numer. 16. & ſeq. part. 1.* loquens quo ad legatarios, cum quibus pertranſit *Rota in Roman. cenſus, 3. Decembr. 1635. coram Veroſpio, §. neque poterant cum §. ſeq.* vbi loquitur quo ad mobilia, quibus hæres non poteſt vti in præiudicium creditorum, ſed tenetur illa vendere, vt ibi per eam.

314 Limita dictam tertiam ampliationem, vt non habeat locum ſi damnum ſuperueniat in rebus hæreditarijs poſtquam hæres eſt in mora ſatisfaciendi creditoribus quia tunc damnum ei imputatur, ita vt teneatur illis ſoluere iuxta vires hæreditarias exiſtentes tempore aditionis hæreditatis, vt poſt *Abb. & Montic.* per eum relatos tradit *Phanuc. de inuentar. part. 3. numer. 40.* & poſt eum *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. titul. 13. numer. 105. & Rota in dict. Romana cenſus, 3. Decembr. 1635. coram Veroſpio.*

315 Amplia quarto dictam primam limitationem, quod hæres non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hære-

hæreditarias quando hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarij, quod hæres in dicto caſu habeat intentionem fundatam in inuentario, itaut ei ſufficiat dicere, non adeſſe alia bona in hæreditate, in tantum vt contrarium allegans teneatur id probare, vt tradunt *Doct. in dict. l. fin. §. licentiam, C. de iure delib.* nec non *Rolan. de inuent. par. 4. verſ. hæres cum inuent. per tot.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe communem, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, *Maſcard. de probat. concluſ. 205. per tot. lib. 1. & concluſ. 852. num. 1. & ſeq. lib. 2.* vbi in fine dicit, quod hæres ad inſtantiam creditorum cogi poteſt ad iurandum, quod non adſunt alia bona in hæreditate, vt ibi per eùm, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 495. num. 14. & cap. 570. numer. 19. par. 3. & cap. 998. num. 3. par. 5. Giurb. ad conſuet. Meſſan. d. cap. 9. gloſ. 5. numer. 28. & D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. de hærede, diſcurſ. 17 numer. 12.* declarans, dumodo Inuentarium ſit legittime confectum, alias ſecus, cum quibus pertranſit *Rota deciſ. 449. numer. 3. & deciſ. 800. numer. 18. & deciſ. 690. num. 5. par. 1. diuerſ. & deciſ. 607. num. 1. par. 1. recent. & deciſ. 44. num 5. par. 9. recent. tom. 1. & deciſ. 470. num. 5. d. par. 9. tom. 2.*

316 Quicquid contrarium tenuerint *Imol. Roma. Alex. Caſtr. Aret. Corn. Marta, Soci.* & alij, quos refert *Maſcar. d. concl. 205. num. 1. verſ. contrarium &c.* contra quos adeſt magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

317 Amplia quinto dictam primam limitationem, vt habeat locum etiam ſi hæres adeat hæreditatem abſquè proteſtatione de inuentario conficiendo, quia ſi poſtea illud intra legittima tempora conficiat, adhuc eo gaudere debet, vt non teneatur ſoluere debita creditoribus vltra vires hæreditarias, vt docent *Rolan. de inuent. par. 4. verſ. beneficium Inuentarij per tot. Phanuc. de inuent. in præfat. num. 23. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis recepta opinione; *Ciriac. controuerſ. 127. numer. 10. Pract. Ridolph. lib. 1. cap. 9. numer. 32. & ſeq. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. numer. 27. in fin.* latè *Adden. ad Rot. deciſ. 192. num. 76. & ſeq. par. 9. recentior. tom. 1. & Rota deciſ. 197. numer. 12. par. 10. recent.*

318 Quicquid contrarium ſcripſerint *Ang. Alex. de Neuo, Dec.* & alij relati per *Phanuc. de inuent. in præfat. numer. 24.* contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

319 Amplia ſexto dictam primam limitationem, vt hæres conuentus, & condemnatus ad ſoluenda debita defuncti poſſit opponere de beneficio inuentarij etiam poſt ſententiam ad tex. in l. ex diuerſo, 18. §. ſi in iudicio, & ibi *Bart. Ang. Bald. Alex. Iaſ. & alij, ff. ſolut. matrim.* nec non *Rolan. de inuent. par. vlt. verſ. exceptio inuentarij &c. nu. 2. verſ. contrarium tenet &c. Phanuc. de inuent. par. 8. num. 3.* vbi dicit, ita omnes tenere, & hanc opinionem habere locum tam in iudicio ordinario, quam executiuo, & ſummario, vt ibi per eum, *Gratia. diſcep. Foren. cap. 495. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe ab omnibus approbatam *par. 3. & capit. 660. num. 27. & ſeq. par. 4. Surd. deciſ. 332. in princ. & ibi Hodier. num. 1. Andr. contr. 242. n. 14. Cir. contr. 498. n. 69. & Salg.* in

In laberint. credit. par. 3. cap. 1. num. 87.

320 Exceptio enim, quæ non impugnat ſententiam, ſed cum illa ſe compatitur, & tantum illa modificat non prohibetur opponi contra ſententiam, vt tradunt *Bar. Bald. Salic. & Iaſ. in l. 1. C. de iur. & fact. ſcien. & ignor.* & vltra *Doctor. ſupra adductos* firmant *Scapuc. de Saluian. lib. 2. quæſt. 3. num. 4. Surd. conſ. 268. num. 27. lib. 2. Andreol. contr. 56. num. 40. Nigr. de except. cap. 15. num. 27. & ſeq. & Rot. deciſ. 280. num. 2. par. 4. diuerſ.*

321 Exceptio verò inuentarij non impugnat ſententiam quò ad condemnationem factam, cum illa non neget, quin verè tot debeantur, quot ſententia continet, ſed negat, tot bona in hæreditate reperiri, cum quibus ſatisfieri poſſit creditori, & ſic illam tantumodo modificat quo ad executionem, ne hæres in plus teneatur, vt declarant *Rolan. de inuent. in d. verſ. exceptio inuent. num. 5. Phanuc. de inuent. dict. part. 8. numer. 3. verſ. Itemquè &c. Gratian. d. cap. 495. in prin. Gargiar. Iun. conſ. 48. num. 7. & ſeq. lib. 1.* & alij Doctores ſupra in ampliatione adducti, addo *Capic. Latr. deciſ. 96. in princ. lib. 1.*

322 Licet contrarium, imò dictam exceptionem inuentarij admitti non poſſe poſt ſententiam ſenſerint *Bald. in l. ab executione, 5. num 15. C. quor. appell. non recip. Caſtr. & Imol. in l. ex diuerſo, 18. §. ſi in iudicio, ff. ſolut. matrim. Surd. deciſ. 332. per tot.* quando executio eſt conſumata, & aliæ ſunt factæ monitiones, vt ibi per eum, & idem ſentit in dicto caſu *Gratian. diſcep. Forenſ. dict. cap. 495. num. 23. & ſeq.*

323 Limita primo dict. ſextam ampliationem, vt non habeat locum quando hæredi fuit aſſignatus terminus ad proponendum ſuas exceptiones dilatorias, peremptorias, & anomalas, quia tunc ei non licet poſt ſententiam opponere de beneficio inuentarij, vt declarant *Rolan. de inuent. par. 5. verſ. exceptio Inuent. num. 6. Phanuc. de inuent. d. par. 8. num. 7. Gratian. d. cap. 495. num. 17. & ſeq. Surd. d. deciſ. 332. num. 3. & ibi Hodiern. num. 3. Gargiar. Iun. d. conſ. 48. numer. 12. & Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 16. numer. 4.* bene *Andreol. controuerſ. 242. num. 16.*

324 Limita ſecundo dictam ampliationem, vt non habeat locum quando ante ſententiam dicta exceptio inuentarij per hæredem fuit appoſita, & per Iudicem fuit reiecta, quia tunc amplius per eum opponi non poteſt, vt tradunt *Rolan. de inuent. in dict. verſ. exceptio Inuent. numer. 7. Phanuc. de inuent. par. 8. numer. 8.* vbi declarat, quando exceptio dicatur reiecta per Iudicem, *Gratian. dict. cap. 495. numer. 9. & ſeq.* vbi dicit, non ſufficere quod exceptio inuentarij ſit ſimpliciter propoſita, ſed requiri, quod ſuper illa fuerit cognitum, & per Iudicem fuerit reprobata, vt ibi per eum, *& cap. it. 660. numer. 28. & Balth. Tomaſ in d. tract. de inuent. tit. 16. numer. 5.* vbi pariter declarat, quando dicta exceptio dicatur reprobata, & alia ad materiam refert, quæ ne ex aliena ſegete agrum noſtrum fertiliorem reddere videamur, non refero, addo tamen *Andreol. dict. controuer. 242. num. 15.*

325 Amplia ſeptimo dictam primam limitationem, quod hæres qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuen-

uentarij non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt pendente tempore trium menſium, vel anni quando tota hæreditas, vel maior pars illius eſt extra domicilium hæredis ad conficiendum inuentarium iuxta diſpoſitionem *tex. in dict. l. fin. §. ex omnibus, C. de iure delib.* hæres non teneatur ſoluere debita defuncti neque de bonis hæreditarijs, *dict. l. fin. §. donec, & ibi not. Bart. Salic. Alex. Iaſ. & alij, C. de iure delib.* & vltra eos *Surd. conſil. 2. numer. 36. lib. 1. Phanuc. de inuent. par. 4. numer. 1. & ſeq. Adden. ad Pattell. expedit. ciuil. 72. numer. 48. Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 13. numer. 63.* vbi concordantes *Ciriac. controuer. 498. num. 37. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. num. 6. & ſeq.* vbi videtur id concedere creditoribus, ſecus autem legatarijs, licet poſtea videatur pertranſire cum opinione prædicta, *Paul. Rube. de teſtam. cap. 62. numer. 60. & ſeq. Andreol. controuer. 198. in princ. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. numer. 4.* vbi dicit, dictam exceptionem vti dilatoriam ante litem conteſtatam eſſe opponendam, vt ibi per eum, plenè *Adden. ad Rot. deciſ. 192. num. 1. & ſeq. par. 9. recent. tom. 1. & num. 86.* vbi dicunt, in hoc ſupponi, quod hæres adierit hæreditatem, & quod dicta ampliatio habet locum etiam ſi hæreditas ſit oppulenta, vt ibi per eos, cum quibus pertranſeunt etiam *Adden. ad Capic. Latr. deciſ. 96. num. 14. & Pract. Ridolph. lib. 1. cap. 9. num. 37. & ſeq.* vbi requirit oppoſitionem hæredes de dicto beneficio.

326 Subamplia dictam ſeptimam ampliationem, vt non ſolum hæres non teneatur ſoluere debita defuncti, nec pro eis valeat moleſtari pendente termino ad conficiendum inuentarium conceſſo vt ſupra, ſi hæres illud conficiat, ſed etiam ſi illud non conficiat, ſi ſit infra nouem dies a morte defuncti, *§. meminimus, & ibi Bart. in ſumm. Auth. vt cum de appell. cogno. auth. ſed neque, C. de ſepul. viola.* & docent *Aſin. in pract. §. 31. ampl. 4. fe tot* vbi dat concordantes, *Graſſ. de except. except. 3. num. 25. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 18. num. 54. & ſeq. par. 1.* vbi quamplures adducit, & dicit, tempus nouem dierum luctus currere de momento ad momentum, & illud habere locum etiam in tempore nuptiarum, vt ibi per eum, & videtur ſentire *Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. num. 6. & ſeq.* plenè *Adden. ad Rota dict. deciſ. 192. numer. 17. & ſeq. par. 9. recentior. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 4. & Adden. ad Capic. Latro. dict. deciſ. 96. num. 14. tom. 1.*

327 Subamplia ſecundo dictam ſeptimam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi creditor habeat executionem paratam vigore Statuti, vel Obligationis Cameralis, quia pendente dict. termino ad conficiendum inuentarium conceſſo non poteſt petere executionem contra dict. hæredem, & illum ad ſoluendum compellere vt not. *Rolan. de inuen. par. 4. verſ. quarta eſt vtilitas, num. 2. & 3. Phanuc. de inuent. par. 4. num. 15.* vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi executio eſſet iam relaxata contra defunctum, vt ibi per eum reprobantem *Affict.* contrarium tenentem, cum quo concordat *Giurb. ad Conſuet. Meſſanen. d. cap. 9. gloſ. 5. num. 8.*

Gratian. diſcept. Foren. d. cap. 495. *numer.* 3. *par.* 3. *& Ciriac. dict. controuerſ.* 498. *numer.* 39. alios adducens ita ſentientes, nec non *Paul. Rube. de teſtam. dict. cap.* 62. *num.* 60. *& ſeq.*

328 Subamplia tertio dictam quintam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi per Iudicem dictus tempus ad conficiendum inuentarium conceſſum coanguſtaretur, quia adhuc hæres non tenetur ſoluere creditoribus, niſi toto tempore elapſo, cum Iudex non habeat facultatem dictus tempus reſtringendi, vt tradunt *Adrian. Neguſ. reſpo.* 278. *numer.* 7. *Ciriac.* qui illum referendo ſequitur *controuerſ.* 498. *num.* 48. & ante eum *Craſſ. de ſucceſſ. in dict. art. Inuentarium, quæſt.* 5. *numer.* 4. *Balthaſ. Thomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 8. *num.* 10. *&* 30. qui refert ita tenentem *Valaſc. deciſ.* 52. *numer.* 9. de magis communi opinione atteſtantem, *Phanuc. de inuent. par.* 1. *numer.* 30. *& ſeq.* alios referens concordantes, & rationibus in contrarium adductis reſpondens, cum quibus pertranſit *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 8.

329 Quicquid contrarium tenuerint *Bart. Alex. & alij in l.* 2. *ff. de re iudic. Felin. in cap. cum ſit,* 5. *in princip. de appell. Capell. Tholoſ. deciſ.* 197. *& ibi Aufrer. Afflict. & Natt.* relati per *Phanuc. de inuent. dict. part.* 1. *numer.* 30. Et quicquid ſit, quò ad Teſtatorem, quem poſſe dictum terminum ad adeundum hæreditatem conceſſam reſtringere poſt *Aret. Iaſ. & Rip.* per eum relatos dicit *Peregr. de fideic. art.* 11. *num.* 74.

330 Limita primo dictam ſeptimam ampliationem, quod hæres non tenetur ſoluere debita defuncti pendente termino ad conficiendum inuentarium neque de bonis hæreditarijs, vt non habeat locum ſi hęres citiùs tempore ei conceſſo a lege inuentarium perfuerit, quia tunc cum dicatur finita cauſa dilationis, ceſſare etiam debeat ipſa dilatio, ita vt poſſit a creditoribus conueniri, & teneatur illis ſoluere, vt voluerunt *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. titul.* 13. *numer.* 78. vbi dat concordantes quamplures, *Ciriac. dict. controuerſ.* 498. *numer.* 46. *Cancer. variar. reſol. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 134. *Adden. ad Rot. dict. deciſ.* 192. *num.* 55. *& ſeq. par.* 9. *recent. Giurb. ad Conſuet. Meſſanen. d. cap.* 9. *gloſ.* 5. *numer.* 16. *Paul. Rub. de teſtam. dict. cap.* 62. *numer.* 74. *& Antonell. de tempor. legal. dict. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 6.

331 Licet hæres hoc non cogatur facere, ſed habeat totum illud tempus ei a lege conceſſum, vndè Doctores, ne ipſe queat interim conueniri a creditoribus, & ne cogatur ſoluere dant ei cautelam, vt inuentarij confectionem protrahant vſque ad vltimam diem ei vt ſupra conceſſam, vt docent *Cæpoll. cautel.* 224. *Phanuc. de inuent. dict. par.* 4. *ſub numer.* 16. *Ciriac. dict. controuer.* 498. *num.* 47. *& Adden. ad Rot. dict. deciſ.* 192. *numer.* 72. *par* 9. *rec. tom.* 1.

332 Limita ſecundo dictam ſeptimam ampliationem, vt non habeat locum quando hæres beneficiatus conuenitur ex noua prouiſione per eum facta creditoribus poſt hæreditatis aditionem, quia tunc cum conueniatur ex noua cauſa, non autem ex cauſa hæreditaria, quæ dicitur extincta per nouam promiſſionem, quod quando verum ſit dicemus infra num.

ideo

ideo poteſt conueniri, & ad ſoluendum compelli, licet duret tempus conficiendi inuentarium, vt not. *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. dict. cap. 9. gloſ. 5 numer. 21. Phanuc. de inuent. par. 6. numer. 10. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 3. numer. 52. & tit. 8. quæſt. 22. num. 33. & conſ. 298. numer. 19. vol. 2. & Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 6. circa medium.*

333 Limita tertio dictam ſeptimam ampliationem, vt non habeat locum in hærede conuento ad reſtituendum vſuras per defunctum extortas, quia tunc poteſt coueniri ad ſoluendum, & adſtringi etiam pendente termino ad conficiendum Inuentarium, ne anima defuncti ob dictam moram interim euicietur in alio ſeculo, vt adnotarunt ex Moderníoribus *Phanuc. de inuent. par. 4. numer. 7.* vbi dicit, hoc habere locum etiam quando hæres conuenitur pro diſpoſitis ad exonerationem conſcientiæ animæ Teſtatoris, cum anima cunctis rebus ſit præferenda, vt ibi per eum, *Pract. Ridolph. lib. 1. cap. 9. numer. 40. Giurb ad Conſuet. Meſſanen. cap. 9. gloſ. 5. numer. 13.* vbi loquitur quò ad reſtitutionem rerum ablatarum, *Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. numer. 6,* vbi hoc extendit ad legittimam, & ad relicta ad piam cauſam, vt ibi per eum *Andreol. controuer. 198. num. 2.* & pro legatis pijs *Paul. Rub. de teſtam. cap. 62. numer. 85. & Rota deciſ. 773. num. 7. par. 2. recentior.*

334 Licet enim hæres non teneatur ſoluere vſuras promiſſas per defunctum etiam cum iuramento, vt ſcripſerunt *Io: Andr. Imol. Hoſtien. & alij Canoniſtæ in cap. veritatis, 14. de iureiur. Honded. conſ. 17. in fin. lib. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 14. numer. 18. & 19. par. 1. & Leotar. de vſur. quæſt. 99. num. 11.* vbi dicit, hoc procedere etiam non petita abſolutione à iuramento, cum iuramentum promiſſionem vſurarum non confirmet, vt ibi per eum.

335 Tenetur tamen reſtituere vſuras extortas per defunctum, cum teneatur illius conſcientiam exonerare, *cap. tua nos, 9. & ibi Abb. de vſur. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 3. numer. 7.* vbi teſtatur de communi opinione, *Honded. conſ. 31. numer. 26. vol. 1. Farinacc. de inquiſ. quæſt. 10. num. 66.* alios adducens concordantes, *Surd. conſ. 425. num. 51. lib. 3.* plenè *Leotar. de vſur. quæſt. 94. num. 7. 8. & ſeqq.* vbi hoc latè comprobat, & pluribus ampliationibus exornat.

336 Declara dictam illationem, quod hæres vſurarij non teneatur ad reſtitutionem vſurarum extortarum per defunctum, niſi iuxta vires hæreditarias non autem vltra illas etiam non confecto inuentario *ad tex. in capit. quamquam, 2. de vſur. in 6.* & tradunt *Ruin. conſ. 20. lib. 4.* qui teſtatur de communi opinione, *Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 3. numer. 8.* qui pariter teſtatur de communi opinione, *Rolan. de inuent. par. 5. verſ. Quid in hærede &c. num. 4. verſ. his tamen &c.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens *Trentacinq. variar. reſolut. lib. 1. de vſur. reſolut. 1. numer. 7. Lup. de vſur. comment. 4. §. 3. numer. 6. P. Rebell. de oblig. iuſt. lib. 8. quæſt. 16. numer. 5.* & alij plures quos refert, & ſequitur *Leotar. de vſur. quæſt. 94. numer. 27. & ſeq.* vbi dicit, hanc opi-

opinionem veriorem eſſe, & communem, & illam latè comprobat, & a contrarijs defendit, cum quibus pertranſit *Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 180. num. 6. & Paul. Rub. de valid. legal. cap. 53. num. 98.*

336 Licet contrariam opinionem imò hæredem vſurarij teneri ad reſtitutionem vſurarum extortarum per defunctum etiam vltra vires hæreditarias non confecto inuentario tenuerint *Phanuc.* diſtinguens *de inuent. par. 7. num. 79. Farinacc. de inquiſ. quæſt. 10. numer. 66. & ſeq.* latè comprobans *Vgolin. de vſur. cap. 14. §. 4. in fin.* cum quibus pertranſi *P. Molin. de iuſtit. & iur. diſput. 332. num. 3.* contra quos adeſt verior, & communis opinio, de qua ſupra, & cum diſpoſitio *d. cap. quamquam de vſur. in 6.* vix poſſit euitari.

338 Limita quartò dictam ſeptimam ampliationem, vt non habeat locum quo ad impenſam funeris, quam hæres tenetur ſoluere etiam pendente termino ad conficiendum inuentarium, vt ſcripſerunt *Bald. Corn. Alex. Iaſ. & alij in dict. l. fin. §. donec, C. de iure delib.* nec non *Phanuc. de inuent. par. 4. numer. 6.* alios referens ſectatores, *Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit. 13. numer. 84. Andreol. dict. controuer. 198. num. 2. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. dict. cap. 9. gloſ. 5. numer. 11. & 12.* vbi hoc extendit etiam ad ſolutionem medicinarum, vt ibi per eum, *& Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 6.*

339 Limita quintò dictam ſeptimam ampliationem, vt non habeat locum quando peterentur alimenta, quia illa hæres tenetur ſoluere etiam pendente termino ad conficiendum inuentarium concesſo, cum illa non ſint differenda, ne interim alendus fame pereat, cum venter non patiatur dilationem, itaut famis dicatur acutiſſimus gladius, vt docent, *Surd. deciſ. 323. numer. 10. & ibi Hodiern. num. 10. & in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 44. numer. 37. & tit. 8. priuil. 11. num. 2.* alios adducens concordantes, *Gratian. diſcept. Forenſ. capit. 236. num. 52. par. 2. Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 13. numer. 75. Ciriac. dict. controuer. 498. numer. 53. Andreol. dict. controuer. 198. numer. 2. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. dict. cap. 9. gloſ. 5. numer. 14. & Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 30. num. 6.*

340 Sublimita tamen primo dictam quintam limitationem, vt habeat locum quando alimentandus eſt pauper, & periculum ideo adeſſet, ne fame periret, ſecus tamen eſt ſi eſſet diues, vel habeat vndè viuere poſſet, quia tunc hæres pendente dicto termino inuentarij conficiendi non tenetur alimenta ſoluere, vt declarant *Surd. de aliment. dict. priuil. 11. verſ. vnde infertur &c. & Ciriac. dict. controuerſ. 498. num. 54.* nec non *Antonell. de tempor. legal. d. lib. 4. cap. 30. num. 6.*

341 Sublimita ſecundo dictam quintam limitationem, vt non habeat locum quando hæres conuenitur pro alimentis præteritis, quia tunc cum ceſſet ratio, quod venter non patitur dilationem, debet etiam ceſſare priuilegium, itaut hæres non teneatur illa ſoluere pendente termino confectionis inuentarij, vt declarant *Surd. de alimen. dict. tit. 8. priuileg. 11. in fine,* benè comprobans, *Andreol. dict. cont. 198. num. 2. & Antonell. de*

temp.

tempor. legal. dict. lib. 4. capit. 30. ſub numer. 6. qui alios dant concordantes.

342 Limita ſexto dictam ſeptimam ampliationem, vt non habeat locum quando hæres aliquem conueniret ex cauſa hæreditaria, quod ipſe facere poteſt pendente termino ei ad conficiendum inuentarium conceſſo, vt poſt *Guid. Pap. Rolan. Tiraq. Viuian. Scacc.* & alios per eum relatos firmat *Baldaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 13. num. 79. Coſta de re integr. diſt. 61. numer. 10. Andreol. dict. controuer. 198. num. 6.* Quia ſi ipſe a debitore reconueniatur, ad ſoluendum adſtringi poteſt etiam pendente dicto termino ei ad conficiendum Inuentarium conceſſo, vt not. *Rolan. de inuent. par. 4. verſ. Quid ſi hæres &c. in princ. Phanuc. de inuent. par. 4. numer. 10. Andreol. dict. controuerſ. 198. num. 2. Balth. Tomaſ. in dict. tit. 13. numer. 80. Cancer. variar. reſol. par. 3. cap. 2. num. 165. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. dict. cap. 9. gloſ. 5. numer. 17. & Antonell. de tempor. legal. dict. lib. 4. capit. 30 numer 7.*

343 Sublimita dictam ſextam limitationem, vt habeat locum quando hæres ſponte aliquem conuenit in iudicio, ſecus ſi id faciat aliqua adſtrictus neceſſitate, puta quia adſit periculum, ne debitor hæreditatis aufugiat cum pecunia, vel ſi domus vicini minaretur ruinam, itaut domus hæreditaria damnum pati poſſet, & ſimilia, quia tunc hæres non poſſet reconueniri, vt tradunt *Rolan. de inuent. par. 4. verſ. Quid ſi hæres &c. Phanuc. de inuent. dict. cap. 4. num. 11.* benè comprobans *Balthaſ. Tomaſ. in tract. de inuent. dict. tit. 13. numer. 81.* alios referens ita ſentientes, & *Andreol. d. controu. 198. num. 2.*

344 Limita ſeptimò dictam ſeptimam ampliationem, vt non habeat locum quando euidenter conſtat, hæreditatem eſſe locupletem, & ſoluendo, quia tunc hæres poteſt conueniri, & ad ſoluendum compelli etiam pendente termino ad inuentarium conficiendum conceſſo, vt not. *Alex. in dict. l. fin. §. donec in fin. C. de iure delib.* quem ſequitur *Rolan. de inuent. d. par. 4. verſ. ſi autem, per tot.*

345 Contrarium tamen imò hæredem neque poſſe conueniri pendente termino ad conficiendum inuentarium etiam ſi hæreditas appareat omninò ſoluendo, voluerunt *Phanuc. de inuent. par. 4. in fin. Cepoll. cautel. 224. in princip. Giurb. ad Conſuit. Meſſanenſ. dict. cap. 9. gloſ. 5. numer. 10 Paul. Rube. de teſtam cap. 62. num. 63. Adden. ad Rot. deciſ. 192. num. 101. & 102. par. 9. recentior. tom. 1.* in quam opinionem inclinat *Balth. Tomaſ. in dict. tractat. de inuentar. tit. 13. numer. 83.*

346 Limita octauò dictam ſeptimam ampliationem, vt non habeat locum quando hæres conuenitur actione reali rei vendicationis incepto iudicio de nouo contra eum poſt mortem defuncti, quia tunc poteſt dicta actione conueniri, cum tunc non conueniatur vti hæres, ſed ſicuti quilibet alius poſſeſſor, licet ſecus ſit ſi iudicium fuerit inceptum cum defuncto, quia tunc iudicium videtur proſequi contra eum vti contra hæredem vt declarant *Vinc de Franch. deciſ. 352. numer. 2. & ſeq. Cancer. variar. reſolut. par. 3. cap. 2. num. 158. Pract. Ridolph. par. 1. cap. 9. numer. 41. Giurba ad*

Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. numer. 20. Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 173. num. 3. & ſeq. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 5. cum quibus pertranſit etiam *Andreol. dict. controuer. 198. num. 3. & ſeq.*

347 Quicquid de hac limitatione dubitauerint *Gizzarell. deciſ. 79. in fin.* & eo relato *Adden. ad Rot. d. deciſ. 192. num. 9 & ſeq.*

348 Sublimita dictam octauam limitationem, vt non habeat locum quo ad actionem hipotecariam, quia illa licet ſit actio in rem, cum tamen deſcendat ex contractu defuncti, & ſic ſit acceſſoria ad actionem perſonalem, ſequitur illius naturam, itaut ſicut hæres pendente dicto termino ad conficiendum inuentarium conceſſo non poteſt conueniri actione perſonali, ita neque poterit conueniri hipotecaria, quæ eſt perſonalis acceſſoria, vt not. *Cancer. variar. reſol. par. 3. dict. cap. 2. numer. 161. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. num. 9. Merlin. de pignor. lib. 4 dict. quæſt. 173. num. 3. & ſeq. & Antonell. de tempor. legal. dict. capit. 30. numer. 5.*

349 Quicquid contrarium ſenſerit *Practic. Ridolph. par. 1. cap. 9. num. 41.*

359 Limitationes alias ad dictam ſeptimam ampliationem cum non faciant principaliter ad materiam huius 15. articuli, in quo de ſolutione ſpecialiter agitur, ſciens prætereo, videas illas ſi cupis per *Doct. in d. l. fin. C. de iur. delib. per Rolan. de inuent. part. 4. verſ. quarta eſt vtilitas cum verſ. ſeq. per Phanuc. de inuent. par. 4. per tot. per Merlin. de legitt. lib. 5. tit. 3. quæſt. 5. per tot. per Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 13. num. 63. & ſeq. per Ciriac. dict. cotrou. 498. numer. 36. & ſeq. per Andreol. dict. controuerſ. 198. per tot. & per Giurb. ad Conſuet. Meſſanen. dict. cap. 9. gloſ. 5. num. 6. & ſeq.* vbi præcipuè limitat, quò ad ſolutionem legati pij, vt ibi per eum.

360 Amplia octauo dictam primam limitationem, quod hæres qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, quod imò ſi ipſe etiam hæres ſit creditor defuncti poſſit cum alijs creditoribus hæreditarijs concurrere, ſalua inter eos iurium prærogatiua, & prioritate *ad tex. in d. l. fin. §. in computatione, C. de iure delib.* & tradunt *Phanuc. de inuent. par. 5. num. 20. & 53. Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. Inuentarium, quæſt. 18. num. 5. Rolan. conſ. 14. num. 23. lib. 1. Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuentar. tit. 13. num. 182. Gast. de credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1924. & Salgad. in laber. credit. par. 1. cap. 9. num. 31. & ſeq.* benè comprobans.

361 Actiones enim hæredi competentes contra defunctum non confunduntur ſtante beneficio inuentarij, maximè quò ad effectum ne hæres beneficiatus damnum ſentiat, quicquid ſit quo ad ſubſtantiam, *dict. l. fin. §. in computatione,* & ibi not. Doctores communiter, *C. de iure delib.* & tradunt etiam *Gabr. conſ. 125. num. 12. lib. 1. Honded. conſ. 58. num. 52. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 17. numer. 35. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 511. num. 27. par. 3. Coſta remed. ſubſid. 40. in princ. Ciriac. controuerſ. 663. numer. 10. & Rota deciſ. 280. num. 3. & ſeq. par. 4. diuerſ. & deciſ. 524. numer. 2. par. 2. recent. & deciſ. 722. num. 5. par. 1. diuerſor. & deciſ. 378. numer. 7.*

part. 11. recentiorum, & alibi paſſim.

362 Neque creditum proprium hæredis beneficiati compenſatur cum bonis hæreditarijs, vt not. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 948. numer. 2. par. 5. Altogr. conſ. 59. numer. 29. & ſeq. lib. 1. Gai. de credit. cap. 4. quæſt. 4. numer. 359. & D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 8. de debit. & credit. diſcurſ. 47. numer. 7. & diſcurſ. 63. numer. 4.*

363 Cum beneficium Inuentarij faciat, quod hæres nullum damnum pati poſſit, *dict. l. fin. §. & ſi præfatam, & §. licentiam, C. de iure delib. Surd conſ. 7. numer. 31. lib. 1. & Ciriac. controuer. 326. numer. 19. & controu. 528. num. 7.* nec non *Salgad. in laberint. credit. par. 1. cap 9. num. 32. Rota deciſ 313. numer. 4. par. 14. recentior.* Conſtituendo hæredem in ſtatu, ac ſi hæreditatem non adiuiſſet, *Rolan. conſ. 73. numer. 1. & ſeq. vol. 2. Surd conſ. 382. num. 94. lib. 3. Rota deciſ. 114. in fin. par. 7. recent. & deciſ. 499. num. 4. par. 13. recent. & d. deciſ. 313. num. 4. par. 14. recentior.* & dixi etiam ſupra num. . . . Itaut dicatur hæreditas iacens, vt not. *Rolan. Surd. Balth. Tomaſ. Rota*, & alij adducti pariter ſupra num. . . cum quibus pertranſit *Altograd. conſ. 62. numer. 3. lib. 1.* qui dat concordantes quamplures.

364 Intelligendo prædicta de non confuſione actionum quando hæreditas non eſt ſoluendo, ſecus autem ſi hæreditas ſit opulenta, quia tunc hæredis non intereſt, actiones non confundi, vt declarant *Gabr. conſ. 125. numer. 12. lib. 1. Phanuc. de inuent. par. 6. num. 4. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 511. numer. 27. & ſeq. Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 13. numer. 190. & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 67. num. 11.*

365 Subamplia dictam octauam ampliationem illatiuè, vt hæres beneficiatus poſſit citatis creditoribus petere ſibi aliquid hæreditatis aſſignari pro ſuo credito illud ſeparando ab alijs bonis hæreditarijs, vt voluerunt *Rolan. de inuentar. dict. par. 4. verſ. decima eſt vtilitas, num. 6.* vbi alias facit illationes, *Phanuc. de inuent. par. 5. num. 19.* declarans prædicta habere locum reſpectu creditorum, qui ſunt eo poſteriores, ſecus autem ſi ſint anteriores, vt ibi per eum, *Surd. deciſ. 92. num. 6. Coſta d. remed. ſubſid. 40. num. 1. & ſeq. Pacif. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. num. 533. & inſpect. 5. cap. vnic. num. 133. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 932. num. 13. par. 5.* plenè *Salgad. in laber. credit. part. 1. cap. 9. num. 27. 28. & ſeq.* benè *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 9. in tit. de hæred. diſcurſ. 18. num. 9. & diſcur. 28. num. 6. & ſeq.*

366 Declara dictam ſubampliationem, vt habeat locum quando hæres beneficiatus intendit aliquam rem hæreditariam ſibi appopriare pro ſuis creditis ad effectum illam ſeparandi ab alijs bonis hæreditarijs, & dominij ſuper illa acquirendi, quod facere non poteſt propria authoritate, & non citatis creditoribus, & ſine Decreto Iudicis, alias ſpectatio eſt nulla, ſecus tamen eſt, ſi id prætendat facere ad effectum tantum lucrandi fructus pro rata ſui crediti ante aditionem competentis, quia tunc id eſt ei permiſſum, imò ad dictum effectum lucrandi fructus præſumitur per hæredem fuiſſe factum etiam non citatis cre-

creditoribus, & ſine decreto Iudicis, ſi eius creditum eſt anterius, vt declarant *Rolan. de inuent. par. 4. verſ. Decima vtilitas, num. 6. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 932. numer. 13. par. 5. Mareſc. variar. reſolut. lib. 1. cap. 37. numer. 2. & 3. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 14. num. 68 & ſeq.* & benè declarat more ſuo *D. Deluca in dict. tom. 9. in tit. de hærede diſcurſ. 18. numer. 9. & ſeq. & diſcurſ. 28. num. 6. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi *Doctorum, & Rotæ Romanæ* opinione, cum quibus pertranſit *Rota deciſ. 127. num. 10. & ſeq. par. 7. recent.* vbi dicit, prius eſſe accipienda mobilia ſi extent, & poſtea immobilia, *& deciſ. 2. numer. 11 par. 6. recent.* vbi dicit hoc non procedere ſi extent creditores anteriores, *& apud Card. Celſum deciſ. 47. num. 9. & ſeq. & deciſ. 332. numer. 3. & ſeq. par. 13. recent. & deciſ. 165. num. 12. par. 12. recent.*

367 Licet valere appropriationem factam pro ſuo credito ſine dolo, & fraude etiam ſine authoritate Iudicis crediderint *Adden. ad Greg. XV. deciſ. 67. num. 16.* authoritate *Rotæ deciſ. 71. numer. 4. par. 1. diuerſ.* quæ tamen hoc admittit non reclamantibus creditoribus, vt ibi per eam.

368 Quicquid ſit in hærede adeunte hæreditatem ſine beneficio inuentarij, cuius actiones contra defunctum competentes confunduntur, *leg. ſtichum, 95. ff. de ſolut. l. licet, 14. C. ad leg. falc. l. ſi ab eo, 7. C. de negoc. geſtor. l. debitori, 7.* & ibi not. *Bart. Bald. Caſtr. Iaſ. Dec. Alex. & communiter Doctores, C. de pact.* & vltra eos tradunt *Surd. conſ. 7. numer. 19. lib. 1. & conſ. 195. num. 6. lib. 2. Ptr. Maur. de fideiuſ. par. 2. ſect. 10. cap. 14. num. 9. & ſeq. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 203. in princ. par. 2.* vbi declarat hoc procedere pro rata, pro qua eſt hæres, vt ibi per eum, cum quo concordat *Coſta de ration. ratæ, quæſt. 45. numer. 6. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 14. per tot.* qui benè declarat quomodo procedat quò ad hipotecariam diſtinguendo plures caſus, vt ibi per eum, *Rota deciſ. 280. numer. 3. par. 4. diuer. & deciſ. 349. numer. 2. & deciſ. 438. numer. 4. par. 5. recent. & deciſ. 39. num. 1. & ſeq. par. 6. recen.* & dixi *Ego allegat. Foren. 17. num. 18.*

369 Cum actio, & paſſio non poſſint ſimul ſtare in eodem ſubiecto, vt docent *Bald. in l. vxor tua, 7. in prin. C de bon. auth. Iud. poſſid. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 203. num. 1. Coſta de ration. ratæ, dict. quæſt. 45. num. 11. & Merlin. de pignor. d. quæſt. 14. num. 2.*

370 Quæ habent locum in iuribus hæredi competentibus contra defunctum de tempore aditionis hæreditatis, ſecus vero quo ad illa, quæ poſtea ei ſuperuenerunt, quia illa non confunduntur, vt dicit *Rota deciſ. 432. num. 10. par. 4. recentior. & apud Merlin. de legitt. deciſ. 202. num 26. & deciſ. 260. in fin. par. 14. recent.* vbi aliæ recenſentur quamplures.

371 Amplia nono dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, quo imo dictus hæres antequam debita hæreditaria ſoluat ex bonis hæreditarijs poſſit deducere expenſas factas ad eius defenſionem contra alios prætendentes eſſe hæredes, ſi vicerit cauſam, vt tradunt *Rolan. de inuen. par. 4. verſ. quid de expenſis, num. 4.* vbi dicit *Bald.* contrarium ſentientem

re-

reprobari, *Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. Inuentarium, quæſt. 19. numer. 1.* vbi hanc ampliationem veriorem dicit, & magis communem, & ſequendam, *Fachin. controu iur. lib. 6. cap. 29. verſ. aduerto &c.* cum quibus pertranſeunt *Phanuc. de inuentar. part. 5. numer. 44. & ſeq.* vbi dicit ita tenendum eſſe *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent tit. 13. num. 97. Gratian. diſcept Forenſ. cap. 257. numer. 30. par. 2.* vbi dicit, ita tenuiſſe *Rot. Roman. & Gatt. de credit. cap. 4. quæſit. 11. numer. 1571. & num. 1936.*

372 Cum hæredi liceat deducere expenſas paſſas in funere defuncti, & alias neceſſarias, *d. l. fin. §. in computatione, C. de iure delib.* ſatis autem dicitur expenſa neceſſaria quæ fit per hæredem quando hæreditas defenditur aduerſus eos, qui illam iniuſtè vſurpare, & auferre conantur lite mota, & dum curatur, quod hæreditas illum habeat in dominum, quem voluit defunctus expreſsè in teſtamento vel tacitè ab inteſtato, vti aduertunt *Rolan. vbi ſupr. Fachin. in d. cap. 29. in fin.* & alij Doctores ſupra adducti.

373 Ad inſtar Prælati, qui poteſt ſuam electionem defendere expenſis Prælaturæ, quia in neceſſariam cauſam Eccleſiæ illæ cenſentur factæ, vt not. *Doctores in cap. vt præteritæ, 45. de elect.* vt not. *Rolan. vbi ſupra, Phanuc. de inuentar. part. 5. numer. 45. Fachin. dict. cap. 29. verſ. adducitur*, & latè proſequitur *Surd. de aliment titul. 1. quæſt. 84. numer. 2. & 3.* alios adducens ita ſentientes.

374 Subamplia primo dictam nonam ampliationem, vt habeat locum etiam in expenſis factis pro defenſione rerum hæreditariarum, & in litigando cum creditoribus, & legatarijs quando hæres iuſtam cauſam fouebat, & probabiliter, ac iuſto, & recto iudicio litigauit, ſecus autem ſi temerè, & per calumniam id fecit, vt not. *Phanuc. de inuent. part. 5. numer. 45. verſ. de expenſis vero &c.* vbi tenet, hoc habere locum ſiuè hæres vicerit cauſam, ſiuè non, quando tamen habuit iuſtam cauſam litigandi vt ſupra contra *Emilia. conſ. 15. lib. 2.* volentem, quod hæres qui litigauit vti actor ſi ſuccumbat non poſſit expenſas ante omnia deducere, & cum opinione *Phanuc.* pertranſit *Rolan. de inuentar. part. 4. dict. verſ. quid de expenſis, &c. numer. 5. verſ. & allegata, &c.* quos ſequitur *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 13. numer. 94.* qui alios adducit ita ſentientes.

375 Subamplia ſecundo dictam nonam ampliationem, vt hæres beneficiatus antequam ſoluat creditoribus non ſolum poſſit deducere expenſas factas pro ſe defendendo contra prætendentes ſe hæredes pro defenſione bonorum hæreditariorum, & pro litigando cum creditoribus, & legatarijs vt ſupra, ſed etiam expenſas factas in funere defuncti, *d. l. fin. §. in computatione*, & ibi hoc not. Doctor. communiter, *C. de iure delib.* & tradunt *Rolan. de inuen. par. 4. verſ. alia, & quinta &c. per tot Phanuc. in eod. tract. par. 5. num. 36. & ſeq Surd. deciſ. 112. numer. 1. & ſeq. & ibi Hodiern. num. 1. & ſeq. Gratian. diſcep. Foren. cap 94. nu. 1. & ſeq. par. 1. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 421. num. 14. Merlin. de legit. lib. 2. titul. 1. quæſt. 15. num. 1. & 8.* vbi declarat, quæ nam dicantur ex-

penſæ funerum, vt ibi per eum, & in *tract. de pignor. lib. 4. quæſt. 17. num. 9. & ſeq. Theſaur. quæſt. Forenſ. 24. in fin. lib.* 4. qui teſtatur de magis communi opinione, *& Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 11 num. 1924.*

376 Subamplia tertio dictam nonam ampliationem, vt hæres beneficiatus antequam ſoluat creditoribus de bonis hæreditarijs poſſit etiam deducere expenſas factas pro vltima infirmitate defuncti, quæ ſunt priuilegiatæ ſicut expenſæ funeris *ad tex. in leg. in reſtituenda*, & ibi hoc not. *Bald. & Salic. C. de petit. hæred. Rolan. de inuentar. par. 4. verſ. alia & quinta, numer. 2. Balibaſ. Tomaſ. in tractat. de inuentar. titul. 13. numer. 89. Surd. deciſ. 112. numer. 7. & ibi Hodiern. num. 8. & deciſ. 255. num. 25. & ſeq. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 94. num. 14. par. 1.* quam ſubampliationem veriorem dicit *Merlin. de legitt. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. numer. 13. & in tract. de pignor. lib. 4. quæſt. 17. num. 24. Theſaur. dict. quæſt. Forenſ. 24. numer. 5. & Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 421. num. 14.*

377 Quicquid contrarium ſenſerint *Phanuc. de inuent. par. 5. numer. 39. & Thob. Non. conſ. 18. in fin.* contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

378 Subamplia iterum dictam ſecundam, & tertiam ampliationes illatiuè, vt hæres beneficiatus pro dictis expenſis funeris, & vltimæ infirmitatis præferatur etiam creditoribus habentibus expreſſam hipotecam anteriorem, quod quidem in expenſis funeris eſt clariſſimum per *tex. in dict. leg. fin. §. in computatione, C. de iure deliber.* dum Imperator ibi concedit hæredi, quod antequam ſoluat creditoribus poſſit deducere dictas expenſas funeris, vt aduertunt *Doctores ibi*, & vltra eos *Surd. dict. deciſ. 112. numer. 5. & ibi Hodiern. numer. 1. & ſeq. & dict. deciſ. 255. numer. 18. Gratian. diſcept. Foren. dict. cap. 94. num. 8. & ſeq. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 241. num. 14. Merlin. de legitt. dict. quæſt. 15. num. 2.* alios adducens ita ſentientes, *& in tract. de pignor. lib. 4. quæſt. 17. numer. 1. & ſeq. Andreol. controuerſ. 164. in fin. Poſſt. de ſubbaſt. inſpect. 41. numer. 40. & ſeq. Capic. Latro. deciſ. 47. numer. 7. & ſeq.* qui loquitur quò ad creditores, qui fecerunt dictas expenſas, *& Rota apud Merlin. de pign. deciſ. 33. num. 24.*

379 Declara dictam ſubampliationem vt habeat locum in expenſis factis ab hærede, ſecus ſi illæ factæ fuerint ab extraneo, puta conſanguineo, & ſimil. quia tunc dict. expendentem non preferri pro illis creditoribus habentibus hipotecam anteriorem expreſſam tenuerunt *Surd. d. deciſ. 112. num. 4. verſ. quicquid tamen & c. Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 23. num. 15.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem *Mer in. de legitt. d. quæſt. 15. num. 3. Neguſ. de pignor. in 2. membr. 5. par. num. 28.* & hanc opinionem poſt *Odofr. Ang. Laſi. Bald. Nouell. Petr. Conna. Caualc. Foller. Greg. Lapez*, & alios per eum adductos tenuit *Senatus Neapol.* vt teſtatur *Vinc. de Franch. deciſ. 51. per tot.* quam probaſſe *Rip. Aſin. Caualc. Phanuc. & Sebaſt. Medic.* refert *Surd. d. deciſ. 255. numer. 4.* & illam probabilem appellat *Capic. Latr. d. deciſ. 47. in fin.*

380 Licet cõtrariũ, & magis cõmuniter

tenuerint *Rolan. conſ.* 14. *nu.* 23. *lib.* 1. *Ludou. deciſ. Peruſ.* 78. *par.* 2. *per tot. Anton. Gomez ad leg. Taur. leg.* 30. *numer.* 2. *Fachin. controu. iur. lib.* 12. *cap.* 49. *Surd.* qui in melius mutauit ſententiam *d. deciſ* 255. *num.* 6. *&* 7. *Maſtrill. deciſ.* 10. *numer* 5. *& ſeq Coſta remed. ſubſid* 83. *in princip.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Theſaur. Iun. dict. quæſt. Forenſ.* 24. *in fin. lib.* 4. & hanc opinionem vti magis communem, & veriorem tuetur *Grattan. diſcept. Forenſ. cap.* 94. *num.* 1. *& ſeq. par.* 1. *Adden. ad Gregor. XV. d. deciſ.* 421. *num.* 14. *Adden. ad Surd. d. deciſ.* 112. *num.* 6. dicentes id fieri non fauore inuentarij, ſed fauore cauſæ funerariæ, vt ibi per eas latè *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 17. *num.* 1. *& ſeq.* vbi teſtatur de magis communi opinione, alios dat concordantes, & contrarijs reſpondet, quam pariter vti veriorem, & magis communem probat *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1921. *& ſeq. & in append. cap.* 4. *numer.* 118. *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 41. *numer.* 40. ſecundum quam opinionem vti veriorem, & magis receptam iudicatum fuiſſe in quamplurimis Italiæ Tribunalibus, & præcipuè in *Sacr. Conſil. Neapolit.* teſtatur *Capic. Latro. deciſ.* 47. *per totum*, *&* ibi *Adden.* itaut hæc opinio benè magis communiter recepta per Doctores dici poſſit, cum qua pertranſit etiam *Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 33. *num.* 24.

381 Et idem eſſe quò ad expenſas vltimæ infirmitatis defuncti, & quod hæres etiam pro illis præferatur creditoribus habentibus hipotecam expreſſam anteriorem vti verius tenuerunt *Rolan. dict. conſ.* 14. *numer.* 26. *lib.* 1. *Surd. dict. deciſ.* 255. *numer.* 25. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Merlin. de legitt. dict. quæſt.* 15. *numer.* 13. *& in tractat. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 17. *num.* 24. *Grattan. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 94. *num.* 14. *Adden. ad Gregor. XV. dict. deciſ.* 421. *numer.* 14. *Gait. de credit. dict. cap.* 4. *quæſt.* 11. *numer.* 1909. *verſ. ſe offert*, *&c.* vbi plures adducit ita ſentientes, & in *append. dict. cap.* 4. *numer.* 17. nec non *Capic. Latro. d. deciſ.* 47. *numer.* 7. *& ſeq.* vbi innumeris hoc comprobat Doctor. authoritatibus, & rationibus, & dicit ita in quamplurimus Italiæ Tribunalibus fuiſſe iudicatum, & ibi *Adden. num.* 1. *& ſeq.*

382 Expenſæ enim vltimæ infirmitatis veniunt appellatione expenſarum funeris, & illis æquiparantur itaut eodem gaudeant priuilegio, vt probant *Rolan. d. conſ.* 14. *num.* 26. *Surd. dict. deciſ.* 112. *in fin. &* ibi *Hodiern. num.* 8. *& dict. deciſ.* 255. *numer.* 25. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *numer.* 26. *Grattan. diſcept. Forenſ. dict cap.* 94. *num.* 14 *Merlin. de legitt. dict. quæſt.* 15. *numer.* 13. *& in tract. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 17. *numer.* 24. *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 41. *num.* 40. plenè *Capic. Latro. d. deciſ.* 47. *& ibi Adden. ferè per totum.*

383 Cum non minus interſit Reipublicæ viuentes homines conſeruari, quam mortuos ſepeliri, vt ponderant *Surd. dict. deciſ.* 255. *numer* 26. *Grattian. diſcep Foren d. cap.* 94 *num.* 15. *Ludou. deciſ. Peruſ.* 78. *num.* 23. *par.* 2. & ſentit etiam *Capic. Latr. d. deciſ.* 47. *num.* 15.

384 Expenſæ autem funeris, & vltimæ infirmitatis ſunt illæ omnes, quæ

quæ cadauere præſente in luminibus, cuſtodibus, veſtibuſquè ipſius, ac illæ, quæ fiunt in deferendo mortuum ad ſepulturam, in pulſatione campanæ, apertura ſepulturę, in cera, & pane qui diſtribuitur pauperibus, in Miſſis, & ſacris cęremonijs peragendis, in oblationibus, alijſque obſequijs pro animæ commendatione, vt declarant *Surd. deciſ.* 255. *numer.* 26. *& ſeq. Coſta de port. & rata quæſt.* 73. *& Hodiern. ad Surd. dict.*
385 *deciſ.* 112. *numer.* 9. qui alios adducit, & contineri etiam veſtes lugubres, & veſtes famulorum, & familiæ inter perſonas, quæ has decenter effugere non poſſint, voluerunt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *part.* 5. *numer.* 33. *Surd. dict. deciſ.* 255. *numer.* 27. & alij, quos
386 referendo ſequitur *Hodier. ad Surd. dict. deciſ.* 112. *numer.* 11. nec non ſalaria Medicorum, Pharmacopolæ, & ſeruorum infirmo famulantium, vt tradit *Hodiern. ad dict. deciſ. Surd.* 112. *numer.* 12. cum quo pertranſit *Capic. Latr. deciſ.* 47. *per totum, part.* 1. dummodo expenſæ ſint neceſſariæ, habita ratione perſonæ, & facultatis, vt ibi per eum, & ibi *Adden. num.* 2.
387 Subamplia quarto dictam nonam ampliationem, vt hæres beneficiatus antequam ſoluat debita creditoribus hæreditarijs poſſit etiam deducere expenſas paſſas in recollectione, ſeu inſinuatione Teſtamenti, in Inuentario faciendo, in datis proxenetis, & huiuſmodi pro vendendis bonis hæreditarijs, eorum gabellis, & ſubhaſtatione, alijſque expenſis neceſſarijs pro bonis hæreditarijs, *dict. l. fin.* §. *in computatione, & ibi not. Doctores communiter, C. de iure delib.* & docent *Rolan. de inuentar. part.* 4. *verſ. Item iſtud &c. numer.* 1. *& ſeq. Phanuc. de inuentar. part.* 5. *numer.* 36. *& ſeq. Peregr. de fideicom. art.* 3. *num.* 79. *Craſſ. de ſucceſſ. lib.* 2. *art. Inuentarium, quæſt.* 19. *num.* 1. *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 13. *numer.* 92. vbi dicit, hoc eſſe cum prælatione alijs creditoribus, quod eſt manifeſtum *per tex. in dict.* §. *in computatione, Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 94. *numer.* 6. *part.* 1. *Anton. Gomez in l.* 30. *Taur. in fin. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 512. *numer.* 13. *& Gait. de credit. dict. capit.* 4. *quæſt.* 11. *numer.* 1935.
388 Declara dictam nonam ampliationem vna cum omnibus ſubampliationibus ſequentibus, in quibus habetur, quod hæres beneficiatus poteſt deducere expenſas factas in litigando, in funere, & ſimil. vt habeat locum in expenſis iuſtis, & moderatis, ſecus autem in expenſis immodicis, ſumptuoſis, & non neceſſarijs, quia illas hæres non deducit, ſed illas ſibi imputare debet, vt declarant *Ludou. dict. deciſ. Peruſ.* 78. *numer.* 15. *& ſeq. Craſſ. in art. Inuentarium, quæſt.* 19. *in princip. Merlin. de legitt. lib.* 2. *titul.* 1. *quæſt.* 15. *numer.* 11. vbi dicit, remitti arbitrio Iudicis declaratio an dictæ expenſæ ſint moderatæ, nec ne, & in *dict. tract. de pignor. lib.* 4. *quaſt.* 17. *numer.* 25. *Gratian. dict. cap.* 94. *num.* 6. *Ciriac. controuer.* 24. *numer.* 34. *& Capic. Latr. d. deciſ.* 47. *in fin.*
389 Declara ſecundo dictam nonam ampliationem vna cum ſubampliationibus ſequentibus, vt habeant locum quando hæreditas non eſt ſol-

uendo,

uendo; alias ſecus, vt not. *Phanuc. de inuent. par. 5. num. 41. Craſſ. in d. art. Inuentarium quæſt. 19. num. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 13. num. 100. & Fachin. contro. iur. lib. 6. cap. 29.*

390 Sublimita primo dictam primam limitationem, in qua habetur, quod hæres qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt non habeat locum quando aliquid malitiosè occultauit de hæreditate, quia tunc amittit beneficium Inuentarij, & tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti vltra vires hæreditarias, vt voluerunt ex Neotericis *Craſſ. de ſucceſſ. in dict. art. Inuentarium, quæſt. 12. verſ. ſed quid &c. vſque ad fin.* latè comprobans *Caual. in ſpecul. commun. opin. quæſt. 731. num. 2. & ſeq.* vbi teſtatur de veriſſima opinione, *Menoch. conſ. 89. nu. 146. lib. 1. Rimin. Iun conſ. 417. num. 24. lib 4.* qui pariter hanc opinionem dicit veriorem, & communem, *Phanuc. de inuent. par. 3. num. 54.* qui dicit, hanc opinionem eſſe magis communem, & ſeruatam, *Gall. de except. par. 3. tit. 2. except. 5. num. 3.* & hanc pariter opinionem veriorem eſſe tuetur *Fachin. contr. iur. lib. 4. cap. 37. per tot. & lib. 10. cap. 66. & lib. 13. capit. 55. Theſaur. Iun. quæſt. Foren. 10. num. 26. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & ita per Senatum fuiſſe iudicatum *lib. 1. Honded. conſ. 34. & conſ. 35. lib. 1. per tot.* hanc opinionem latè comprobans, & dicens illam communem, & veriorem eſſe, *Saluſt. in pract. lib. 1. cap. 44. num. 16. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 34. num. 7. part. 1.* vbi teſtatur de veriori opinione, *& cap. 532. numer. 10. part. 3.* & in hanc opinionem inclinat *Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 2. numer. 55. & ſeq.* vbi diuerſas refert illius Senatus reſolutiones, cum quibus pertranſeunt *Balth. Tomaſ. in tract. de inuent. tit. 8. numer. 161. & ſeq. Caluin. de æquit. lib. 2. num. 182 num. 5. & ſeq.* vbi illam appellat æquiorem, & magis communem, a qua non videtur diſſentire *Surd deciſ. 222. numer. 10. verſ. Tertio dicebat & ... & in Hodiern. num. 5.* dicens ab hac opinione vti veriori, & communiori non eſſe recedendum, prout de receptiori teſtatur etiam *Capic. Latro. deciſ. 129. num. 7. part. 2.*

391 Verum hæc prima ſublimitatio non tranſit ſine magna difficultate, cum opinio hæc ſit inter Doctores adeo controuerſa, vt dicunt *Fachin. controuerſ. iur. d. cap. 37. & Ciriac. dict. controuer. 326. in princ.* vt vix iudicari rectè poſſit, quænam verè ſit magis communis opinio, cum contrarium tenuerint Doctores grauitate non inferiores, & numero plures, quod imo hæres aliquid dolosè occultans de hæreditate ſolum teneatur ad dupli rei occultatę reſtitutionem, non autem amittat beneficium Inuentarij, & præcipuè ex Modernioribus *Rolan. de inuentar. par. 4. verſ. quid ſi hæres, numer. 2. Peregrin. de fideicom. articul. 3. numer. 83.* vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & idem teſtatur in *tractat. de iure fiſci lib. 2. tit. 10. numer. 15. Mangil. de imputat. quæſt. 133. num. 8. Surd. deciſ. 222. num. 10. & ſeq.* vbi plures recenſet de magis

communi atteſtantes, *Menoch. conſ.* 471. *lib.* 5. *per tot.* vbi hanc opinionem latè tuetur, & adducit pro illa triginta tres Doctorum authoritates; & de magis communi teſtatur, quam ſequuntur *Farinacc. in fragm. crimin. littera H. num.* 20. *&* 22. vbi teſtatur de veriori opinione, & quamplures recenſet ſectatores, *Ciriac. controuerſ.* 326. *num.* 3. *& ſeq.* vbi dicit, pro hac opinione ſtare quadraginta ſeptem Doctores, & hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem teſtatur, & in conſulendo, & iudicando ſequendam, & contrariam opinionem malè magis communem appellatam eſſe, vt ibi per eum, *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 71. vbi de communi teſtatur, & hanc contrariam opinionem æquiorem appellat *Capic. Latro. deciſ.* 129. *num.* 20. *&* 36. *par.* 2. cum qua vti æquiori, & melioribus rationibus fulcita pertranſit *Andreol. controuerſ.* 38. *per tot.* benè comprobans, *& contr.* 109. *pariter per tot.* nouiſſimè *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 9. *in tit. de hærede, diſcurſ.* 20. *num.* 9. vbi dicit, hanc opinionem eſſe in *Rota*, *& Curia Romana* receptam; & contrariam reiectam, quam cum effectu ſequuta fuit *Rota vti veriorem deciſ.* 181. *num.* 4. *& num.* 9. *& ſeq. par.* 6. *recent. & deciſ.* 85. *numer.* 26. *par.* 9. *recent. tom.* 1. *& deciſ.* 466. *numer.* 29. *& ſeq. d. par.* 9. *recent. tom.* 2. *& deciſ.* 343. *numer* 40. *& ſeq. par.* 12. *recent.* cum qua vti equiori, & verè magis communi maximè propter *Rotæ Romanæ* authoritatem tranſeundum cenſeo.

392 Limita vtramquè opinionem, vt non habeant locum ſi hæres bona fide rem in Inuentario deſcribere omiſit, vel ignorans id fecit, quia tunc excuſatur, & gaudet beneficio Inuentarij, itaut vltra vires hæreditarias debita ſoluere non teneatur, vt docent *Phanuc. de inuent. par.* 3. *num.* 47. vbi dicit, prædicta habere locum, etiam ſi hæres per culpam leuem, vel leuiſſimam omiſit, rem aliquam apponere in Inuentario, ſecus ſi per culpam latam, quæ dolo æquiparatur, vt ibi per eum, & *Surd. deciſ.* 222. *n.* 13. *& ſeq.* vbi plures citat concordantes *Honded. conſ.* 34. qui loquitur etiam ſtante culpa, *& num.* 41. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 532. *num.* 19. *&* 27. *par.* 3. *Ciriac. dict. contr.* 326. *num.* 15. alios laudans, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 2. *num.* 53. *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 58. *Andreol. controuer.* 38. *num.* 9. *Hodiern. controuer.* 5. *num.* 32. *& ſeq. Capic. Latro. dict. deciſ.* 129 *num.* 12. *& ſeq. & num.* 21. *Rota deciſ.* 747. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & d. deciſ.* 181. *num.* 2. *par.* 6. *recent.* & ſentit adem *Rota apud Greg. XV. deciſ.* 169. *in princip.* Ea enim quæ per ignorantiam, per errorem, per ſimplicitatem, aut bona fide omittuntur, pęnam non merentur, vt dicit *gloſ. in l. ſi ſeruus, §. prætor ait, ff. de acquir. hæred. & Rota d. deciſ.* 181. *numer.* 3. *part.* 6. *recentiorum*.

393 Declara dictam limitationem, vt in dubio præſumatur hęredem per errorem, & ignorantiam id feciſſe, non autem per dolum, vt voluerunt *Surd. dict. deciſ.* 222. *num.* 11. *& ſeq. Gratian. dict. cap.* 532. *num.* 20. *& ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & *cap.* 720. *numer.* 9. *& ſeq. par.* 4. *& cap.* 998. *num.* 2. *par.* 5. *Ciriac. dict. controuer.* 326. *num.* 16. *Hodiern. dict. contr.*

controuerſ. 5. numer. 35. & ſeq. Capic. Latro. d. deciſ. 129. num. 12. & 22. vbi dicit, requiri dolum conuincentem, *Pract. Rdolph. dict. par. 1. cap. 9. num. 62.* vbi plures coniecturas dolum excludentes recenſet, & expreſsè tenuit *Rota apud Greg. XV. d. deciſ. 169. num. 1. & ſeq. & ibi Adden. littera H. & d. deciſ. 747. num. 4. par. 2. recent. & d. deciſ. 181. numer. 13. & ſeq. par. 6. recent.* vbi dicit, dolum eſſe manifeſtè probandum, & dolum in hoc caſu requiri dixit *Rota deciſ. 597. num. 4. par. 4. recentior.*

394 Dolum enim non præſumitur, ſed debet per allegantem probari, *leg. ſi creditor, 4. C. de pignor. action. l. dolum, 6. C. de dolo, l. quoties, 18. §. qui dolo, ff. de probat. vt not. Maſcard. de probat. concluſ. 532. num. 1. & ſeq. vol. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. numer. 14. & ſeq.* & in terminis noſtris *Gratian. dict. cap. 532. num. 27. Surd. d. deciſ. 222. num 11. Capic. Latro d. deciſ. 129. num 12. Hodiern. d. controuer. 5. num. 38. & Rota d. deciſ. 169. in princip. & d. deciſ. 747. num. 4. & d. deciſ. 597. numer. 4. part. 4. recentiorum.*

395 Quicquid contra ſupradicta ſcripſerint *Honded. conſ. 35. numer. 21. & ſeq. lib. 1.* dum ibi vult, dolum præſumi contra omittentem omnia in Inuentario deſcribere, & ſufficere dolum præſumptum ad priuandum hæredem beneficio Inuentarij, & *Calui. de æquit. lib. 2. cap. 181. num. 30.* volens, dolum præſumi ex omiſſione rei magni valoris in Inuentario, contra quos tenent Doctores, & Rota in locis ſupra proximè adductis.

396 Amplia dictam limitationem, quod hæres omittens bona fide, & per ignorantiam deſcribere in Inuentario aliquam rem hæreditariam nullam pœnam incurrat, & non teneatur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt eo magis habeat locum, ſi hæres proteſtetur in confectione Inuentarij, quod ſi plura inuenerit in hæreditate apponenda, illa in ea apponet; & ſi quæ appoſuit non apponenda, illa habeantur pro non appoſitis quia tunc eo magis dolum excluditur, & hæres ab omiſſionis pœna debet excuſari, vt tradunt *Surd. deciſ. 222. num. 21. & ibi Hodier. in princ. Phanuc. de Inuent. par. 3. num. 49.* vbi aliquos recenſet volentes, dictam proteſtationem non releuare, niſi doceatur de cauſis iuſtæ ignorantiæ, licet ipſe dicat ſtandum eſſe coniecturis, attenta qualitate perſonæ rerum, loci, & temporis, vt ibi per eum, & quod dicta proteſtatio tollat doli ſuſpicionem tenuerunt etiam *Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 720. num. 9. par. 4. & cap 998. numer. 13. part. 5. Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 8. num. 174 Pract. Rdolph. d. par. 1. cap. 9. num. 68. Hodiern. controuerſ. 5. num. 39. Capic. Latro. dict. deciſ. 129. num. 8. par. 2. & Rota apud Greg. XV. deciſ. 169. num. 4. & ibi Adden. num. 12. & deciſ. 747. numer. 4. part. 2. recentior.*

397 Limita tamen dictam ampliationem, vt non habeat locum quando conſtat, hæredem ſcienter omiſiſſe aliquam rem apponere in Inuentario, quia tunc dicta proteſtatio per eum facta illum non excuſat, quinimo cenſeatur, doloſè id omiſiſſe, vt declarant *Surd. deciſ. 216. num. 2. Phanuc. de inuent. par. 3. num. 49. Honded. d. conſ. 34. in fin. lib. 1. Balthaſ. Tomaſ.*

in

in dict. tit. 8. numer. 179. & num. 182. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 711. numer. 11. par. 4. Hodiern. ad Surd. d. deciſ. 222. per tot. Adden. ad Gregor. XV. d. deciſ. 169. num. 12. Capic. Latro. dict. deciſ. 129. num. 9. & Rota apud Duran. deciſ. 387. num 7.

398 Amplia ſecundo dictam limitationem, vt eo magis habeat locum, quando Inuentarium confectum fuit non per ipſum hæredem, ſed per Procuratores, & Miniſtros, vt ſolet ſæpè contingere in perſonis Nobilibus: quia tunc ſi aliquid fuerit omiſſum apponere in Inuentario non præſumitur doloſè commiſſum, & hæres non priuatur beneficio Inuentarij, vt tradit *Dominus meus Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 9. in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 20. num. 12. & diſcurſ. 22. num. 17.* vbi de inuentario facto per tutorem, & probauit *Rota d. deciſ. 181. numer. 15. & ſeq. part. 6. recent. & d. deciſ. 85. num. 24. part. 9. recent. tom. 1.*

399 Limita ſecundo dictam ſublimitationem, quod hæres malitioſè occultando bona hæreditaria amittat beneficium inuentarij, itaut teneatur ſoluere debita vltra vires hæreditarias, vt non habeat locum quando hæres beneficiatus rem minimi valoris occultauit, quia tunc non priuatur beneficio Inuentarij, nec tenetur ſoluere vltra vires hæreditarias, cum præſumatur per errorem id feciſſe, vt ſcripſerunt *Phanuc. de Inuentar. par. 3. num. 50. Honded. dict. conſ. 35. num. 9. & 67. lib. 1.* vbi dicit, minimum intelligi de duobus aureis, *Balth. Tomaſ. in dict. tit. 8. num. 171.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, in *Rota Lucenſi, Hodiern. ad Surd. dict. deciſ. 222. num. 6. Ciriac. d. controuer. 326. num. 18. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 2. num. 54. Pract. Ridolph. d. par. 1. cap. 9. numer. 65.* vbi hoc ampliat, maximè ſtante legalitate hæredis, vt ibi per eam, cum quibus pertranſit *Caluin. de æquit. cap. 181. num. 29. lib. 2.*

400 Modicum enim, & nihil æquiparantur, *l. quamuis, 32. ff. de condit. & demon. l. ſenatus, 45. §. marcellus, ff. de legat. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 44. numer. 39. lib. 1.* plenè *Buttigl. de ſucceſſ. theo. 64 num. 22.* Itaut de modicis non curet prætor, *l. ſcio, 4. ff. de reſtit. in integr. l. ſi oleum, 10. §. final. ff. de dolo, cap. cum te, 23. de ſent. & re iudic.* plenè *Tiraq. de iudic. in reb. exig. in princ.* & in modicis non præſumitur fraus, *l. cum his, 8 §. modus, ff. de tranſact. Pract. Ridolph. dict. par. 1. capit. 9. numer. 66.*

401 Limita tertio dictam ſublimitationem, vt non habeat locum quando hæres omiſit apponere in Inuentario bona ſtabilia, quia cum illa non poſſint occultari, ſed ſe ipſa exhibeant, vt dicit *tex. in l. 2. C. quom. & quib. quar. pars, lib. 10.* & ſint omnibus patentia, ideo illa hæres non præſumitur doloſè, & in fraudem, ſed potius per ignorantiam, vel inaduertentiam omiſiſſe, & ideo pati non debet aliquam pœnam, vt docent *Peregr. conſ. 19. ſub num. 40. & 41. lib. 4. Ciriac. dict. controuer. 326. num. 10. & ſeq.* latè comprobans, *& controuerſ. 415. num. 79. & ſeq. Andreol. d. controuerſ. 38. in fin. Pract. Ridolph. dict. par. 1. cap. 9. num. 64. Capic. Latro. d. deciſ. 129. num. 23. & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 169. num. 8. & apud Duran. d. deciſ. 387. num. 17. & 21.*

402 Do-

402 Dolus enim non cenſetur commiſſus in his, quæ de facili detegi poſſunt, vt not. *Vulpell. conſ. crim.* 129. *num.* 24. *Surd. deciſ.* 216. *ſub num.* 38. Et in re, quæ teſtibus poteſt eſſe nota, *Farinac. de pæn. temp. quæſt.* 89. *numer.* 63. cum aliјs relatis per *Ciriac. dict. controuerſ.* 326. *num.* 10. *& ſeq.* Et falſitatem non præſumi commiſſam coram multitudine perſonarum latè probaui *Ego alleg. Forenſ.* 89. *numer.* 53. vbi concordantes.

403 Declara modo ſupradictas limitationes, & ſublimitationes, in quibus fuit firmatum, hæredem omittentem apponere res hæreditarias in Inuentario amittere illius beneficium, ſeu ſaltem puniri in duplum rei omiſſæ, vt habeant locum probata per allegantem dicta omiſſione, & non appoſitione bonorum in Inuentario, alias ſecus; cum id debeat probari per allegantem, *Honded. conſ.* 35. *numer.* 3. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 998. *num.* 3. *part.* 5. *Surd. d. deciſ.* 222. *per tot.* quos referendo ſequitur *Rota apud Duran. dict. deciſ.* 386. *numer.* 24.

404 Alias limitationes, & declarationes ad materiam ſupradictæ limitationis, in qua habetur, quod hæres omittens aliquid deſcribere doloſè in inuentario non gaudeat illius priuilegio, & teneatur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias recenſent *Honded. dict. conſ.* 34. *& conſ.* 35. *vol.* 1. *Gratian. dict. cap.* 998. *par.* 5. *per tot. Ciriac. controuerſ.* 326. *per tot. Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuentar. tit.* 8. *num.* 160. *& ſeq. Adden. ad Greg. XV. dict. deciſ.* 169. *numer.* 12. *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 58. *& ſeq. & Capic. Latro. dicti deciſ.* 129. *per tot. par.* 2. quas vide per eos, cum noluerim agrum noſtrum, vt in adagio eſt, aliena ſegete fertiliorem reddere, neque hic totam Inuentarij materiam referre, quos conſulas.

405 Sublimita ſecundo dictam primam limitationem, quod hæres qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt non habeat locum quando hæres dictum Inuentarium confecit poſt tempus ei a lege ſtatutum, quia tunc dicto priuilegio non gaudet, *d. l. fin. §. ſi vero poſt. & ibi hoc not. gloſ. Bart. Bald. Iaſ. Alex. & communiter Doctores, C. de iure delib.* & vltra eos *Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit.* 8. *num.* 25. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & agit, Quid ſi dictus tempus ſit prorogatum a Iudice, vel a Principe, *Coſta. de ſcient. & ignor. diſtin.* 37. *num.* 4. *centur.* 1. plenè *Capic. Latro. d. deciſ.* 129. *num* 4. *qui num.* 15. *& ſeq.* diſputat, an prædicta habeant locum, quando illud fuit confectum poſt paucos dies poſt dictus tempus, & an modica mora poſſit purgari *Paul. Rub. de teſtam. cap.* 62. *numer.* 80. *& Rota deciſ.* 393. *num.* 16. *& deciſ.* 431. *num.* 16. *par.* 9. *recent. tom.* 2.

406 Declara dictam ſecundam ſublimitationem, quod tempus trium menſium datum a lege ad conficiendum Inuentarium currere incipit a die aditionis hæreditatis, non autem a die mortis defuncti, vt tenet *gloſ. in d. l. fin. §. ſin autem dubius, in verbo delatam, C. de iure delib.* quam eſſe communiter receptam teſtatur *Capic. Latro. dict. deciſ.* 129. *num.* 15. & idem tenuerunt *Paitell. ad expedit.* 72. *ſui patris, num.* 43. *Gratian. diſcept. Forenſ.*

cap.

cap. 563. num. 28. par. 3. latè comprobans *Ciriac. controuerſ.* 127. *numer.* 5. vbi teſtatur de communi opinione, & plures dat concordantes, cum quibus pertranſit *D. Deluca tom. 9. in tit. de hæred. diſcurſ.* 21. *num.* 5. *& Rota in Anconit. reſtit. in integr.* 24. *Ianuar.* 1642. *coram Eminentiſſ. Cerro*, §. *imò cum tempus &c. & in Roman. ſeu Vrbeuetan. pecuniar.* 27. *Nouembr.* 1647. *cor. R. P. D. Rotas*, §. *primo quia &c. & in Roman. fideicom. de Marianis*, 3. *Iunij* 1647. *coram eodem R. P. D. Rotas* §. *non obſtat, &c.*

407 Quicquid dictum terminum currere a die ſcientiæ, ſeu mortis voluerint Doctores relati per *Ciriac. dict. controu.* 127. *num.* 3. *& ſeq.* contra quos adeſt magis communis Doctorum opinio, de qua ſupra, & de qua teſtatur etiam *Dec. conſ.* 633. *num.* 2. dicens etiam ita ſeruari in practica.

408 Amplia dictam declarationem, vt Iudex non poſſit prorogare dictum terminum a lege ſtatutum ad conficiendum inuentarium, quia ſolemnitas eſt de forma, vt tradunt *Viuian. deciſ.* 335. & alij relati per *Nouar. deciſ.* 46. *per tot. & Capic. Latro. d. deciſ.* 129. *num.* 32. *par.* 2. *Balth. Tomaſ. de inuent. cap.* 3. *num.* 30.

409 Vtrum vero id poſſit fieri per Principem, inter Doctores eſt controuerſum, vide *Cucc. de morat. num.* 44. *& ſeq. Rolan. de inuent. par.* 3. *verſ. Item omittendum &c. Phanuc. de inuentar. par.* 2. *num.* 73. *& Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de Inuent. cap.* 3. *numer.* 35. *& ſequen.*

410 Amplia ſecundo dictam declarationem, vt non ſufficiat, quod hæres inuentarium incipiat intra dictum terminum, ſi extra terminum perficiatur, vt tradunt *Monticell. de inuentar. cap.* 8. *alias* 9. *num.* 5. *Cæphal. conſ.* 393. *num.* 70. *lib.* 3. *Alba. conſ.* 764. *num.* 48. quos referendo ſequitur *Balthaſ. Tomaſ. in d. tract. de inuent. cap.* 3. *numer.* 29.

410 Sublimita tertio dictam primam limitationem, vt habeat locum quo ad creditores citatos in Inuentarij confectione, ſecus verò quo ad non citatos, quorum intereſſe erat certum & notum, quia ipſos Inuentarium non afficit, & illis hæres tenetur ſoluere vltra vires hæreditarias, ac ſi inuentarium non confeciſſet, vt tradunt *Rolan. de Inuent. par.* 3 *verſ. Quid ſi aliquis &c Phanuc. de inuent. par.* 3. *num.* 2. vbi concordantes, *Gabr. conſ.* 132. *num.* 64. *lib.* 1. *Mangil. de euict. quæſt.* 55. *num.* 10. *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 8. *numer.* 92. *Gratian. diſcept Forenſ. cap.* 496. *numer.* 13. *par.* 3. *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 181. *num.* 26. *Adden. ad Gregor. XV. deciſ.* 137. *littera B.* & latè comprobat *Andreol. controuerſ.* 122. *num.* 5. *& ſeq. Capic. Latro. d. deciſ.* 129. *num.* 11. vbi hanc opinionem dicit æquiorem, quam tenuit *Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 473. *in princip. & ibi Adden. & deciſ.* 176. *num.* 2. *par.* 4. *recentior. tom.* 2. vbi dicit, idem eſſe quo ad legatarios non citatos, & deficientiam citationis probari ex reuolutione actorum, vt ibi per eam, cum quibus pertranſit *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 9. *in titul. de hæred. diſcurſ.* 14. *numer.* 12. *& diſcurſ.* 21. *numer.* 4. *& eadem Rota apud Buratt. deciſ.* 750. *num.* 5. *& apud Bich. deciſ.* 469. *& deciſ.* 482.

411 Quicquid ſenſerint *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 797. *num.* 16. *par.* 4. vbi

ſibi contrarius poſt *Vinc. de Franch. deciſ.* 229. per eum adductum hanc contrariam ſententiam dicit æquiorem; cum quo videtur pertranſire *Hodiern. controuer.* 5. *num.* 22. *& ſeq.*

412 Et quicquid ſenſerint *Ang. Roman. Alciat.* & alij relati per *Craſſ de ſucceſſ. lib.* 2. *art. Inuentarium, quæſt.* 9. *num.* 5. *verſ. contrarium &c.* volentes, Inuentarium ex omiſſione citationis alicuius creditoris recti reddi nullum quoad omnes, quam opinionem veriorem dicit *Craſſ. ibi*, licet aliam appellet communem eſſe, contra quos tenent alij Doctores omnes relati ſupra, & *Rota* pariter *vbi ſupra*.

413 Declara dictam tertiam ſublimitationem, quod Inuentarium quò ad creditores non citatos illos non afficit, & ideo hæres illis tenetur ſoluere vltra vires hæreditarias, vt habeat locum quoad creditores certos, & notos, ſecus tamen eſt quo ad creditores dubios, conditionales, vel litigioſos, quos ſufficit citare generaliter per proclama, ſeu per edictum, vt tradunt *Giouagn. conſ.* 19. *& conſ.* 20. *ferè per tot. lib.* 2. *Andreol. dict. controuerſ.* 122. *num.* 3. *D. Deluca in dict. tom.* 9. *in titul. de hæred. diſcurſ.* 17. *numer.* 3. vbi hanc declarationem dicit veram, & magis communem opinionem, & *Rota deciſ.* 202. *num.* 6 *par.* 11. *recentior.*

414 Declara ſecundo dictam tertiam ſublimitationem, vt habeat locum quo ad creditores certos qui ſunt præſentes, quia abſentes etiam certi non ſunt ſpecialiter citandi, ſed loco illorum ſunt adhibendi tres teſtes, vt declarant *Adden. ad Gregor. XV. dict. deciſ.* 473. *num.* 22. *Adden. ad Buratt. d. deciſ.* 750. *num.* 7. latè comprobantes, & dicentes, difficile reputari adeſſe creditores certos, cum quibus pertranſit *Rota deciſ.* 371. *num.* 5. *apud Card. Seraph. & deciſ.* 597. *numer.* 3. *part.* 4. *recentior. & apud Coccin. deciſ.* 151. *num.* 5. & alibi paſſim.

415 Sublimita quarto dictam primam limitationem, vt non habeat locum quando hæres petijt terminum ad deliberandum, quia tunc ſi adeat hæreditatem, licet poſtea conficiat inuentarium, adhuc tamen tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, *d. l. fin. §. ſin autem hoc*, & ibi hoc not. *Alber. Bart. Bald. Iaſ. Alex. & alij, C. de iure delib. Rolan. de inuent. par.* 4. *verſ. ſed quid dicimus &c. per tot.* vbi affert rationem, quia hæres petendo terminum ad deliberandum negligit auxilium *d. l. fin. C. de iure delib.* & ideo eius commodo gaudere non debet, & quia lex ſuſpicatur, quod dictum terminum petierit non ad verè deliberandum, ſed ad ſubtrahendum res hæreditarias, vt ibi per eum, & idem tradunt *Dilect. de arte teſtan. tit.* 11. *caut.* 8. *in princ. Gall. de except. par.* 3. *tit.* 2. *except. . . . numer.* 40. & poſt *Vinc. de Franch. deciſ.* 560. *num.* 8. *& 9.* per eum adductum not. *Balth. Tomaſ. in dict tract. de inuent. d. tit.* 8. *num.* 220. *& tit.* 13. *num.* 14.

416 Sublimita quinto dictam primam limitationem, vt non habeat locum ſtante ſtatuto mandante, quod hæres de beneficio Inuentarij non poſſit opponere, quia tunc licet hæreditatem adſerit cum dicto beneficio, adhuc tenetur debita defuncti perſoluere vltra vires hæreditarias, vt ſcripſerunt *Rolan. de Inuent. par. vlt. verſ. Papiæ extat &c. & verſ. ſeq.* vbi dicit in Ciuitate *Papiæ* adeſſe ſimile

Sta-

Statutum, & idem dicit *Phanuc. de inuent. par. 6. num.* 134. vbi dicit, hoc non habere difficultatem, & ſimile Statutum adeſſe etiam in *Ciuitate Florentiæ, & Senarum, Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 34. *num.* 20. *in fin. & cap.* 59. *num.* 9. *& ſeq. par.* 1. vbi dicit, idem operari Conſuetudinem, quod operatur Statutum, latè *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuentar. tit.* 17. *num.* 1. *& ſeq.* & dictum Statutum adeſſe in Ciuitate *Papiæ* teſtatur etiam *Coſta de ſcien. & ignor. diſt.* 37. *numer.* 10. *cent.* 1. & dictum Statutum auferens beneficium inuentarij adeſſe etiam in *Ciuitate Cortonæ*, præterquam quo ad Clericos, & Religioſos, & eorum hæredes teſtatur *Pract. Ridolph. dict. par.* 1. *cap.* 9. *numer.* 153. & in *Ciuitate Florentiæ, & Mediolani* teſtatur *D. Deluca in dict. titul. de hæred. diſcurſ.* 18. *numer.* 3.

417 Statutum enim derogare poteſt iuri communi, *l. omnes populi*, 9. & ibi not. communiter Doctores, *ff. de iuſtit. & iur.* & docent *Phanuc. de Inuen. par.* 6. *num.* 134. *Honded. conſ.* 4. *numer.* 89. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 157. *num.* 5. *par.* 1. *Ciriac. controu.* 393. *num.* 35. *& Rota deciſ.* 510. *numer.* 3. *par.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 126. *numer.* 14. *& ſeq. par.* 6. *recent.*

418 Sublimita ſexto dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt non habeat locum quando defunctus illi prohibuit inuentarij confectionem, vel quod inuentarij beneficio contra creditores non vtatur, quia tunc licet hæres inuentarium confecerit, tenetur tamen debita hæreditaria perſoluere vltra vires hæreditarias, vt tradunt *Rolan. de inuent. par.* 5. *verſ. Teſtator an prohibere &c. num.* 5. *& ſeq. Surd. deciſ.* 30. *numer.* 22. vbi teſtatur de communi opinione, & dicens ſufficere etiam tacitam voluntatem defuncti ex ſolis coniecturis elicitam *Mangil. de imput. quæſt.* 134. *per tot.* vbi hanc dicit magis communem Doctorum opinionem, *& in tract. de euict. quæſt.* 55. *numer.* 16. *& ſeq.* dicens, contrariam opinionem nullo modo eſſe recipiendam, *Canter. variar. reſol. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 235. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 711. *numer.* 41. *par.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 11. *num.* 76. qui teſtatur de veriori opinione *Marta de ſucceſſ. par.* 4. *quæſt.* 12. *art.* 5. *num.* 16. *Ciriac controuerſ.* 160. *numer.* 103. quam opinionem vti veriorem, & magis communem latè comprobant *Andreol. controuerſ.* 427. *per tot.* vbi contrarijs reſpondet, & nouiſſimè *D. Io: Baptiſt. Deluca in Theatr: verit. & iuſtit. tom.* 9. *in tit. de hæred. diſcurſ.* 18. *num.* 2. quam canonizauit etiam *Rota apud Card. Caual. deciſ.* 471. *num.* 1. *& ſeq.* & dixi etiam ſupra num. . . .

419 Teſtatori enim conceditur diſpoſitionem ſuam limitare, & qualificare prout ſibi placuerit in præiudicium eorum, qui habent cauſam ab eo *l. videamus*, 4. §. *iuraſſe, ff. de in lit. iur.* & not. *Gratian. dict. cap.* 711. *num.* 17. *Peregr. in dict. art.* 11. *num.* 76. *& Mangil. de euict. d. quæſt.* 55. *num.* 16. nec non *D. Deluca in dict. diſcur.* 18. *num.* 2. *&* 3. vndè cum legem ſcriptam reſiſtentem in iure non habeamus, ſtandum erit regulæ, *gloſ. in l. omnis diffinitio*, 203. *ff. de regul. iur. Peregr. d. art.* 11. *numer.* 76. Et cum Teſtatori liceat diſponere etiam de

rebus hæredis, ſicut de proprijs, *l. vnum ex familia, 69. §. ſi rem, & l. cum filius, 78. §. dominus, ff. de legat. 2. Surd. dict. deciſ. 30. numer. 22. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 648. num. 4.* plenè *Andreol. dict. controuerſ. 427. num. 2. verſ. ſecundo &c.*

420 Quicquid contrarium tenuerint *Bald. Guid. Papa, Crot. Bertaz. & Caſtr.* quos refert, & ſequitur *Phanuc. de inuentar. par. 2. numer. 69. Gizzarell. deciſ. 7. numer. 57. & Altograd. conſ. 84. numer 27. lib. 1.* & alij relati ſupra num. . . . quorum rationibus benè ſatisfaciunt *Surd. dict. deciſ. 30. per tot. & Andreol dict. controuerſ. 427. per tot.* & cum hanc contrariam opinionem meritò recipiendam non eſſe dixerit *Mangil. de euiction. dict. quæſt. 55. num. 18. in fin.*

421 Et quicquid ſit in caſu contrario, quando Teſtator remittit hæredi confectionem Inuentarij in eius fauorem, quia ſi tunc hæres illud legitimè non conficiat, tenetur ſoluere creditoribus debita defuncti vltra vires hæreditarias dicti Teſtatoris remiſſione non obſtante, vt voluerunt *Crauett. conſ. 174. num. 11.* vbi dicit, ita Doctores communiter tenere, *Rolan. de Inuent. part. vlt. verſ. Hæredi an remittere &c. per tot. Phanuc. in eod. tract. par. 2. numer. 68.* vbi dicit, de hoc neminem dubitare *Craſſ. de ſucceſſ. §. Teſtamentum, quæſt. 71. numer. 4.* vbi teſtatur de communi opinione, & benè declarat *Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 66. verſ. quò ad primum, &c. Peregrin. de fideicommiſſ. dict. art. 11. numer. 75. verſ. hæredibus autem &c. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 711. numer. 40. part. 4. Andreol. d. controuerſ. 427. num. 9. & ſeq.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, *& D. Deluca in Theat. verit. & iuſtit. tom. 9. in titul. de hæred. diſcurſ. 18. numer. 2. & ſeq.* vbi dicit, videri probabilius Teſtatorem neque poſſit illud remittere in præiudicium legatariorum, & fideicommiſſariorum, vt ibi per eum.

422 Teſtator enim Inuentarij confectionem in præiudicium creditorum remittere non valet, vt vltra Doctores ſupra proximè adductos tenent *Bart. Iaſ. Caſtr. Alex. Ripa. Crot.* & alij Doctores communiter in *leg. nemo poteſt, 58. ff. de lega. 1. Fachin. controuer. iur. lib. 6. cap 25. in princip.* vbi dicit, hoc eſſe clarum apud omnes *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuentar. tit. 18. numer. 8. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 59. num. 12. par. 1. & cap. 215. num. 20. part. 2. Mangil. de euictio. quæſt. 50. num. 14. & quæſt. 55. numer. 16. & in tract. de imput. dict. quæſt. 134. num. 5. Andreol. dict. controuer. 427. numer. 9. 10. & ſeq. & Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. numer. 32.* vbi dat concordantes quamplures.

423 Cum Teſtator creditoribus nullum valeat afferre præiudicium, vt not. *Crauett. dict. conſ. 174. num. 11. Clar. in dict. §. Teſtamentum, quæſt. 66. verſ. quo ad primum &c. Craſſ. de ſucceſſ. in §. Teſtamentum, quæſt. 71. numer. 4. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 711. numer. 40. Peregr. de fideicommiſſ. dict. art. 11. num. 75.*

424 Declara dictam ſextam ſublimitationem, quod ad effectum, vt Teſtator dicaſſe prohibuiſſe hæredi, ne conficiat inuentarium, & non vtatur illius beneficio ſufficiat non ſolum expreſſa voluntas Teſtatoris, ſed etiam tacita deſumpta ex coniecturis

vt declarant *Crauett. dict. conſ.* 174. *per totum*, *Surd. dict. deciſ.* 30. *numer.* 22. *& ſeq. & D. Deluca in dict. diſcurſ.* 18. *numer.* 4. vbi aliquas coniecturas recenſet.

425 Sublimita ſeptimo dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt non habeat locum quando promiſit nomine proprio ſoluere debita hæreditaria creditoribus obligando bona propria, quia tunc cum obligatio defuncti videatur nouata hæres per dictam promiſſionem videtur renunciaſſe beneficio inuentarij, & ſic poſſe conueniri nomine proprio, & non gaudere beneficio Inuentarij, vt voluerunt originaliter *Angel. conſ.* 31. *numer.* 6. *& ſeq. Dec. conſ.* 137. *ſub num.* 4. *& conſ.* 496. *numer.* 12. *Corn. conſ.* 31. *numer.* 11. *lib.* 3. *Gall. de except. par.* 3. *tit.* 2. *excep.* 5. *numer.* 42. *Rolan. de inuent. par.* 4. *verſ. beneficium Inuentarij per tot. Saluſt. in pract. lib.* 1. *capit.* 45. *in fin. Mangil. de euict. quæſt.* 50. *numer.* 10. *Surd. conſ.* 191. *numer.* 26. *& ſeq. & conſ.* 298. *num.* 19. *vol.* 2. *& conſ.* 540. *numer.* 17. *lib.* 4. *& deciſ.* 183. *num.* 11. *& deciſ.* 297. *num.* 10. *& ſeq. Marcell. Cala de modo artic. §.* 2. *gloſ. vnic. num.* 1012. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſum.* 109. *numer.* 48. *Gratian. diſcept. Forenſ. capit.* 264. *per tot. part.* 2. *& Ciriac. controuerſ.* 225. *numer.* 17. *& controuerſ.* 290. *in fin.* & communem hanc opinionem appellat *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 6. *in titul. de dote*, *diſcurſ.* 28. *num.* 2. & quando hæres ſe obligauit expreſſe non ſolum vti hæres, ſed etiam nomine proprio pro ſumma certa, *Rota deciſ.* 545. *num.* 1. *& ſeq. par.* 5. *recent. lib.* 2. *& deciſ.* 428. *num.* 6. *par.* 9. *recent. tom.* 2. & quando hæres in promiſſione de ſoluendo proprium intereſſe deduxit ei competens non vti hæredi, *Rota deciſ.* 135. *num.* 16. *par.* 9. *recent. tom.* 1. *& deciſ.* 21. *num.* 16. *par.* 10. *recent.*

426 Contrariam tamen opinionem, quod hæres promittens ſoluere debita defuncti etiam proprio nomine non teneatur vltra vires hæreditarias de proprio, cum regulare ſit, quod promiſſio non cenſeatur facta animo nouandi legalem promiſſionem, & cum non ſit veriſimile, quod quis voluerit ſe obligare in plus, quam facere teneatur tenuerunt originaliter *Cin. in l. fin. C. ad leg. falcid. Vincen. de Franch. deciſ.* 223. *per tot.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe æquiorem, & contrarium eſſe rigoroſam, & periculis plenam, *& deciſ.* 640. *num.* . . vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum per Senatum Neapolitanum, *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.* 9. *gl. ſ.* 5. *ſub numer.* 30. vbi teſtatur de veriori opinione *Balthaſ. de Ang. ad Gizzarell. deciſ.* 7. *numer.* 6. & hanc opinionem æquiorem, & ſecundum illam fuiſſe pluries iudicatum dicit *Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit.* 13. *numer.* 226. quam ſequuntur *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 132. *per totum*, dicens, ita fuiſſe judicatum, *Cancer. variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 20. *numer.* 308. *Minad. deciſ.* 25. *per tot.* & illam latè comprobat, & vti æquiorem, & veriorem eſſe ſequendam in iudicando dicit *Caluin. de æquit. cap.* 55. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 1. latè *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 49. vbi teſtatur de æquiori, & magis communi opinione, & ſecundum hanc opinionem fuiſſe deciſum

ſum

ſum iunctis quatuor Aulis in Senatu Neapolitano teſtatur *Capic. Latro. deciſ. 115. in princip. lib. 1. & ibi Adden. & deciſ. 148. numer. 18. par. 2.* cum quibus pertranſit *Cutell. de donat. par. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 1. numer. 40.* dummodo non adſit clauſula in ſollidum; vel non ſit facta expreſſa nouatio, vt ibi per eum, & quando non fuit facta nouatio, alias ſecus & fuit expreſſus titulus hæreditarius ſequitur *D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 6. in titul. de dote, diſcurſ. 28. numer. 9. & tom. 9. in titul. de hæred. diſcurſ. 8. numer. 14.* nec non *Salgad. in laber. credit. par. 3. cap. 11. numer. 93.* quam firmauit etiam *Rota deciſ. 392. num. 5. & ſeq. par. 1. recen. & deciſ. 700. num. 1. par. 3. recentior. & deciſ. 81. numer. 1. par. 10. recent. & deciſ. 58. num. 5. part. 11. recentior.* vbi hanc dicit eſſe magis communem opinionem; niſi ex qualitatibus obligationis appareat, hæredem beneficiatum voluiſſe ſe obligare de proprio, & renunciare beneficio Inuentarij, vt ibi per eam, & in *Anconitana reſtitution. in integr. 24. Iunij 1642. in fin. coram Eminentiſſ. Cardin. Cerro.*

Cum qua opinione vti æquiori, & magis communi ego ſemper tranſirem, non obſtante obligatione propriorum bonorum facta per hæredem beneficiatum, quæ non videtur inducere nouationem, cum illa ſolum operetur, quod creditor poſſit exequi facere in proprijs bonis hæredis pro quanto tamen eſt in hæreditate, & non vltra; vt tradunt *Minad. dict. deciſ. 25. ſub num. 7. verſ. non obſtat &c. & Rota d. deciſ. 58. numer. 6. part. 11. recentiorum.*

Verum cum iſta quæſtio fuerit antiqua inter Doctores, vt dicit *Rota apud Paciſ. de Sa utan. deciſ. 138. numer. 1.* & ſit ſatis intricata, & confuſa, vt videre eſt ex *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tractat. de inuentar. titul. 13. numer. 226. & numer. 232. & titul. 19. numer. 5. & ex Caren. reſolut. 157. per totum*, ideo illam plenius reaſſumpſi in articulo ſequenti, videas ibi ſi cupis.

427 Sublimita octauo dictam primam limitationem, vt non habeat locum quando hæres erat fideiuſſor defuncti, & ei hæres extitit cum beneficio inuentarij, quia ſi a creditoribus conueniatur vti fideiuſſor in nihilo ei prodeſt beneficium inuentarij, licet ſecus ſit ſi conueniatur vti hæres, vt tenuerunt *Phanuc. de inuentar. par. 5. num. 51. & part. 6. numer. 119. Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 2. cap. 13. numer. 20. verſ. quinto &c.* vbi teſtatur de communi opinione *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 2. ſect. 10. cap. 14. num. 19. Card. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 20. numer. 30. & ſeq. Gall. de except. par. 3. tit. 2. except. 5. numer. 48.* qui loquitur, quando hæres eſt correus defuncti, cum quo ad correum quod non gaudeat beneficio inuentarij quando conuenitur ex perſona ſua, alias ſecus pertranſit *Monticell. de inuent. quæſt. 132. numer. 62. & in Antiphan. num. 56.* & idem *Phanuc. de inuentar. part. 5. numer. 55. in fin.*

428 Fideiuſſoria enim obligatio quando fideiuſſor ſuccedit principali debitori, & illius adit hæreditatem cum beneficio inuentarij non extinguitur confuſione, ſi hæreditas non eſt ſoluendo, quia id reſultaret in damnum

creditoris, quod eſſe non debet, vt not. *Rolan. de inuent. par. 4. verſ. Quæritur & quoq. numer. 3. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Phanuc. de inuentar. part. 5, numer. 49. & ſeq. Pir. Maur. de fideiuſſ. dict. ſect. 10. cap. 14. numer. 19. Anton. Gomez variar. reſolut. dict. capit. 13. numer. 20. verſ. quinto &c. & Card. Mantic. de tacit. dict. tit. 20. num. 32.*

429 Licet regulariter quando fideiuſſor ſuccedit debitori principali obligatio fideiuſſoria extinguatur confuſione, & fideiuſſor liberetur *ad tex. in l. ſi cum, 95. §. quod vulgo,* & ibi Doctores, *ff. de ſolut. & in leg. ſi duo, 93. §. ſed ſi, ff. eod. titul. & in l. generaliter, 5. & ibi gloſ. & Doctor. ff. de fideiuſſ.* & not. *Pir. Maur. de fideiuſſ. dict. ſect. 10. cap. 14. numer. 17.* plures adducens ita ſentientes, *Anton. Gomez variar. reſolut. dict. cap. 13. numer. 20. dict. verſ. quinto &c. Cardinal. Mantic. de tacit. dict. lib. 16. titul. 20. in fine, & Theſaur. quæſt. Forenſ. 76. numer. 10. lib. 3.*

430 Quibus non obſtat, quod beneficium Inuentarij proſit in obligationibus mixtis a propria obligatione hæredis ortis iuncta hæredis aditione, vt not. *gloſ. Bart. Bald. Imol. Caſtren. Roman. Iaſ. & alij in l. quæ dotis, 34. ff. ſolut. matrim. & Rolan. de inuentar. part. 4. verſ. Inuentarij, &c.* Quia id habet locum in caſu *dict. l. quæ dotis* quando ſcilicet hæres antequam adiret non tenebatur ſoluere cum effectu, ſed liberabatur cedendo actionem, ſed poſt aditionem tenetur ſoluere, quia hæres, quia tunc ſi facit inuentarium ei prodeſt, vt declarat *gloſ. Bart. Bald. Imol. Caſtren. Alex. Roman. & Iaſ.* ibi, & poſt cum *Phanuc. de inuentar. part. 6. numer. 119. & Campeg. de dote, part. 3. quæſt. 114. in fin.* Id tamen non habet locum in fideiuſſore, vel correo, quorum obligatio non dicitur mixta, ita ut intrent not. per Doctores *in dict. leg. quæ dotis*, cum illorum obligatio ſit efficax a principio, & non recipiat fomentum ab hæreditatis aditione, vt malè ſentit *Montic. de inuent. quæſt. 132. numer. 6.* quem ſequitur *Gall. dict. except. 5. numer. 48.* & malè ſentit etiam *Pir. Maur. dict. cap. 14. numer. 20.* vt benè aduertit *Phanuc. de inuentar. par. 6. numer. 119.* vbi dicit *Monticell.* in hoc deceptum eſſe, & quod mixta obligationem de qua in *dict. l. quæ dotis* nihil commune habere cum obligatione correi, vel fideiuſſoris, ſed ab ea longe diſtare, vt ibi per eum, & fatetur idem *Montic. in Antiphan. num. 59.*

431 Sublimita nonò dictam primam limitationem, vt non habeat locum quando Inuentarium fuit per hæredem nulliter confectum, quia tunc hæres illius beneficio non gaudet, & ſic tenetur debita defuncti perſoluere vltrà vires hæreditarias, vt docuerunt *Honded. conſ. 34. numer. 19. lib. 1.* benè comprobans, *Gabriel conſ. 132. numer. 63. lib. 1. Ciriac. controuerſ. 160. numer. 95. Pract. Ridolph. part. 1. cap. 9. numer. 29. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 496. numer. 2. & ibi Adden. littera A. & deciſ. 249. numer. 23. & 28. part. 9. recentior. tom. 1. & deciſ. 413. numer. 56. & 109. dict. part. 9. recentiorum tom. 2. & deciſ. 58. numer. 6. part. 10. recentior.*

432 Cum

432 Cum idem ſit, inuentarium non eſſe factum, & illegittimè, & nulliter fuiſſe factum, vt not. *Honded. d. conſ. 34. num. 13. lib. 1. Ciriac. d. contr. 160. num. 91. & ſeq. Pract. Rodolph. dict. par. 1. cap. 9. num. 29. D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in tit. de hæred. diſcurſ. 21. num. 3. & Rota apud Greg. XV. d. deciſ. 496. num. 2. & ibi Adden. littera A. & d. deciſ. 58. num. 6. par. 10. recent.*

433 Declara dictam nonam ſublimitationem, quod inuentarium dicitur legittimè confectum quando illud factum fuit cum omnibus illis ſolemnitatibus, quæ de more, ſeu ſtilo regionis adhiberi ſolent, quod ſufficere licet in ſcrupuloſa iuris diſpoſitione, aliquid plus requireretur, habetur apud *Capic. deciſ. 101. numer. 3. Amend. ad Franch. deciſ. 124. in fin.* quos refert, & ſequitur *D. Deluca dict. tom. 9. in tit. de hæred. diſcurſ. 17. numer. 2. & Rota apud Cardinal. Caualer. deciſ. 508. num. 7. & deciſ. 331. numer. 14. par. 5. recentior.* licet enim *Rota* antiqua nimis rigidè admiſerit inuentarij nullitatem ob omiſſam aliquam ſcrupuloſam ſolemnitatem, Iuxta tamen æquiorem ſententiam, vbi non conſtat, id ex dolo, & fraude poſitiua geſtum eſſe, recipiendum non eſt, vt benè declarat *D. Deluca in dict. diſcurſ. 17. numer. 2. & Rota apud Duran. deciſ. 287. numer. 17. & 18. & deciſ. 202. num. 6. & 7. par. 11. recent. & deciſ. 272. numer. 2. & 8. par. 14. recentior.*

434 Sublimita decimo, & vltimo pro nunc dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt nō habeat locum quando defunctus tenebatur præcisè ad factum, vt poſt *Cin. Anch. & Guid. Pap.* per eum relatos tradit *Gall. dict. except. 5. num. 47.* nec non *Surd. d. deciſ. 30. num. 12. & 31.* vbi reprobat *Marcabr.* contrarium ſentientem in *conſ. 3. num. 53. & ſeq.* licet hæc vltima ſublimitatio non benè valeat adaptari ſupradictæ limitationi, in qua habetur, quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, ſublimitatio verò de obligatione præciſa puta ſoluendi in pecunia, quod eſt quid diuerſum a dicta limitatione, Quia tamen caſus eſt frequens in practica, ideo nolui illum omittere.

435 Declara primo dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt præcipuè hæres non teneatur illa ſoluere de illa quantitate, quæ ei a creditoribus anterioribus hæreditarijs remiſſum, & condonatum fuit, quia hoc dicitur acquiſitum ex induſtria ipſius hæredis, vt tradunt *Thor. in compend. deciſ. part. 1. verſ. augmentum hæred. Noguero. allegat. 11. numer. 121.* quos refert, & ſequitur *Salgad. in laber. creditor. part. 2. capit. 20. numer. 12. 13. & 14.* vbi alias ponit declarationes ſupradictæ admodum ſimiles.

436 Declara ſecundo dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt teneatur tamen illa ſoluere creditoribus de fructibus per eum perceptis ex bonis hæreditarijs poſt aditam hæreditatem, vt tradunt *Phanuc. de inuentar. part. 3. numer. 35. & ſeq.*

& ſeq. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in *Rota Lucana*, *Laderch. conſ. 8. num. 1. & ſeq. Peregr. de fideic. art. 49. num. 77. in fin.* licet dicat, vidiſſe diuerſimodè in hoc iudicari, & ſecus eſſe quò ad legatarios, vt ibi per eum, *Surd. deciſ. 92. numer. 5. Hodiern. ad Surd. deciſ. 97. num. 14. Ciriac. contr. 294. num. 17. Vinc. de Franch. deciſ. 613. numer. 19. & Rota, deciſ. 304. num. 3. par. 5. recent. & deciſ. 131. numer. 2. par. 6. recent. & deciſ. 535. numer. 5. par. 5. recen. lib. 2.*

437 Cum ea quæ hæreditati accedunt poſt aditionem illam augeant, *l. item veniunt, 22. §. item non ſolum, & ibi gloſ. ff. de petit. hæred. l. ſed & ſi 28. §. augent. cum leg. ſeq. ff. eod. tit. l. 2. in fin. C. de petit. hæred.* & not. *Laderch. dict. conſ. 8. in princip.* & vltra Doctores ſupra adductos *Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 540. numer. 17. par. 3.* Hæres verò tenetur ſoluere debita defuncti iuxta vires hæreditarias, *dict. l. fin. §. & ſi præfatam, & ibi hoc not. Doctores communiter, C. de iur. delib.* & ſic etiam de fructibus, vt tradunt *Doctor. ſupradicti.*

438 Maximè cum Inuentarium licet operetur, quod hæres nullum damnum ſentire debeat *d. l. fin. §. & ſi præfatam, C. de iure delib.* & not. *Ciriac. controuer. 326. num. 19. & controuer. 528. numer. 27. Pract. Ridolp. part. 1. cap. 9. num. 154. & Rota apud Merlin. deciſ. 796. num. 6. par. 2.* & dixi plu-

439 ries ſupra. Hæres tamen per illius beneficium nihil debet lucrari, donec hæreditarijs creditoribus ſit ſatisfactum, *Laderch. dict. conſ. 8. numer. 1. Ciriac. controuerſ. 275. numer. 17. Rota dict. deciſ. 535. num. 4. par. 5. recent.* & apud *Merlin. dict. deciſ. 796.* *numer. 7.* Prout lucraretur dum faceret fructus ſuos, vt aduertunt *Laderch. & Rot. vbi ſupra.*

440 Subdeclara primo dictam ſecundam declarationem, vt habeat locum ſi creditores hæreditarij ſint detecti, & vrgeant hæredem pro conſequutione eorum creditorum, quia tunc per dictam vrgentiam hæres dicitur conſtitui in mala fide, & rei non facit fructus ſuos, ſecus tamen eſt, ſi creditores non ſint detecti; & non vrgeant hæredem pro conſequutione eorum creditorum, quia tunc hæres dicitur eſſe in bona fide, & facit fructus ſuos, cum ad illorum acquiſitionem ſufficiat bona fides media, quamuis non poſitiuè bona, dummodo non ſit poſitiuè mala, quam ſufficit abeſſe, ita vt non ſufficiat notitia exiſtentiæ creditorum, vt declarant *Munoz. de ratiocin. cap. 9. num. 76. & ſeq. Andreol. controu. 117. num. 8. & ſeq.* vbi latè comprobat, & omnibus contrarijs reſpondet, vt per eum ibi eſt videre, *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in tit. de hæred. diſcur. 20. numer. 16. & Rota deciſ. 259. num. 8. & ſeq. & deciſ. 304 num. 3. par. 5. recent. & deciſ. 131. num. 3. & ſeq. par. 6. recent. & apud Cardinal. Ottob. deciſ. 47. num. 6. & 7.*

441 Cum hæreditas adita non dicatur amplius hæreditas, ſed proprium hæredis patrimonium, vt not. *Cardin. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 1. num. 14. Surd. deciſ. 144. numer. 14. & deciſ. 310. num. 11. & Andreol. dict. controuerſ. 117. num. 9.* Igitur ratione dominij fructus ex hæreditate perceptos hæres ſuos facit propter poſſeſſionem, bonam fidem titul. pro hærede adiunctam, vt arguunt *Munoz. dict.*

dict. cap. 9. numer. 79. & Andreol. dict. controuerſ. 117. numer. 9. & ſeq. latè comprobans, *& Rota dict. deciſ. 131. num. 3. & ſeq. par. 6. recen.*

442 Subdeclara ſecundo dictam ſecundam declarationem, vt non habeat locum quando hæres beneficiatus eſt creditor defuncti, quia tunc ſi eſt anterior pro rata ſui crediti ad effectum lucrandi fructus, quicquid ſit quo ad effectum acquirendi dominium poteſt accipere tot de bonis hæreditarijs imò præſumitur illa accepiſſe etiam non citatis creditoribus, & ſine Decreto Iudicis, & ſic lucratur fructus, & non tenetur illos reſtituere creditoribus, vt tradunt *Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 14. num. 68. & ſeq. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 37 num. 1. 2. & ſeq. D. De luca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in tit. de hæred. diſcurſ. 18. numer. 9. & diſcurſ. 28. num 6. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & *Rota apud Card. Celſum, deciſ. 47 num. 9. & ſeq. & deciſ. 332. num. 3. & ſeq. par. 13. recent. & deciſ. 165. num. 12. par. 12. recent. & deciſ. 79. num. 21. par. 13. recent.*

443 Limita ſecundo principaliter dictam decimam ſextam ampliationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti de ſuo proprio etiam vltra vires hæreditarias, vt non habeat locum quando hæredes fatentur in hæreditate non adeſſe alia bona, quia tunc hæres non tenetur ſoluere niſi vſque ad quantitatem bonorum confeſſatorum etiam non confecto inuentario, vt tradunt *Maſcard. de probat. concluſ 851. numer. 10. lib. 2. Mangil. de euict. quæſt. 50. num. 15. & de imput. quæſt. 132. num. 35. Phanuc. de inuent. par. 7. numer. 278.* vbi hoc extendit etiam quò ad legatarios, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 656. num. 14. par. 4.* vbi dicit, idem eſſe ſi aliundè conſtet non adeſſe alia bona, *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuentar. tit. 15. num. 70. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. numer. 33. Ciriac. controuerſ. 5. numer. 85. & Capic. Latro. deciſ. 44. num. 20. par. 1. Pract. Ridolph. par. 1. cap. 9. num. 131. & ſeq.* itaut hæc limitatio dici poſſit communiter recepta per Doctores.

444 Diſpoſitio enim legis volens, hæredem adeuntem hæreditatem ſine beneficio Inuentarij teneri ad ſoluendum debita defuncti vltra vires hæreditarias de proprio dicitur fundata in illa præſumptione, quod hæres alias præſumatur ſubtraxiſſe bona hæreditaria *ad tex. in §. ſancimus, auth. de hæred. & falc.* & tradunt *Rolan. de inuent. par. vlt. verſ. ſed dubitatio &c.* vbi reſpondet *Alex. & Imol.* contrarium tenentibus *Vinc. de Franch. deciſ. 536. numer. 13. & ſeq. Adden. ad Rot. deciſ. 192. num. 160. & numer. 177. par. 9. recent. tom. 1. Caren. reſol. 240. num. 4. Andreol. controuerſ. 101. num. 5.* plene *Salgad. in laber. credit. par. 2. cap. 1. num. 12.*

445 Quæ præſumptio quatenus verum eſſet, quod eſſet præſumptio iuris, & de iure, itaut non admittat probationem in contrarium, vt voluerunt *Rolan. Vinc. de Franch. & Salgad.* vbi ſupra proximè, cum dictam præſumptionem impugnent latè *Phanuc. Vaſq.* & alij relati per me *ſupra numer. 275.* illa tamen tolleretur per confeſſionem partis vt not. *Menoch. de arbitrar. caſu 484. numer. 5. & Adden. ad Pattell. expedit. ciuil. 82. num. 132.* & de-

& declarant *Maſcard. de probat. concl.* 851. *numer.* 11. *& Phanuc. de Inuent. par.* 7. *numer.* 279. licet contrarium ſenſerit *Vinc. de Franch.* vbi ſupra.

446 Ceſſante autem ratione legis ceſſat ipſa lex, *l. adigere*, 6. §. *quamuis*, *ff. de iurepatr. l. quod dictum*, 33. *ff. de pact. cap. cum ceſſante*, 60. *de appellat.* cum alijs apud *Barboſ. axiom.* 40. *num.* 4. *& ſeq.* vbi plenè.

Quibus non obſtat, quod hæres adiens hæreditatem ſine beneficio Inuentarij teneatur ſoluere debita hæreditaria vltra vires hæreditarias, non ſolum ex vi dict. præſumptionis ſubtractionis bonorum hæreditariorum, ſed etiam, quia adeundo hæreditatem cenſetur quaſi contrahere cum creditoribus, & legatarijs, & ſic tenetur etiam ex quaſi contractu *ad tex.*

445 *in l. apud Iulianum*, 3. §. *fin. ff. ex quib. cau. in poſſeſſ. eat & in l. ex maleficijs*, §. *ſi quis abſentis*, *ff. de action. & oblig.* & tradunt *Honded. conſ.* 34. *numer.* 25. *vol.* 1. *Gratian. diſcept. Foren. cap.* 657. *num.* 45. *par.* 4. *& cap.* 839. *num.* 4. *par.* 5. *Ciriac. controuer.* 519. *numer.* 23. *Andreol. controuerſ.* 200. *numer.* 4. *& ſeq. & Rota deciſ.* 477. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* Itaut intret regula, Quod quando diſpoſitio habet duas cauſas, ſeu rationes, vna ceſſante, & altera remanente non ceſſat diſpoſitio, §. *affinitatis*, *& ibi Aret. in princip. Inſtit. de nupt. cum ſimil.*

446 Quia verior eſt opinio, quod hæres adeundo hæreditatem non dicitur quaſi contrahere cum creditoribus, ſed tantum cum legatarijs, & ideo creditoribus non tenetur ſoluere debita ex quaſi contractu, vt voluerunt *Surd. conſ.* 112. *numer.* 69. *vol.* 1. *& conſ.* 196. *num.* 59. *& conſil.* 221. *num.* 26. *lib.* 2. *& conſ.* 425. *numer.* 29. *lib.* 3. *& deciſ.* 10. *num.* 5. *& deciſ.* 310. *num.* 3. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 981. *num.* 17. *& ſeq. par.* 5. alios adducens concordantes *Craſſ. de ſucceſſ. lib.* 2. *artic. Acquiſ. hæredit. quæſt.* 19. *num.* 3. vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, & dixi ſupra in hoc 15. art. num. 26.

447 Limita tertio dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum quando obligatio defuncti ex legis, vel Teſtatoris diſpoſitione eſt reſtricta ad vires patrimonij, vt eſt onus dotandi, & ſimilia, quia tunc hæres non tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti vltra vires hæreditarias, etiam non confecto Inuentario, vt ſcriptum reliquerunt *Phanuc. de inuent. par.* 7. *num.* 60. vbi ex *Caſtr.* per eum adducto declarat, hoc non habere locum quando dos fuiſſet per Patrem legata in certa quantitate, vt ibi per eum, *Mangil. de euict. quæſt.* 50. *num.* 22. *Gratian. diſcep. Forenſ. capit.* 656. *numer.* 17. *par.* 4. *Ciriac. controuerſ.* 5. *num.* 167. *& ſeq.* vbi infert, filium hæredem patris ſine beneficio inuentarij non teneri ad ſoluendum vltra vires hæreditarias legittimam alteri filio Teſtatoris, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.* 9. *gloſ.* 5. *numer.* 38. *in fin.*

448 Limita quartò dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum quando Teſtator iuſſit de, in, & ſuper ſuis bonis debita illius eſſe ſoluenda, & ſi commodè erit, vel cum potuerit, & ſimil. quia in dictis caſibus hæres non tenetur ſoluere debita heræditaria de proprio, & vl-

tra

tra vires hæreditarias etiam inuentario non confecto, vt voluerunt *Borgnin. de vſufruct. num. 16. in fin. Aldat. conſ. 486. numer. 18.* quem referendo ſequi videtur *Surd. dict. deciſ. 30. num. 21. & 22. Mangil. de cutel. dict. quæſt. 50. numer. 21. Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuentar. tit. 15. numer. 44. & Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. num. 38.*

449 Contrarium tamen tenuit *Rolan. de inuent. par. 5. verſ. quid quando Teſtator &c. verſ. ſed his non obſtantibus &c.* cum quo omninò tenendum cenſeo duplici ratione, & primo quia eo ipſo quod hæres adit hæreditatem ſine beneficio inuentarij quæritur ius creditoribus hæreditarijs, ad exigenda illorum credita contra hæredem etiam ſi bona hæreditaria non ſufficiant *dict. l. fin. §. ſi vero poſtquam, C. de iure delib.* & not. etiam *Rolan. vbi ſupra*, Quod quidem ius per Teſtatorem ipſis creditoribus auferri non poteſt, cum eis non poſſit vllo pacto præiudicare, vt tradunt *Crauett. conſ. 174. num. 11. Clar. in §. Teſtament. quæſt. 66. verſ. quo ad primum &c. Craſſ. de ſucceſſ. §. Teſtamentum, quæſt. 71. numer 4. Peregr. de fideicom. art. 11. numer. 75. & Gratian. diſcepta. Forenſ. cap. 711. num. 40. par. 4.* meritò &c.

450 Secundo quia Teſtator expreſsè hæredi beneficium inuentarij in præiudicium creditorum, itaut eis non teneatur vltra vires hæreditarias remittere non poteſt, vt tradunt *Surd. dict. deciſ. 30. in fin. Facbin. controuerſ. iur. lib. 6. cap. 25.* vbi dicit hoc eſſe notum apud omnes, *Adden. ad Patell. expedit. ciuil. 72. num. 89.* plenè *Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. numer. 32. & D. Deluca in Theatr. verit. & inſt. tom. 9. in titul. de hæred. diſcurſ. 18. num. 2. verſ. vnum vbi &c.* Ergo neque tacitè id facere poterit, *cap. cum quid vna via, 84. de regul. iur. in 6.* cum alijs apud *Barboſ. axiom. 193. in princip.*

451 Ex quibus colligitur ſupradictos Doctores fuiſſe errore lapſos, & ipſos eſſe intelligendos, vt loquantur non quo ad debita, ſed quo ad legata, quando ſcilicet Teſtator mandat legata perſolui debere de, vel ſuper bonis ſuis, vel ſi commodum erit, & ſimilia, quia in dicto caſu ſi hæres adeat hæreditatem ſine beneficio Inuentarij non tenetur ad ſolutionem dictorum legatorum vltra vires hæreditarias, quaſi Teſtator voluerit illorum ſolutionem reſtringere ad vires bonorum ſuorum, prout loquuntur Doctores adducti per *Borgni. Surd. Mangil. & Balth. Tomaſ.* in locis ſupra citatis, & præcipuè *Crauet. conſ. 187. num. 4. Phanuc. de Inuent par. 7. num. 51.* vbi plures dat concordantes, & de communi opinione teſtantes, *Gratian diſcept. Forenſ. cap. 34. numer. 23. & cap. 116. numer. 22 par. 1. & cap. 656. numer. 15 & ſeq. par. 4. Merlin. de legitt. lib. 3. tit. 2. quæſt. 24. numer. 25. Surd. de aliment. titul. 8. priuil. 13. numer. 4. & Capic. Latro. deciſ. 44. numer. 3. par. 1.*

452 Cum legatarijs Teſtator vti habentibus cauſam ab eo poſſit quamlibet legem imponere, *l. videamus, 4. §. iurare, ff. de in lit. iurand.* & not. *Crau. conſ. 174. num. 11. Gratian. diſceptat. Forenſ. cap 711. num. 17. par. 4. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 11. numer. 76. Mangil. de tutel. quæſt. 55. numer. 16.* & alij adducti ſupra in hoc 15. artic. numer. . . .

453 Li-

453 Licet contrarium, quod imò hæres teneatur vltra vires hæreditarias non confecto inuentario etiam legatarijs non obſtantibus dictis verbis Teſtatoris poſt *Barb. Io. de Petru. Moder. Peruſ. Fabia. de Pepis*, & alios per eum relatos tenuerit *Rolan. de inuent. dict. par. 5. dict. verſ. & quando Teſtator &c. numer. 3. verſ. quibus non obſtantibus &c.* cum quibus videtur ſentire *D. Deluca in dict. tit. de hæred. diſcurſ. 18. num. 2. verſ. alterum vbi &c.*

454 Limita quinto dictam decimam ſextam amplia tionem, vt non habeat locum quando vna tantùm res reperitur in hæreditate, quia tunc hæredem non teneri ad ſoluendum debita hæreditaria vltra vires hæreditatis, etiam non confecto inuentario ſcripſerunt *Mangil. de euict. d. quæſt. 50. num. 16.* vbi dicit, hoc habere locum etiam quando hæreditas eſſet certa, vt ibi per eum, qui dat concordantes, & quando hæres probaret, nihil aliud in hæreditate remanſiſſe tradit *Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. Inuentarium, quæſt. 22. in fin.* nec non *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de Inuent. tit. 15. numer. 125. & Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. numer. 36.* & quod quando eſt certus ſtatus hæreditatis omiſſio Inuentarij non præiudicet not. *D. Io. Baptiſt. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in titul. de hæred. diſcurſ. 23. num. 10.* qui allegat *Rot. apud Roias, deciſ. 428.*

455 Amplia primo dictam quintam limitationem illatiuè, vt habeat locum etiam in hærede donatoris, qui donauit omnia illius bona reſeruata ſibi certa quantitate ad effectum teſtandi, quia ſi illius hæres non conficiat inuentarium, non tenetur creditoribus niſi vſquè ad quantitatem reſeruatam, cum aliud in hæreditate adeſſe non potuerit, ſaltem iuris præſumptione, vt voluerunt *Caner. variar. reſol. par. 3. cap. 2. num. 113.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, & *Capic. Latr. deciſ. 44. numer. 4. & ſeq. & num. 20. & ſeq. par. 1.* vbi hoc benè declarat, cum quibus pertranſit *Salgad. in laber. creditor. par. 2. cap. 1. num. 34.*

456 Amplia ſecundo dictam quintam limitationem, vt eo magis habeat locum quando in hæreditate nihil reperitur, quod ſit deſcribendum, quia tunc hæres non tenetur ſoluere creditoribus debita hæreditaria de proprio etiam non confecto Inuentario; vt docent *Mangil. de euict. dict. quæſt. 50. numer. 18. Craſſ. de ſucceſſ. in dict. art. Inuentarium, quæſt. 22. in fin. Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 15. num. 125. & Giurb. ad Conſuet. Meſſan. dict. gloſ. 5. num. 36.*

457 Amplia tertiò dictam quintam limitationem vt habeat locum etiam ſi aliqua res reperiatur in hæreditate; ſed tamen expenſa in conficiendo Inuentarium ſuperat valorem illius rei, vel rerum in hæreditate repertarum, quia tunc hæres excuſatur a confectione Inuentarij, & non tenetur ad ſoluendum debita defuncti vltra vires hæreditarias, vt tradunt *Rolan. de inuentar. par. 2. verſ. quadrageſimo nono &c. per tot. Surd. de aliment. titul. 8. priuil. 50. num. 101. Craſſ. de ſucceſſ. in dict. art. Inuentarium, quæſt. 4. in fin. Mangil. de euict. d. quæſt. 50. numer. 17.* vbi plures dat concordantes *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 15. num. 89. & Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. gloſ. 5. num. 36.*

458 Li-

458 Licet de veritate huius ampliationis dubitauerit *Phanuc. de inuent. part. 7. num.* 271. volens ſolum hoc habere locum in Inuentario tutoris, vel alterius adminiſtratoris, non autem in Inuentario hæredis, vt ibi per eum.

459 Limita ſexto dictam decimam ſextam ampliationem, vt nō habeat locum quando hæres dolo creditorum fuit inductus ad adeundam hæreditatem, quia tunc non tenetur perſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias etiam non confecto inuentario, vt voluerunt *Montic. de inuent. quæſt.* 228. *num.* 50. *inter tract. de inuent. Phanuc. pariter de inuent. par.* 7. *num.* 270. vbi alios dat concordantes, *Gall. de excep. par.* 3. *tit.* 2. *excep.* 5 *numer.* 54. *& Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 15. *num.* 53.

460 Ex dolo enim ſuo nemo lucrum conſequi debet, *l. nec ex dolo*, 13. *ff. de dolo malo*, *Surd. conſ.* 15. *numer.* 13. *lib.* 1. *Grattan. diſcept. Forenſ. cap.* 849. *numer.* 11. *& cap.* 906. *numer.* 12. *par.* 5. *Ciriac. controuerſ.* 178. *numer.* 64. plenè *Barboſ. axiom.* 76. *num.* 5.

461 Licet contrarium tenuerit *Barba. in cap. Rainaldus*, 18. *col.* 51. *verſ. ſexto limita &c. de teſtam.* quem refert, & ſequi videtur *Rolan. de inuent. par. vlt. verſ. quid dicendum &c.* & id eſſe intelligendum quò ad legatarios dolo ad adeundum inducentes tantum dixit *Mangil. de imputat. quæſt.* 132. *numer.* 45. quem refert *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuentar. titul.* 15. *num.* 54.

462 Limita ſeptimo dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum in hærede, qui coactè adiuit hæreditatem, quia ipſe non tenetur ſoluere debita hæreditaria de proprio etiam inuentario non confecto, vt poſt *Gugl. de Benedic. in cap. Rainutius*, 18. *par.* 1. *verſ. ſi abſquè liberis il ſecondo, numer.* 78. *& ſeq. de teſtam.* per eum relatum tradit *Gall. de except. d. excep.* 5. *num.* 61.

463 Hæres enim qui coactè adiuit hæreditatem nequè commodum, nequè incommodum ex ea ſentire debet *leg. quia poterat* 4 *l. ita tamen*, 27. *§. qui ſuſpectam*, *& §. ſi perceptis*, *ff. ad Trebell.* & tradunt etiam *Gall. d. excep.* 5. *numer.* 61. *Peregr. de fideicom. art.* 2. *numer.* 86. vbi dicit, hæredem ſic coactum adire non teneri creditoribus hæreditarijs ſoluere, etiam ſi poſt aditionem, & compulſionē fideicommiſſarius decedat ante factam reſtitutionem, vt ibi per eum, & in *tract. de iure fiſc. lib.* 2. *titul.* 7. *numer.* 20. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 600. *numer.* 23. *& Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. decad.* 1. *in tract. de indignat. capit.* 7. *numer.* 330.

464 Limita octauo dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum coram Supremis iudicibus, quorum munus eſt iudicare ſola facti veritate inſpecta, qui ideo non compellunt hæredem ad ſoluendum vltra, quam ſit in hæreditate, vt not. *Phanuc. de inuent par.* 7. *num.* 280. qui alios dat concordantes, *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 13. *numer.* 2. *Grattian. diſcept. Forenſ cap.* 34. *num.* 20. *par.* 1. *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 15. *num.* 77. *& Ciriac. controuerſ.* 5. *num.* 87.

465 Limita nono dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum quando ſtatutum tolleret pœnas hæredi non conficienti inuenta-

rium

rium impoſitas, quia tunc hæres non tenetur ſoluere debita hæreditaria de proprio inuentario non confecto, vt poſt *Caſtren.& Alciat.* per eum relatos tradit *Phanuc. de inuentar. par. 6. num.* 138. vbi dicit, hoc eſſe ita clarum, vt alia non indigeat comprobatione, quem ſequitur *Balthaſ. Tomaſ. in. dict. tract. de inuentar. titul.* 15. *num.* 130.

466 Limita decimo dictam decimam ſextam ampliationem, vt non procedat quando Inuentarium hæredi a creditoribus remiſſum fuit, quia tunc ſi hæres illud non conficiat, non tenetur ſoluere debita hæreditaria de proprio vltra vires hæreditarias, vt ſcripſit *Monticell. de inuent. quæſt.* 223. *num.* 35. *& ſeq. inter tract. de inuent. diuerſ.* vbi habetur, an illud remittendum ſit ab omnibus creditoribus, vel ſufficiat maior pars, & alia ad materiam, cum quo pertranſit *Balth. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit,* 15. *numer.* 113.

467 Limita vndecimo dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum in hærede, qui eſt miræ bonitatis, & ſanctitatis, qui non tenetur perſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, etiam non confecto inuentario, cum in eo videatur ceſſare præſumptio ſubreptionis bonorum, de qua habetur *in* § *ſancimus, Auth. de hæred. & falcid.* vt tenent *Montic. de inuent. dict. quæſt.* 228. *numer.* 36. *inter tractat. de inuentar.* vbi dicit, hoc maximè habere locum, ſi dictus hæres ſuccederet vti exoneraturus conſcientiam defuncti, vt ibi per eum, & idem tenuit in *Antiphan. numer.* 36. *Cala de modo artic.* §. 2. *gloſ. vnic. num.* 1019. *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 15. *num.* 111. licet contrarium tenuerit *ibi num.* 23. *vt infra dicam.*

468 Contrarium tamen tenendum eſſe benè comprobat *Rolan. de inuent. part. vlt. verſ. homo magnæ &c. numer.* 4. *& ſeq. Phanuc. de inuentar. part.* 2. *numer.* 74. vbi dicit, contrariam opinionem non habere ſolidam rationem, *Tiraquell. de pæn. tempe. cauſa* 51. *numer.* 114. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 97. *num.* 15. & poſt *Mago. deciſ. Lucen.* 40. *numer.* 14. per eum relatum voluit *Balth. Tomaſ. ſibi contrarius d. tit.* 15. *num.* 23.

469 Limita duodecimo dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum in hærede defuncti, qui non tenebatur vltra, quam facere poſſet, vt puta in hærede patris, mariti, donatoris, illius qui ceſſit bonis, & aliorum, de quibus habetur in *leg. ſunt qui*, 16. *cum duabus leg. ſeq. ff. de re iudic.* & latè recenſent *Montic. de inuent. quæſt.* 228. *numer.* 21. *& ſeq. inter tract. de Inuent. & Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 3. *& ſeq.* quia illorum hæres non tenetur ad ſolutionem debitorum illorum vltra vires hæreditarias etiam non confecto inuentario, vt tradunt *Bald. in l. final. numer.* 9. *in fin. C. qui bon. ced. poſſ. Soccin. Sen. reg.* 170. *num.* 3. *&* 7. *Ancaran. conſ.* 411. *num.* 2. *&* 3. *Montic. de Inuentar. dict. quæſt.* 228. *num.* 28. *& ſeq.* quo ad hæredem vſurarij, cedentis bonis, mariti, & vxoris ſi hæredes ſint filij, alias ſecus, vt ibi per eum, qui de vnoquoquè ferè diſtinguit, *Cala de modo artic.* §. 2. *gloſ. vnic. num.* 1018. *Gall. de except. dict. quæſt.* 5. *numer.* 53. *Mangil. de euict. dict. quæſt.* 50. *numer.* 20. qui alios dat

con-

concordantes, & idem ſcripſerunt *Gratian. diſceptat. Forenſ. capit.* 222. *numer.* 25. *part.* 2. *Cancer. variar. reſolut. part.* 3. *capitul.* 2. *numer.* 111. cum quibus videtur pertranſire *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tracta. de inuentar. titul.* 15. *numer.* 22. *numer.* 84. *& numer.* 102. alios adducens ita ſentientes, nec non *Giurba ad Conſuet. Meſſan. cap.* 9. *gloſ.* 5. *numer.* 37. *&* 39. *& Adden. ad Capic. Latro. deciſ.* 15. *numer.* 9. loquentes quò ad hęredes cedentis bonis, prout facit *Salgad. in laber. credit. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 43. *& ſeq.*

470 Hæres enim licet inuentarium omiſerit non tamen teneri debet in plus, quam teneretur defunctus, vt not. *Bald. in d. l. fin. in fin. num.* 9. *Gratian. d. cap.* 222. *numer.* 25. & alij Doctores ſupra adducti, ſed defunctus non tenebatur, niſi in quantum facere poterat, ergo neque teneri debet illius hæres.

Secundo quia alias defunctus eſſet melioris conditionis, quam eius hæres, quod eſſe non debet, vt animaduertunt *Alex. in rubr. ff. de acquir. hæred. num.* . . . *& Mangil. de euict. dict. quæſt.* 50. *in fin.*

471 Contrariam tamen opinionem, quod dictus hæres teneatur vltra vires hæreditarias, ſi hæreditatem prædictorum adiuit ſine beneficio inuentarij tenuerunt *Adden. ad Socin. d. regul.* 170. *littera B. Alex. in dict. l. fin.* §. *& ſi præfatam, num.* 4. *& ibi etiam Iaſ. numer.* 2. vbi dicit, contrarium tenentes erraſſe, *C. de iur. delib. Brun. de ceſsion. bonor. in* 6. *quæſt. quartæ quæſt. princ. num.* 10. cum quibus pertranſire videtur *Carpa. ad Stat. Mediol. cap.* 408. *num.* 76. *vol.* 1. & hanc contrariam opinionem bene tuetur *Rolan. de inuentar. par.* 2. *quæſt.* 53. *per tot. & par.* 5. *verſ. Quid de hærede per tot.* & de veritate ſupradictæ limitationis valdè dubitauit *Phanuc. de inuentar. part.* 7. *num.* 63. *& ſeq.* vbi dicit, quando dictum priuilegium non tranſit ad hæredes omninò contrarium tenendum eſſe, & cum hac opinione quando pariter dictum priuilegium non tranſit ad hæredes, pertranſit *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 15. *num.* 86. & illam ſequitur etiam *Ciriac. d. controuerſ.* 5. *num.* 185. *& ſeq.*

472 Dictum enim priuilegium, quod quis non teneatur vltra quam facere poſſit eſt perſonale, & regulariter non tranſit ad hæredem, ad *tex. in l. maritum*, 13. *cum leg. ſeq. ff. ſolut. matrim.* legendo *dict. l maritum* ſine verbo *extraneum, vt in Pandectis Florentinis*, quod verbum imperitè adiectum fuiſſe in Pandectis vulgaribus comprobat *Ciriac. dict. controuerſ.* 5. *num.* 186. *l. rei iudicatæ*, 16. §. *hæredi. ff. ſolut. matrim. l. ſed & ſi*, 4. §. *ſoli autem*, *& ibi gloſ. in verbo Hæredi, ff. quod cum eo*, & tradunt *Rolan. de inuen. d. par.* 5. *verſ. Quid de hærede &c. Phanuc. de inuent. d. par.* 7. *num.* 64. *Brun. de ceſſion. bonor. d. quæſt.* 6. *num.* 5. *& ſeq.* vbi reſpondet contrarijs, *Graſſ. except.* 32. *num.* 67. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 799. *num.* 65. *& ſeq. Giurb. deciſ.* 42. *num.* 4. *& Ciriac. d. controuer.* 5. *num.* 185. *& ſeq.* vbi benè probat, dictum priuilegium eſſe perſonale, & non tranſire ad filios mariti, vt infra dicam, Ita ut licet illo gauderet defunctus, non tamen debet illo gaudere illius hæres, vt docent Doctores ſupradicti.

Secundò quia etiam admiſſo citra veri præiudicium, quod dictum priuilegium tranſiret ad hæredem, non tamen ex hoc tollitur præſumptio iuris, quod ipſe ſurripuerit bona hæreditaria, vt in §. *ſi vero non fecerit, auth. de hæred. & falcid. & poſt Barba.* per eum relatum aduertit *Rolan. in dict. quæſtion.* 53. *in fine, & in dict. verſ. Quid de hærede, &c. in fine*.

Tertiò quia dictus hæres legem de inuentario loquentem contempſit, vt in *l. fin. §. ſin autem, C. de iure delib.* & ideo ſi non tenetur ad ſollidum ex perſona defuncti, tenetur debet ex perſona propria, cum non debeat gaudere beneficio dictæ legis, *leg. auxilium*, 38. *§. fin. in fin. ff. de minor. gloſ. in leg. final. §. ſi vero poſtquam, C. de iure deliber.* cum alijs apud *Gail. obſeruat.* 138. *numer.* 2. *lib.* 2. *& argumentatur Rolan. de inuentar. dict. part.* 2. *quæſt.* 53. *in fin. & in d. par.* 5. *verſ. Quid de hærede, &c. pariter in fin.*

Itaut negari non valeat, quia ſupradicta limitatio ſatis dubia ſit, itaut *Phanuc. in dict. tractat. de inuent. dict. par.* 7. *numer.* 66. *in fin.* voluerit de-

473 terminare, quæ nam opinio ſit verior, Mihi verò vt meam aperiam ſententiam magis placet hæc ſecunda opinio, quam cenſeo veriorem, quia dictum priuilegium competens defuncto, quod non teneatur vltra quam facere poſſit eſt perſonale, & ideo illud non tranſit ad hæredem, *dict. leg. maritum*, 13. *cum leg. ſeq. ff. ſolut. matrimon.* legendo illam ſine dicto verbo *Extraneo*, vti habetur in *Pandectis Florentinis*, vt ſupra dixi, & benè probat *Ciriac. dict. controuerſ.* 5. *numer.* 185. *& ſeq.* & reſpondet *ad tex. in leg. etiam* 19. *ff. ſolut. matrimon.* & hoc probatur etiam in *leg. rei iudicatæ*, 16. *§. hæredi, ff. ſolut. matrimon. & in leg. ſi fideiuſſor.* 24. *& in leg. ſciendum*, 25. *ff. de re iudicat.* & tradunt *Rolan. Phanuc. Brun. Graſſ. Gratian. Giurba, & Ciriac.* in locis adductis ſupra *numer.* 471. *verſ. Dictum enim &c.* ſi ergo hæres non gaudet dicto priuilegio defuncti, remanet in terminis aliorum hæredum, qui niſi hæreditatem adeant cum beneficio inuentarij tenentur ſoluere de proprio debita defuncti vltra vires hæreditarias, dicta *leg. final. §. & ſi præfatam*, & ibi hoc notant Doctores communiter, *C. de iure deliberat.* & diximus ſupra poſt principio.

Quibus non videtur obſtare, quod hæres non debet teneri in plus, quam teneretur defunctus, quia hoc expreſsè tollitur ex clara diſpoſitione dict. legum, quæ dictam differentiam conſtituunt inter defunctum, & hæredem, dum defuncto dictum priuilegium concedunt, & hæredi illud negant, vt præcipuè habetur in *dict. leg. & ſi fideiuſſor.* 24. *ff. de re iudic.* & benè aduertunt *Phanuc. de inuentar. dict. par.* 7. *numer.* 65. *& Ciriac. dict. controuerſ.* 5. *numer.* 186. *& ſequent.*

Non obſtat ſecundum, quod defunctus non debet eſſe melioris conditionis, quam eius hæres, quia contrarium pariter diſponitur in legibus ſupradictis, dum dictum priuilegium defuncto concedunt, & illud negant eius hæredi, multa enim conceduntur de-

defunćto, quæ eius hæredi negatur *ad text. in leg. ſi per imprudentiam 51. §. non mirum, ff. de euict. & poſt Aſin. in leg. 1. numer. 281. ff. de relig. et ſumpt. funer.* per eum relatum tradit *Phanuc. de inuentar. dict. par. 7. num. 65.*

474 Limita decimo tertio dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum quando ipſe met hæres habet dictum priuilegium, vt non poſſit conueniri vltra id, quod facere poteſt, quia tunc ipſe non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias etiam non confecto inuentario, vt ſentit *Phanuc. de inuentar. dict. part. 7. numer. 65. et ſequen. Mangil. de euict. dict. quæſt. 50. in fin.* licet confusè loquatur, *Bald. Tomaſ. in dict. tract. de Inuent. tit. 15. num. 87. & Ciriac. d. controu. 5. num. 176.*

475 Limita decimo quarto dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum in hærede, ad quem tranſit onus adimplendi vota realia defuncti, qui non tenetur ad illa adimplenda vltra vires hæreditarias, ſed ſolum ex eo, quod deductis debitis, & neceſſarijs expenſis funeris ſupereſt etiam non confecto inuentario, vt voluerunt *Silueſt. in verbo Votum, quæſt. 7. num. 3. Pater Sanch. in præcep. Decal. lib. 4. capit. 5. numer. 36.* qui plures dat concordantes, *& Pater Laiman. in Theol. moral. libr. 4. tract. 4. capit. 3. num. 13.*

476 Hæres autem tenetur ad implenda vota realia defuncti per eum non impleta, non autem perſonalia, *cap. ex parte . . de cenſib. l. 2. ff. de pollicit.* & benè comprobant *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 4. cap. 15. num. 25. & ſeq.* vbi declarat quando hoc habeat locum quo ad vota mixta *P. Laiman. in dict. cap. 3. num. 13. & P. Vidal in arca ſaluta. in tit. de voto. inquiſ. 7. num. 22. & ſequen.* ita tenet etiam *P. Boſsi. de dote cap. 6. §. 1. num. 11.* vbi dicit ita tenere omnes Theologos.

477 Limita decimo quinto dictam decimam ſextam ampliationem, vt non habeat locum in hærede ob legato ad ſolutionem legati alienatorum non taxatum, qui non tenetur ſoluere de proprio, ſed tantum de fructibus hæreditarijs, etiam non confecto inuentario, ſecus vero ſi ſit taxatum, vt tradunt *Gallia. ad Conſuet. Alex. in verbo ſolidos. quæſt. vlt. numer. 155. & ſequen. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 13. numer. 3. & 4. Caluin. de æquitat. libr. 1. capit. 73. numer. 9. & ſequen.* bene comprobans, *& Poſti. reſolut. 30. numer. 6.*

478 Limitationes plures ad dictam decimam ſextam ampliationem videas per *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tractat. de inuent. tit. 15. numer. 44.* & quam pluribus ſequen. non enim totam inuentarij materiam hic apponere volui, ſed ſolum principaliores ampliationes, & limitationes, quæ magis ad materiam ſolutionis accedunt, & conferunt.

479 Amplia decimo ſeptimo dictam principalem concluſionem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum etiam ſequuta tranſactione inter hæredem ſcriptum, & legitimum ſucceſſorem ab inteſtato, qui quæ rela-

relauit teſtamentum, & dixit, illud irritandum, quia adhuc hæres ſcriptus eſt in ſollidum conueniendus ad ſoluendum debita hæreditaria quomodocumquè tranſigatur *ad tex. in l. 3. & ibi Odofre. ff. de tranſact.* & tradunt *Alberic. Bartol. Bald. Angel. Iaſ. & alij in leg. controuerſia, 14. ff. de tranſact. Anton. Trigo. ſingul. 94. numer. 2.* De qua tamen materia vide aliqua per *Coſt. de ration. ratæ, quæſt. 23. num. 3.* & latiſſimè per *Ciriac. controuerſ. 17. per tot.* vbi plures caſus diſtinguit, & benè declarat materiam *dict. l. controuerſia*, ipſum conſulas, ne ex alienis ſcriptis ſcripta conficere videamur.

480 Amplia decimo octauo, & vltimò pro nunc dictam principalem concluſionem, vt hæres teneatur ſoluere debita defuncti, non autem donatarius omnium bonorum, vt tradunt *Caroc. deciſ. 125. numer. 3. Adden. ad Paitell. expedit. ciuil. 46. numer. 9.* qui dant concordantes quamplures, *Theſaur. deciſ. 211. numer. 8.* latè *Coſta remed. ſubſid. 108. numer. 6. & ſequen.* & ita ſentit *Gratian. diſceptat. Forenſ. capit. 995. per tot. par. 5. Ciriac. controuerſ. 14. numer. 11. & Rota apud Cenc. de Cenſibus deciſ. 284. numer. 6.* & dixi *Ego* latius infra *articul. 17.* vbi materiam huius decimæ octauæ ampliationis ſatis latam pleniùs reaſſumpſi.

481 Limita primo ſupradictam principalem concluſionem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt illa non habeat locum niſi poſt aditam per eum hæreditatem, non autem antea, *leg. ſi curatoris, 9. & ibi Doctor. & l. fin. §. donec, C. de iure delib.* & adnotarunt *Rolan. conſ. 73. numer. 19. lib. 2. Honded. conſ. 68. numer. 28. lib. 2. Coſta in rubr. de iudic. num. 172.* alios referens ita ſentientes, & *de ſcien. & ignor. inſpect. 14. numer. 3. verſ. declarandum &c. Ciriac. controuerſ. 17. num. 21. & Paul. Rub. de teſtam. cap. 61. num. 9.*

482 Cum hæres dici non poſſit qui adhuc non adiuit hæreditatem, *leg. poſt aditam, 5. C. de impub. & alijs ſubſt.* coniuncta *leg. 1. ff. de vulg. & pupil. l. gerit, 87. l. pro hærede 20. ff. de acquir. hæred. Rota deciſ. 515. numer. 3. par. 4. diuerſ.* Itaut non ſufficiat,

483 aliquem eſſe inſtitutum, vel ſcriptum hæredem, niſi ille adierit hæreditatem, *Dec. in leg. hæredem, 59. num. 8. ff. de regul. iur. Alex. conſ. 1. numer. 6. & ibi Adden. volum. 1. Coſta dict. Inſpect. 14. num. 3. verſ. declarandum &c. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 752. num. 22. par. 4. Bellon. Iun. de iure accreſc. cap. 7. quæſt. 29. numer. 22.* vbi dicit, quod Inſtitutio non facit hæredem, ſed aditio, & dixi

484 ſupra in princip. Neque ſufficit hæreditatem eſſe ei delatam, ſi non conſtet de aditione, vt poſt *Bald. Crauett. Dec. & Rot.* per eam adductos probat eadem *Rota deciſ. 585. num. 1. par. 4. recent. tom. 3.*

485 Limita ſecundo dictam principalem concluſionem, vt non habeat locum quando aditio fuit erronea, & hæres per errorem adiuit hæreditatem defuncti, quia tunc non tenetur illius debita perſoluere, & illius factum præſtare, *Coſta de fact. ſcien. & igno. inſpect. 86. num. 5. & de ratio. ratæ, quæſt. 189. numer. 3. Vrſell. in exam. apum, concluſ. 51. num. 86.* vbi hoc ampliat etiam quando aditio eſt

ſimulata, & ſiue error in quota, ſeu in corporibus exiſtat, vt ibi per eum, *Rota apud Pute. deciſ.* 404. *numer.* 3. *& deciſ.* 421. *per totum*, *lib.* 3.

486 Errans enim, vel ignorans non cenſetur explicare actum inferentem aditionem hæreditatis, vt latè explicat *Coſta. dict. inſpect.* 86. *numer.* 4. *Vrſell. dict. concluſ.* 51. *numer.* 86. *& ſeq. & Rota. dict. deciſ.* 404. *nu-*

487 *mer.* 3. Cum error excludat conſenſum, *leg. ſi per errorem*, 15. *ff. de iuriſd. omn. iud. leg. nihil conſenſu*, 116. §. *non videtur*, *& ibi Dec. ff. de regul. iur. Surd. conſ.* 150. *numer.* 42. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 440. *numer.* 24. *part.* 3. *Rota deciſ.* 206. *numer.* 3. *part.* 12. *recentior.* ſine quo nulla ſtat diſpoſitio, *leg. conſenſu*, 2. *ff. de action & obligat. Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 988. *ſub numer.* 6. *part.* 5. *Et quod per errorem geritur perinde eſt, ac ſi factum non eſſet*, vt not. *Crauett. in conſ. pro gener. numer.* 229. *& Ciriac. controuerſ.* 65. *numer.* 10.

488 Declara dictam ſecundam limitationem, vt non habeat locum quando aditio fuit facta cum clauſula, Omni meliori modo, via &c. quia tunc error amplius in aditione allegari non poſſet, vt voluerunt *Decius in capit. cum ſuper*, 23. *numer.* 39. *de offic. delegat. & in conſ.* 14. *numer.* 2. *&* 3. *Vrſell. in exam. apum, dict. concluſ.* 51. *numer.* 90. vbi dicit, ita tenuiſſe *Rotam in Romana donationis*, 6. *Martij.* 1581. *coram Card. Blanchetto.*

489 Limita tertio dictam principalem concluſionem vt non habeat locum quando promiſſio, & obligatio defuncti eſt nulla, itaut nullum ius paſſiuum ſit formatum in perſona defuncti, quia tunc hæres non tenetur factum defuncti præſtare, nec ſic nulliter per defunctum promiſſum eius creditoribus perſoluere, vt tradunt *Gabriel conſ.* 3. *numer.* 8. *lib.* 1. benè *Phanuc. de inuentar. part.* 7. *num.* 162. *& ſeq. & numer.* 177. *& ſeq. & num.* 157. & idem ſentit *Honded. conſ.* 14. *numer.* 33. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 194. *num.* 24. *& ſeq. lib.* 2. *& deciſ.* 99. *num.* 6. *Mangil. de euict. quæſt.* 35. *numer.* 13. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 5. *titul.* 13. *numer.* 3. *Coſta in rubric. de iudic. numer.* 295. *verſ. nam reſpondetur*, *Geri. Spin. conſ.* 14. *num.* 56. *& conſ.* 31. *num.* 5. *& Rota deciſ.* 176. *num.* 48. *par.* 5. *& deciſ.* 363. *numer.* 45. *part.* 10. *recentior.* vbi aliæ plures cumulantur, eiuſdem *Rotæ* deciſiones, & in *Romana fideicommiſſi de Zuccaris*, 4. *Februar.* 1650. *coram Reuerendiſs. Dunoz. Decan.* §. *præterea non obſtat &c.*

490 Quoties enim ex facto defuncti non formatur aliquod ius, ideſt aliqua obligatio in perſona defuncti, hæres illius non prohibetur contra illud venire, *l. lucius*, 39. & ibi not. *gloſ. Bartol. Caſtrenſ. Alex. & alij*, *ff. ſolut. matrimon.* quam *gloſ.* maximè extollit *Suarez in leg. quoniam in prioribus*, *in* 7. *ampliat. verſ. adde tamen &c. C. de inoffic. teſtament.* per quam dicit, limitari omnes leges de mundo prohibentes, hæredem non poſſe venire contra factum defuncti, vt non habeant locum quando defunctus ex dicto facto non obligabatur vllo modo, *Phanuc. de Inuentar. dict. par.* 7. *num.* 162. *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *numer.* 83. *limit.* 9. *C. de bon. mater. Surd.*

deciſ. 11. *num.* 15. alios adducens ita ſentientes, & *conſ.* 107. *numer.* 18. *lib.* 1. *Gen. Spin. d. conſ.* 31. *numer.* 5. *& Rota dict. deciſ.* 176. *in fin. part.* 5. *recentior.*

491 Cum hæres repræſentet defunctum in iure formato in perſona defuncti, ſecus verò in iure non formato, & quod apud eum non fuit, vt dicit *Rolan. conſ.* 50. *numer.* 8. *lib.* 2. *& conſ.* 6. *num.* 15. *lib.* 3. *Surd. deciſ.* 297. *numer.* 3. *Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 223. *num.* 8. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 783. *numer.* 27. *& ſeq. par.* 4. *& Sperell. deciſ.* 169. *numer.* 27. *par.* 2. Quando enim in perſona defuncti nulla obligatio fuit formata, nihil in perſonam hæredis potuit deſcendere, quod enim obliget, vt poſt *Mant. Alex. & Curt. Senior.* per eum relatos declarat *Phanuc. de inuent. d. par.* 7. *numer.* 162. *in fin.*

492 Amplia primo illatiuè dictam tertiam limitationem, vt eo magis habeat locum quando obligatio defuncti eſt nulla omni reſpectu, & ipſo iure, quia tunc hæres etiam ſine inuentario poteſt illi contrauenire, & non tenetur ad illius obſeruantiam, vt latè comprobat *Phanuc. de inuent. par.* 7. *num.* 157. vbi quamplura refert exempla, *Paciſ. de Saluian. inſpect.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. quamplures adducens concordantes, *Ciriac. controuerſ.* 312. *num.* 108. qui pariter alios refert ita ſentientes quam plures, *Andreol. contr.* 3. *num.* 27. *& Rota deciſ.* 110. *in princip. par.* 2. *diuerſ. & in dict. Romana fideicommiſſum, de Zuccar.* 4. *Februar.* 1650. *coram Reuerendiſſ. Dunozetto Decano,* §. *præterea non obſtat, &c.*

493 Cum enim in dicto caſu licuerit ipſi met defuncto contrahenti dictæ obligationi nullæ contrauenire, vt not. *Alex. conſ.* 123. *numer.* 6. *lib.* 1. *Crauett. conſ.* 200. *ſub numer.* 7. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 853. *num.* 25. *par.* 5. *Andreol. dict. controu.* 3. *num.* 2. vbi alios dat concordantes quamplures, & *Rota d. deciſ.* 110. *numer.* 11.

494 *par.* 2. *diuerſ.* Eo magis id licere debet eius hæredi, qui in hoc laxiores debet habere habenas ſcripſerunt *Crauett. d. conſ.* 200. *numer.* 7. *Gabr. conſ.* 125. *numer.* 6. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 3. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 89. *numer.* 58. *lib.* 2. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 3. *& Andreol. d. controu.* 3. *num.* 27.

495 Amplia ſecundo illatiuè dictam tertiam limitationem, vt habeat locum etiam quando obligatio defuncti non tenet lege impediente, quia tunc hæres non tenetur illi parere, ſed poteſt illi contrauenire, vt not. *Surd. conſ.* 196. *num.* 53. *lib.* 2. *& deciſ.* 99. *numer.* 7. *Phanuc. de inuentar. par.* 7. *num.* 112. *& ſeq. Menoch. conſ.* 346. *numer.* 22. *lib.* 4. *Ciriac. dict. controuerſ.* 312. *num.* 109. *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 853. *num.* 8. *par.* 5. vbi dicit, hoc habere locum etiam ſine inuentario, & *Rota d. deciſ.* 110. *numer.* 11. *par.* 2. *diuerſ.* & apud *Merlin. de legitt. deciſ.* 75. *num.* 4. *& in dict. Romana fideicommiſ. de Zuccar.* 4. *Februar.* 1650. *coram Reuerendiſ. Dunoz. Decan.* §. *præterea non obſtat &c.*

Cum in dicto caſu hęres dicatur contrauenire lege permittente, vt poſt *Socc. Sen. & Pariſ.* per eum relatos not. *Ciriac. d. contr.* 312. *numer.* 110. & ante eos dixit *Crauett. dict. conſ.* 200. *ſub numer.* 6.

496 Amplia tertiò pariter illatiuè dictam tertiam limitationem, vt habeat

locum

locum etiam quando obligatio defuncti eſt nulla fauore publico, quia tunc ſicut ipſe met defunctus poterat illi contrauenire, ita facere poteſt illius hæres *l. quemadmodum*, 7. *C. de agricol. & cenſi. lib.* 11. & tradunt *Bal. Nouel. de dote, par.* 7. *priuil.* 1. *limit.* 12. *num.* 15. *Menoch. conſ.* 89. *numer.* 85. *lib.* 1. alios adducens ita ſentientes *Couar. in cap. quamuis*, §. 1. *num.* 1. *& ſeq. de pact. in* 6. *Gabr. conſ.* 125. *num.* 7. *lib.* 1. *Honded. dict. conſ.* 3. *num.* 80. *& ſeq. lib.* 1. *& Rota d. deciſ.* 110. *numer.* 11. *par.* 2. *diuerſ.* vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi obligatio defuncti ſit nulla fauore publico ſecundario, licet contrarium teneant aliqui Doctores ibi, de quo dixi latius infra *artic.* . . . videas ibi.

497 Amplia quarto dictam tertiam limitationem vt habeat locum etiam ſi obligatio defuncti nulla vt ſupra ſit vallata iuramento, quia cum iuramentum ſit perſonale, *cap. veritatis*, 14. & ibi not. omnes *Canon. de iureiur.* & infra dicetur, hæres non ligatur dicto iuramento, & in eum illius virtus non tranſit, ſed extinguitur cum vita defuncti, itaut ipſe non teneatur ad illius obſeruantiam, vt in terminis noſtris declarant *Phanuc. de inuentar. d. par.* 7. *num.* 180. *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 14. *num.* 17. *& ſeq. & capit.* 150. *num.* 6. *par.* 1. *Surd. conſ.* 194. *num.* 24. *& ſeq. lib.* 2. alios adducens concordantes, & *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. decad.* 2. *tract.* 5. *tit.* 19. *numer.* 388. quamplures adducens ita ſentientes.

498 Iuramentum enim vt dixi eſt perſonale, & non tranſit ad hæredes, *dict. cap. veritatis*, 14. & ibi hoc not. *Canoniſtæ communiter de iureiur.* & vltra eos *Gail. pract. concl. obſeru.* 27. *in princip. lib.* 1. *Thob. Non. conſ.* 14. *num.* 8. *Surd. conſ.* 165. *numer.* 8. *& dict. conſ.* 194 *num.* 24. *& ſeq. lib.* 2. *& deciſ.* 159. *num.* 11. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 26. *num.* 7. alios adducens ita ſentientes, *Corn. de abſolut. a iuram. par.* 4. *caſu* 9. *in princip. P. Sanch. in præcep. Decal. lib.* 3. *cap.* 13. *in princip. & Rota apud Paciſ de Saluian. deciſ.* 281. *numer.* 9. qui alios dant concordantes.

499 Declara dictam quartam ampliationem, vt vera ſit, & habeat locum quando contractus, & obligatio defuncti nulla non firmatur iuramento, ſed ſolum defunctus tenetur ad illius obſeruantiam vigore iuramenti, quia tunc iuramentum extinguitur cum vita defuncti, & illius virtus non tranſit ad hæredem, nec eo ligatur non ſolum quo ad periurium, ſed neque quò ad illius obſeruantiam; Secus tamen eſt ſi contractus, & obligatio defuncti nulla vallidatur propter iuramentum defuncti, quia tunc virtus iuramenti tranſit ad hæredem quò ad effectum valliditatis contractus, & hæres eo ligatur, vt declarant *Gabr. conſ.* 3. *num.* 8. *vol.* 1. vbi alios adducendo, teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Honded. conſ.* 31. *num.* 17. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 165. *num.* 8. *& ſeq.* & latius *conſ.* 194. *num* 24. *& ſeq. lib.* 2. *Theſaur. deciſ.* 32. *numer.* 9. *Coſta de fact. ſcien. & ignor. inſpect.* 14. *num.* 3. *verſ. altera &c.* vbi dicit, non leue eſſe diſcrimen inter hæc duo, quod contractus non valeat, & quod iurans debeat ſeruare iuramentum, quia ſi alius contractus valeret, illius efficacia ad omnes hæredes tranſiret, vt ibi per eum,

eum *Corn. de abſol. a iuram. par. 3. quæſt. 14. numer. 26. & 27. & par. 4. caſu 9. numer. 14. & 24. & num. 28.* vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi defunctus iuraſſet pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 14. num. 19. par. 1. Balth. Tomaſ. in dict. decad. 2. tract. 5. tit. 19. numer. 380. & ſeq. P. Sanch. in præcept. Decal. lib. 3. cap. 13. num. 5. P. Laiman. in Theol. Moral. lib. 4. tract. 3. cap. 10. num. 4.* & dixi *Ego allegat. Forenſ. 74. numer. 12.* ita vt dubitandum non ſit, hanc declarationem eſſe per Doctores communiter receptam.

500 Quibus non obſtat, quod virtus, & efficacia iuramenti tranſeat ad hæredes, & hæredes teneantur ad obſeruantiam iuramenti præſtiti a defuncto, vt voluerunt *Seraph. de priuileg. iurament. priuil. 68. numer. 2. & ſeq. Honded. dict. conſ. 31. numer. 56. & ſeq. & conſ. 42. numer. 17. lib. 1. Morot. conſ. 52. numer. 22. Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 14. num. 18. Ciriac. controuerſ. 182. num. 35. Capic. Latro deciſ. 115. numer. 29. par. 1. Sperell. deciſ. 170. ante fin. par. 2. & Rota deciſ. 351. num. 2. par. 4. recent. & apud Duran. deciſ. 1. num. 24.*

501 Quia dicta concluſio procedit, & vera eſt quando contractus firmatur iuramento, & in dicto caſu loquuntur; & intelligendi ſunt Doctores allegati, dicto enim caſu ſicut obligatio ad hæredem tranſit, ita tranſit etiam iuramentum vna cum ipſa obligatione, ſed quando iuramentum non firmat contractum, ſed ſolum obligat iurantem ad obſeruantiam iuramenti, tunc obligatio ex contractu non poteſt tranſire ad hæredem, quia eſt nulla, neque poteſt tranſire iuramentum, quod eſt perſonale *dict. cap. veritatis, 14. de iureiur.* vt benè declarant *Gabr. d. conſ. 3. num. 8. Coſta dict. inſpect. 14. num. 4. & in rubr. de iudic. num. 292. & ſeq. Corn. de abſol. a iuram. dict. par. 4. caſu 9. numer. 24. & 28. Balth. Tomaſ. in dict. decad. 2. tit. 19. num. 384. P. Sanch. in præcept. Decal. dict. lib. 3. cap. 13. num. 5.* & alij *Doctores* ſupra proximè adducti.

502 Quando verò iuramentum firmet actum nullum, tradunt *Honded. conſ. 40. num. 17. & ſeq. & conſ. 42. num. 9. & ſeq. vol. 1. Theſaur. deciſ. pedem. 66. per tot. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. numer. 133. & ſeq. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 61. per tot. Fachin. controuerſ. iur. lib. 8. cap. 72. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 27. num. 30. par. 1. Manci. de iuram. par. 4. effect. 1. quæſt. 3. & 4. Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 160. num. 235. & ſeq. Balthaſ. Tomaſ. in dict. decad. 2. tract. 5. tit. 19. num. 266. & ſeq. & P. Sanch. in præcept. Decal. lib. 3. cap. 12. num. 11. & ſeq. & Egomet allegat. Forenſ. 48. num. 15. & ſeq. & alleg. 75. num. 12.*

503 Et ſimiliter quando hæredi liceat venire contra factum defuncti maximè nullum, cum ego tantum ea proſequi intendam quę faciunt ad materiam ſolutionis latius videas ſi cupis per *Doctor. in l. cum a matre, 14. C. de rei vendicat. per Pinell. in l. 1. part. 3. ferè per tot. C. de bon. mater. per Gabriel commun. concluſ. de regul. iur. concl. 11. per tot. per Phanuc. de inuentar. par. 7. numer. 110. & ſeq. per Pacif. de Saluian. Inſpect. 2. cap. 1. num. 24. & 25. & inſpect. 3. cap. 2. num. 193. & ſeq. per Gabr. conſ. 125. num. 6. & ſeq. lib. 1. per Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas, quæſt. 20. per Honded. conſ. 3. num. 36. & ſeq.*

& ſeq. & conſ. 14. numer. 33. lib. 1. per Mangil. de euict. quæſt. 32. quæſt. 35. quæſt. 54. 55. 59. & quæſt. 89. per tot. per Fachin. controuerſ. iur. lib. 7. cap. 13. & lib. 5. cap. 19. per Surd. deciſ. 11. numer. 15. & deciſ. 99. num. 6. per Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap. 14. num. 17. & ſeq. par. 1. & cap. 511. num. 16. & ſeq. & cap. 554. numer. 33. & cap. 433. num. 2. & ſeq. par. 3. & cap. 853. numer. 25. part. 5. per Ciriac. controuerſ. 312. num. 102. & ſeq. per Paſtell. expedit. 82. numer. 78. & ſeq. per Sperell. deciſ. 170. ferè per tot. tom. 2. & per Rot. dict. deciſ. 110. numer. 1. & ſeq. part. 2. diuerſ. & deciſ. 363. par. 5. recentior. per tot. & in dict. Romana fideicommiſſ. de Zuccar. 4. Februar. 1650. §. præterea non obſta. & alibi paſſim.

504 Limita quartò dictam principalem concluſionem, vt non habeat locum in hærede inſtituto in re certa, qui non tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti, *l. quoties, 13. & ibi hoc not. Doctores, C. de hæred. inſtit.* & vltra eos tradunt *Ceph. conſ. 436. numer. 49. lib. 3. Craſſ. de ſucceſſ. §. Inſtitutio, quæſt. 22. num. 6.* vbi hoc dicit eſſe indubitatum, *Honded. conſ. 68. num. 14. lib. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 3. num. 10. & artic. 4. num. 4. Coſta de ration. ratæ, quæſt. 2. numer. 3. Rolan. de inuentar. part. 4. verſ. Quid ſi pater &c. numer. 8. Fachin. controuerſ. iur. lib. 4. capit. 15. in princip. Bellon. Iun. de iure accreſc. cap. 7. quæſt. 9. numer. 35. & Paul. Rub. de teſtam. cap. 49. num. 460.*

505 Inſtitutus enim in re certa dato alio hærede vniuerſali non dicitur hæres, ſed habetur loco legatarij, *dict. l. quoties, 13. & ibi hoc not. Doct.* communiter, *C. de hæred. inſtit. leg. ex facto, 35. & ibi pariter Doctor. ff. de hæred. inſtit.* & tradunt *Honded. conſ. 54. num. 43. & conſ. 83. numer. 26. lib. 1. Peregr. de fideicommiſſ. dict. art. 3. numer. 9. & dict. art. 4. numer. 4. & art. 32. numer. 8. & 29. Card. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 5. in fin. & artic. 7. num. 18. & 19. & lib. 9. tit. 14. numer. 10 Fuſar. de ſubſt. quæſt. 341. numer. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 275. num. 2. & ſeq. par. 2. & cap. 771. num. 16. & 17. par. 4. & capit. 821. num. 3. par. 5. Paul. Rubeus de teſtam. cap. 10. numer. 523. & cap. 49. num. 446. & ſeq. & Rota deciſ. 495. num. 3. & deciſ. 635. numer. 5. apud Gregor. XV. & deciſ. 337. numer. 2. par. 1. recent. et apud Merlin. de legitt. deciſ. 68. numer. 5. et apud Merlin. deciſ. 430. num. 2. par. 1.* & dixi etiam *art. præceden. num. 76.*

506 Vel eſt tertium genus de per ſe, cum vocetur hæres ſingularis, vt not. *Fachin. controuerſ. iur. lib. 4. capit. 15. verſ. poſtrema &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas, quæſt. 3. num. 3. in fine, et in §. Inſtitutio, quæſt. 22. num. 2. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 261. numer. 2. Ciriac. contr. 221. num. 11. et num. 25.* vbi illum vocat hæredem mixtum, & anomalum, *et controuerſ. 248. num. 10.* vbi illum dicit, hæredem quo ad multa, *et controuerſ. 499. numer. 31.* vbi refert ea, quorum reſpectu dicitur hæres, vt ibi per eum.

507 Legatarius autem cũ non ſuccedat in iuribus actiuis, & paſſiuis defuncti, vt probat *Bellon. Iun. de iure accreſcen. tom. 3. capit. 8. quæſt. 4. numer. 22. et cap. 9. quæſt. 25. numer. 24.* non tenetur ad ſolutionem æris alieni eiuſ-

eiuſdem, *l.* 1. §. *ſi hæres, ff. ad Trebel. l.* 1. *C. ſi cert. peta. l. vlt. C. ad Trebel. l. quoties,* 13. *C. de hæred. inſtit.* & tradunt *Deci. conſ.* 387. *per tot.* vbi dicit, hoc procedere etiam in legatario bonorum mobilium, & immobilium, vt ibi per eum, *Peregr. de fideic. art.* 4. *num.* 4. *Hond. conſ.* 68. *num.* 14. *lib.* 2. *Bello. de iur. accreſc. capit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 35. *Calui. de æquit. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 4. *Paul. Rub. de teſtam. d. cap.* 49. *num.* 460. & dixi ſupra *num.* . . . *et art. præced. num.* 77.

508 Cum æs alienum non ſequatur fundum, *d. l. quoties* 13. *C. de hæred. inſtit.* & not. *Doct. in l. cum a matre* 14. *C. de rei vendic.* & tradunt etiam *Scapuc. de Saluia. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 4. *& Mangil. de euict. quæſt.* 32. *num.* 9. Et cum legatarius non repræſentet defunctum, *Rolan. conſ.* 8. *num.* 5. *lib.* 2. *Gail. obſeru.* 146. *num.* 5. *lib.* 2. *Ciriac. contro.* 489. *num.* 6. Et ideo nil mirum, ſi onus ſoluendi debita defuncti ſpectet ad hæredem vniuerſalem, vt volunt Doctores in d. quarta limitatione adducti.

509 Amplia dictam quartam limitationem, quod hæres inſtitutus in re certa non teneatur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum etiam in hærede inſtituto in quota bonorum, qui pariter cum in eum non tranſeat obligatio defuncti, vt in hærede, ideo non tenetur ſoluere illius debita, vt tradunt, *Bald. num.* 5. *Caſtr. col. final. & Iaſ. col. pen. in d. l. cum a matre* 14. *C. de rei vendic. Rolan. de inuent. par.* 4. *verſ. quid ſi pater, num.* 8. *& ſequen. Gabr. comm. concl. de reg. iur. concl.* 11. *num.* 15. *& ſeq. Mangil. de euict. dict. quæſt.* 32. *num.* 12. *& dict. quæſt.* 35. *num.* 11. *& Balth. Tomaſ. in ſuis tract. par. decad.* 1. *in tract. de primog. tit.* 16. *num.* 58. vbi concordantes, & quod legatarius quotæ bonorum non teneatur ad debita defuncti ſoluenda, ſed benè teneatur legatarius quotæ hæreditatis communem eſſe diſtinctionem Doctorum dicit *D. meus De luca in Thea. verit. & iuſt. tom.* 11. *in tit. de lega. diſcur.* 52. *num.* 2. licet ipſe cum *Marcia. Iunt. diſput.* 82. contrarium firmet.

510 Inſtitutus enim in quota bonorum non differt ab inſtituto in re certa, qui legatario comparatur, vt not. *Rolan. de inuent. d. part.* 4 *verſ. quid ſi pater, num.* 8. *& ſeq. Gabr. comm. concl. d. concl.* 11. *num.* 15. *& ſeq. Mangil. de euict. d. quæſt.* 32. *num.* 12. *& dict. quæſt.* 35. *num.* 11. *Peregr. de fideic. art.* 3. *num.* 11. *Gratia. diſcept. foren. cap.* 771. *num.* 17. *par.* 4. & quotam

511 bonorum non venire ſub nomine hęreditatis tradit *Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 2. *num.* 3. nec non *Balth. Tomaſ. in d. tract. de primog. tit.* 16. *num.* 61. *& Barboſ. de appell. verb. ſignific. appell.* 35. *num.* 6. & dixi *art. præced. num.* 79. Cum verbum bonorum non ſit verbum iuris propriè, ſed corporum, vt declarat *Deci. conſ.* 237. *n.* 5. *& conſ.* 387. *num.* 4.

512 Licet quò ad effectum inſtitutus in quota bonorum ſentiat damnum æris alieni, cum bona dicantur deducto ære alieno, *l. ſubſignatum* 39. §. *bona, & ibi not. Alciat. ff. de verb. ſignif.* & tradunt *Gabr. conſ.* 59. *num.* 1. *lib.* 2. *& Card. Mant. de coniect. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 21. & in his terminis declarant *Caſtr. in l. ſi quis ſeruum* 8. §. *fin. & ibi Bart. num.* 4. *ff. de lega.* 2. *Deci. d. conſ.* 237. *nu.* 3. *& d. conſ.* 387. *num.* 1. *& Dilec. de art. teſtan. caut.* 42. *num.* 4.

numer. 4. & ſentit etiam *D. Deluca in dict. tit. de lega. diſcurſ.* 52. *numer.* 3. licet hæres ipſe ſit conueniendus à creditoribus, vt aduertit *Dilect. locis citatis*.

513 Subamplia primo dictam ampliationem illatiuè, quod filius inſtitutus pro ſua legitima in re certa non tenetur ideo ad ſolutionem debitorum patris, *dict. l. quoties*, 13. *& ibi not. Doct. C. de hæred. inſtit. Doctor. in l. fin. §. in computatione, C. de iure delib. Phanuc. de inuent. par.* 5. *numer.* 81. *Mangil. de euict. quæſt* 52. *num.* 9. *& ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *& quæſt.* 35. *numer.* 11. *Gabr. commun. concluſ. d. concluſ.* 11. *numer.* 15. *verſ. ſublimita & c. Mario. Eugubin. inter controuerſ. Andreol. controuerſ.* 96. *num.* 6. & ſentit *Merlin. de legitt. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 5. & dixi etiam ſupra *num.* 35. *& in art. præced. numer.* 71. *& ſequen.*

514 Sublimita primo dictam quartam limitationem, quod hæres inſtitutus in re certa non tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum quando datus eſt ei cohæres vniuerſalis, quia tunc inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, & ſic non tenetur ad ſolutionem æris alieni defuncti, vt ſupra, ſecus tamen eſt, ſi nullus ei datus ſit cohæres, quia tunc dict. Inſtitutus in re certa ſiue vigore iuris accreſcendi, ſiuè quia detrahatur mentio rei certæ fit hæres vniuerſalis, ac ſi a principio fuiſſet ſolus hæres ſcriptus *ad tex. in l.* 1. *§. ſi ex fundo, & in l. ſi quis ita hæres* 74. *& in leg. quoties*, 9. *§. ſi duo, ff. de hæred. inſtit.* & tradunt *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 141. *num.* 3. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 2. *numer.* 2. *Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas, quæſt.* 3. *numer.* 2. *& §. Inſtitutio, quæſt.* 22. *num.* 9. *Surd. conſ.* 439. *num.* 18. *& ſeq. lib.* 4. *Merlin. de legitt. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 21. *Ciriac. controuerſ.* 221. *num.* 11. *& controuerſ.* 305. *numer.* 10. *& controuerſ.* 499. *numer.* 24. *Gargiar. Iun. conſ.* 60. *num.* 15. *lib* 1. plenè *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 7. *per tot. & quæſt.* 9. *num.* 49. *& ſeq. & Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 244. *num* 7. *& ibi Adden. littera C. & deciſ.* 800. *numer.* 4. *par.* 1. *diuerſ. & apud Merlin. de pignor. deciſ.* 103. *num.* 19. Ita vt dubitandum non ſit, quin in dict. caſu teneatur ad debitorum defuncti ſolutionem, *l.* 1. *C. ſi cert. petat. l. fin. C. de hæredit. action.* cum alijs adductis ſupra in princip.

515 Amplia hanc primam ſublimitationem, vt habeat locum etiamſi datus ſit cohæres vniuerſalis, qui tamen repudiauit hæreditatem, vel ante aditionem mortuus eſt, vel eſt incapax, quia adhuc ſic inſtitutus in re certa remanet hæres in totum, vt de incapace eſt *tex. in l. cognouimus*, 19. *in prin. C. de hæret. & in l. ſi duobus*, 16. *§. hæres, ff. de legat.* 1. *& in l. bona*, 7. *§. fin. cum duabus legibus ſeq. ff. de bonor. poſſeſſ. & in l. vnic. §. his ita diffinitis, C. de caduc. tollen. & in l.* 1. *§. ſi nemo, ff. ad Tertull. & in l. imo, C. quan. non peten. par. & in l.* 2. *C. ad Orficia, & in l.* 2. *C. de hæred. inſtit.* Et quò ad repudiantem tradunt Doctor. communiter in *dict. l. quoties*, 13. *C. de hæred. inſtit.* nec non *Craſſ. de ſucceſſ. §. Inſtitutio, quæſt.* 22 *num.* 3. *& ſeq. Ciriac. controuerſ.* 499. *num.* 26. *& ſeq.* plenè *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 16. *& ſeq.* vbi quam plures dat concordantes, & te-

teſtatur de veriori, & receptiori opinione, *Rota d. deciſ.* 244. *num.* 7. *&* 8. & ideo tenetur ſoluere debita defuncti *d. l.* 1. *C. ſi cert. petat. d. l. final. C. de hæred. action.* cum alijs adductis ſupra in princ.

516 Sublimita ſecundo dictam quartam limitationem, quod hæres inſtitutus in re certa non tenetur ſoluere debita defuncti, vt non habeat locum quando hæreditas non eſt ſoluendo, quia tunc in ſubſidium tenetur ad æris alieni ſolutionem etiam hæres inſtitutus in re certa, vt tradunt *Boer. deciſ.* 57. *num.* 2. *in fin. Adden. ad Io: Oinot. in* §. *ſi quis vna, littera B. Inſtit. de fideicom. hæredit. Coſta de ration. ratæ, d. quæſt.* 2. *numer.* 7. *Peregr. de fideicom. art.* 3. *num.* 10. *& art.* 4. *num.* 5. quam ſublimitationem veriſſimam cenſeo adhibitis declarationibus, de quibus infra num. . .

517 Creditores enim defuncti præualent omnibus per Teſtatorem honoratis, hæredibus, fideicommiſſarijs, legatarijs, & ſimil. *l. papinianus,* 8. §. *quarta, &* §. *quoniam autem quarta, ff. de inoff. teſtament. l. in quantitate,* 73. §. *fin. ff. ad leg. falc. l. ex aſſe,* 52. *ff. eodem tit. l. in imponenda,* 6. *C. ad leg. falc.* & declarat *Peregr. de fideic. d. art.* 4. *num.* 6. & tradunt etiam *Morot. conſ.* 13. *in fin. & Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 105. *num.* 6. *& quæſt.* 140. *num.* 15.

518 Declara dictam primam ſublimitationem, quod hæres inſtitutus in re certa non dato hærede vniuerſali fiat hæres in totum, & ſic teneatur ſoluere debita hæreditaria, vt habeat locum in hærede inſtituto in re certa, ſecus verò in legatario, quia ei non accreſcit tota hæreditas ſi nullus hæres inſtitutus ſit, vel inſtitutus defecerit, alias ſemper valeret Teſtamentum ſine hærede, dummodo aliquid legatum eſſet in eo relictum, quod non eſt dicendum, vt not. *Cæphal. conſ.* 436. *num.* 67. *&* 83. *lib.* 3. *Peregr. de fideic. art.* 34. *num.* 55. *verſ. ratio &c.* plenè *Bellon. Iun. de iure accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 11. *num.* 1. *& ſeq.* vbi plures dat concordantes, & latè comprobat, qui in *d. cap.* 7. per plures quæſtiones quamplures refert caſus in quibus inſtituto in re certa accreſcit, vel non accreſcit reſiduum hæreditatis, in quibus idem ius quò ad ſolutionem debitorum defuncti cōſtitui debet, quos ne longior ſim non refero, & quando inter filios alias remaneret magna inæqualitas inſtitutum in re certa teneri ad contributionem onerum voluit *Cutell. de donat. par.* 1. *diſcur.* 2. *part.* 10. *numer.* 23. ipſos conſulas.

519 Limita quinto dictam principalem concluſionem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt non habeat locum in hærede grauato alteri reſtituere hæreditatem, qui coactus adiuit hæreditatem, qui non tenetur ſoluere creditoribus debita defuncti. *l. quia poterat.* 4. *ff. ad Trebell.* §. *ſi tamen recuſet, &* §. *ſed quia ſtipulationes.* & ibi *Io. Oinot. Inſtit. de fideicom. hæredit. Peregr. de fideicom art.* 2. *num.* 86. *verſ. tertio vt ex ea &c. & art.* 4. *numer.* 1. ad quem vti de materia benè differentem ſe referunt *Coſta de ratio. ratæ quæſt.* 28. *in fine, & Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 522.

520 Hæres enim qui coactè adiuit hæreditatem neque commodum, neque incommodum ex ea ſentire debet. *d. l. quia poterat.* 4. *l. ita tamen.* 27. §. *qui ſuſpectam. &* §. *ſi perceptis. ff.*

ad Trebell. d. §. ſed quia ſtipulationes, & ibi Io: Oinot. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred. & tradunt *Gall. de except. part. 3: titul. 2. except. 5. numer. 61. Peregrin. de fideicommiſſ. dict. art. 2. numer. 86. & dict. artic. 4. numer. 1. & de iure fiſci, lib. 2. titul. 7. numer. 20. Fuſar. de ſubſtitution. quæſt. 600. numer. 23. Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tractat. variar. tom. 1. in tract. de indign. capit. 7. numer.* 330. & dixi *ſupra, numer.* . . .

520 Cum aditio coacta quo ad eum qui defuncti preces deſtituerat, habeatur pro non aditione, *Peregrin. dict. articul. 2. numer. 87. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 181. numer. 17.* Et cum officium ſuam nemini debeat

521 eſſe damnoſum, *leg. ſed ſi quis, 7. ff. quemadm. teſta. aper. leg. ſi ſeruus, 63. §. quod vero, ff. de furt. Surd. deciſ. 309. numer. 6. Mangil. de euict. quæſt. 92. numer. 5. & 28. Ciriac. controuerſ. 57. numer. 29. & controuerſ. 67. numer. 5. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 102. num. 8.* Nec ad alterius iniuriam aliquid in alterius commodum decerni debet, *leg. 2. §. merito, & §. ſi quis a Principe, ff. ne quid in loco public.* cum alijs relatis per *Peregrin. dict. art. 2. numer. 86. in princip.*

522 Amplia hanc limitationem, vt habeat locum etiam ſi poſt compulſionem, & aditionem prædecedat fideicommiſſarius ante ei factam reſtitutionem, & ſic hæredem non habeat, quia Prætor dictum hæredem tuetur, vt ipſe ſoluere non teneatur permittendo creditoribus bona hæreditaria vendere, *leg. apud iulianum, 11. §. vtrum, & §. antiſtia, & ibi gloſ. & Bart. ff. ad Trebell. leg. ille a quo, 13. in princip. & leg. poſtulante, 44. poſt princip. ff. eod. titul.* & benè declarat *Peregrin. de fideicommiſſ. dict. artic. 2. num. 86. in fin.* vbi ſubiungit, hæredem in dicto caſu poſſe etiam petere ſeparari bona hæreditaria a ſuis bonis *ad leg. 1. ff. de ſeparation. bonorum*, vt ibi per eum.

523 Amplia ſecundo dictam quintam limitationem, vt hæres grauatus coactus adire hæreditatem etiam poſt aditionem compulſiuam ante reſtitutam per eum hæreditatem non poſſit a creditoribus hæreditarijs ad ſoluendum debita defuncti conueniri, *dict. leg. poſtulante, 44. in princip. & ibi Caſtren. ff. ad Trebellian. gloſ. in leg. cum hæreditas, 49. ff. eodem titul.* & not. *Peregrin. de fideicommiſſ. dict. articul. 4. numer. 1.* vbi ex *gloſ. vbi ſupra* hoc limitat non habere locum, quando actio creditorum expectato fideicommiſſario interim periret, quia tunc hæres in ſubſidium cogitur iudicium ſuſcipere, vt ibi per eum atteſtantem de communi opinione.

524 Limita ſexto dictam principalem concluſionem, vt non habeat locum in hærede grauato alteri reſtituere purè, & vniuerſaliter qui totam reſtituit vel ex mandato Teſtatoris, vel quia plenum obſequium ordinationi fideicommiſſariæ præſtare voluit, qui non tenetur ad ſolutionem debitorum hæreditariorum, ſed onera omnia in fideicommiſſarium tranſeunt, *§. ſed quia ſtipulationes*, & ibi not. *Io: Oinot. numer. 16. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred.* & eſt caſus in *leg. 1. in princip. & in l. qui totam, 45. ff. ad Trebell. & in*

leg. ita tamen, 27. §. *qui ex Trebelliano*, *ff. eodem titul.* & ſentit *Phanuc. de inuentar. par.* 2. *numer.* 50. *verſ. & dixit Paulus de Caſtro &c.* & declarant *Peregrin. de fideicommiſſ. dict. articul.* 4. *numer.* 2. *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum*, *quæſt.* 42. *numer.* 2. *& Anton. Gomez variar. reſolut. cap.* 5. *num.* 3.

525 Reſtituta enim hæreditate ex præordinatione Teſtatoris fideicommiſſarius ex authoritate Trebelliani in locum, & ius hæredis ingreditur, *leg. qui quadringenta*, 2. *leg. poſtulante*, 44. §. 1. *leg. ex aſſe*, 28. *& leg. ſi ab eo*, 68. *ff. ad Trebellian. leg. ſi filius*, 5. §. *final. ff. quod cum eo*, & not. *Peregrin. in loco ſupra proximè adducto*, vbi dicit, hanc eſſe communem Doctorum opinionem, & fuit de mente *Ciriac. controuerſ.* 290. *in fin.* vbi tamen vult, hæredem etiam facta reſtitutione poſſe per creditores conueniri in caſu, in quo obligauit ſe, & propria bona, & hæres facta reſtitutione remanet hæres tantumodo nomine, *dict. leg.* 1. *ff. ad Trebell. Angel. conſ.* 31. quem refert, & ſequitur *Phanuc. de inuentar. dict. par.* 2. *numer.* 50. *circa medium*.

526 Et licet alias vniuerſalis, vel particularis debitor non poſſit inuitis creditoribus actiones paſſiuas in alium transferre, *leg.* 2. *C. de pact. leg.* 2. *C. de hæred. vel action. vendit.* plenè *Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iurium titul.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 1. *& ſequen. & numer.* 36. *& ſequen.* vbi dat concordantes, hæres

527 tamen grauatus per reſtitutionem hæreditatis eas transferre in fideicommiſſarium non prohibetur, *leg.* 1. §. *placuit*, & ibi notant Doctores communiter, *ff. ad Trebellian.* & docent *Anton. Gomez variarum reſolut. tom.* 1. *capit.* 5. *numer.* 1. *& Craſſ. de ſucceſſ. in dict.* §. *fideicommiſſum*, *quæſt.* 42. *numer.* 10. nec non *Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iur. titul.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 45. benè comprobans, & ſentit *Fuſar. de ſubſtitution. quæſt.* 602. *numer.* 3.

528 Sublimita primo dictam ſextam limitationem, vt habeat locum quando hæres grauatus totam reſtituit hæreditatem, ſecus tamen eſt ſi ſit grauatus totam reſtituere hæreditatem, & ipſe retineat quartam tribus alijs partibus reſtitutis, quia tunc dictus hæres tenetur ad ſoluendum debita hæreditaria pro rata portione dictæ ſuæ quartæ, quam retinuit, *l. vbi purè*, 19. §. *te rogo*, *ff. ad Trebellian.* §. *ſed quia*, & ibi hoc notant *Aret. Io: Oinot. numer.* 16. *& alij Inſtit. de fideicommiſſ. hæredi. l.* 2. *vbi Bartol. Salicet. & Caſtrenſ. ff. ad Trebellian. Phanuc. de Inuentar. part.* 2. *numer.* 53. vbi dicit, hæredem pro quarta per eum retenta teneri creditoribus ſoluere in ſollidum, & vltra vires hæreditarias, ſi non confecit inuentarium, vt ibi per eum, & tradunt etiam *Peregrin. de fideicommiſſ. dict. articul.* 4. *numer.* 10. *& numer.* 16. vbi dicit, hanc eſſe indubitatam concluſionem, & illam ampliat, vt idem ſit, ſi hæres grauatus retineat dimidiam hæreditatis, vt quia Teſtator ita mandauit, quia pro rata portione partis hæreditatis retentæ tenebitur creditoribus ſoluere, vt ibi per eum, nec non

Coſta

Coſta de ration. ratæ quæſt. 28. *numer.* 2. *Anton. Gomez variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 5. *numer.* 2. *Craſſ. de ſucceſſ. §. Trebellianica, quæſt.* 2. *in princip. Fachin. controuerſ. iur. lib.* 10. *cap.* 94 *verſ. Tertia eſt &c. & Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tractat. variar. decad. prima, in tractat. de Trebell. titul.* 1. *numer.* 3.

529 Quarta enim Trebellianica, quæ per hæredem grauatum reſtituentem reſiduum hæreditatis retinetur non eſt quota bonorum, ſed hæreditatis, vt not. *Soccin. Iun. in leg. in quartam,* 90. *numer.* 12. 14. *&* 72. *ff. ad leg. falcid. Craſſ. de ſucceſſ. dict. §. Trebellianica, quæſt.* 2. *per totum*, vbi alios adducit concordantes, & dicit hoc eſſe indubitatum iuris principium, *Odd. conſ.* 5. *numer.* 4. *Peregrin. de fideicommiſſ. articul.* 3. *numer.* 22. *& articul.* 4. *numer.* 16. *& Balthaſ. Tomaſ. in dict. tractat. de Trebellianica titul.* 1. *numer.* 3. alios quamplures ita ſentientes commemorans, Vnde nec mirum, ſi hæres, qui partem hæreditatis retinet pro illa etiam portione teneri debeat oneribus hæreditarijs, vt declarant *Guid. Papa deciſ.* 296. *in princip. Coſta de ration. ratæ, dict. quæſt.* 28. *numer.* 2. & alij Doctores ſupra adducti.

530 Sublimita iterum dictam ſublimitationem, quod hæres grauatus tenetur ſoluere debita hæreditaria pro rata quartæ Trebellianicæ per eum retenta, vt non habeat locum quando hæres grauatus totum reſtituit retenta aliqua re certa hæreditaria de mandato Teſtatoris, quia tunc in nihilo tenetur creditoribus hæreditarijs neque pro rata illius rei habitæ, & retente, vt ſupra ex iuſſione Teſtatoris etiam ſi illa res retenta, & deducta per eum quartam Trebellianicam æquet, vel illam ſuperet, *leg.* 1. *§. ſi hæres, & leg. ſi legatus,* 30. *§. multum, ff. ad Trebell. gloſ. magna in leg.* 1. *§. final.* quam ſequuntur ibi *Bartol. Alex. Caſtrenſ. Iaſ. & communiter Doctor. ff. ad Trebellian. Io: Oinot. in §. ſi quis vna, numer.* 2. *Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred. Peregrin. de fideicommiſſ. articul.* 4. *numer.* 4. *& Balthaſ. Tomaſ. in dict. tractat. de Trebell. titul.* 1. *numer.* 4. qui alios dat concordantes.

532 Hæres enim facta reſtitutionem reliquorum in illa re retenta eſt loco legatarij, & fideicommiſſarius eſt loco hæredis, vt declarant *Io: Oinot. in dict. §. ſi quis vna, numer.* 2. *Peregrin. in dict. articul.* 4. *numer.* 4. Hæres autem vniuerſalis, & qui illius loco eſt tenetur ſoluere debita hæreditaria, non autem legatarius particularis, aut hæres in re certa, qui pro legatario habetur, *leg. quoties,* 13. *& ibi not. Bald. Iaſ. & alij, C. de hæred. inſtitut. leg. ex facto,* 35. *& ibi not. Bartol. Imol. & alij, ff. de hæred. inſtitut. gloſ. Bartol. Bald. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. & alij Doctores communiter in l.* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebell.* nec non *Peregrin. de fideicommiſſ. dict. art.* 4. *num.* 4. *Coſta de ration. ratæ, dict. quæſt.* 2. *num.* 3. *Honded. dict. conſil.* 68. *numer.* 14. *volum.* 2. *Fachin. controuerſ. iur. lib.* 4. *capit.* 15. & alij relati ſupra numero . . . *& articul. præceden. numer.* 77. Cum æs alienum non ſequatur fundum, *dict. leg.* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebellian. dict. leg. quoties,* 13. *C. de hæred. inſtitut.* & not. *Mangil. de*

euict. quæſt. 32. *num.* 9. & dixi pariter *ſupra num.* 508. Et cum legatarius non repræſentet, defunctum, vt poſt *Mattheſ. Gozad. Rolan. & Gail.* per eum adductos, tradit *Ciriac. controu.* 498. *numer.* 6. & dixi ſupra *numer.* 507. *& ſequen.*

533 Declara dictam ſublimitationem, vt habeat locum quando hæreditas per hæredem grauatum reſtituta eſt ſoluendo, ſecus verò ſi non ſit ſoluendo, & ſufficiens pro creditoribus ſatisfaciendis, quia tunc aut fideicommiſſarius non confecit inuentarium, & in dicto caſu ipſe tenetur ſoluere debita creditoribus hæreditarijs, etiam ſi bona non ſufficiant, & ſic vltra vires hæreditarias, vt tradunt *Bartol. & Doctorum communiter in leg. final. C. de iure delib. Rolan. de inuentar. part.* 2. *verſ. vigeſimo quæro &c. numer.* 4. *& ſequen.* vbi quamplures dat concordantes *Phanuc. de inuentar. par.* 2. *numer.* 50. qui pariter plures refert ita ſentientes, & dicit, contrariam opinionem *Io: Fabr.* eſſe communiter reprobatam, *Craſſ. de ſucceſſ. lib.* 2. *art. Inuentarium, quæſt.* 4. *numer.* 5. qui etiam plures adducit de communi opinione teſtantes, *Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tract. variar. decad. prim. in tractat. de inuentar. titul.* 7. *numer.* 72. *Ciriac. controuerſ.* 501. *numer.* 9. & in his terminis *Coſta in ſuis remed. ſubſidiar. remed.* 55. *ſub numer.* 6. *& Peregrin. de fideicommiſſ. dict. art.* 4. *numer.* 5. niſi fideicommiſſarius eſſet forte non ſoluendo, quia tunc hæres pro dicta re retenta in ſubſidium ſoluere creditoribus tenetur, vt not. *Adden. ad Io: Oinot. in dict.* §. *ſi quis vna, littera B. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred.* & declarat *Peregr. d. artic.* 4. *num.* 5. *in fin.*

534 Cum creditores præualeant omnibus per Teſtatorem honoratis hæredibus, fideicommiſſarijs, legatarijs, & ſimil. *l. papinianus*, 8. §. *quarta, & §. quoniam autem quarta, ff. de inoſficioſ. teſtament. leg. in quantitate*, 73. §. *final. ff. ad leg. falcid. leg. ex aſſe.* 52. *ff. eodem titul. leg. in imponenda*, 6. *C. ad leg. falcid.* & declarat *Peregrin. in dict. artic.* 4. *numer.* 6. & ſcripſerunt *Morot. conſ.* 13. *in fin. Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 105. *numer.* 6. *& quæſt.* 140. *numer.* 15. & dixi ſupra *num.* 517.

535 Aut fideicommiſſarius confecit inuentarium, quo caſu ipſe non tenetur ſoluere debita vltra vires hæreditarias, vt not. *Rolan. Phanuc. Monticell. Balthaſ. Tomaſ. Peregrin. Coſta, & Ciriac. ac alij relati ſupra numer.* . . . . & hæreditas pariter non eſt ſoluendo, & in dicto caſu hæredem teneri pro dicta re per eum retenta creditoribus ſoluere modicam habere difficultatem crediderim, prout etiam videntur admittere *Adden. ad Io: Oinot. in dict.* §. *ſi quis vna, littera B. & Peregrin. de fidecommiſſ. art.* 4. *numer.* 6. cum in hoc caſu quando fideicommiſſarius propter beneficium Inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias, & hæreditas non eſt ſoluendo militet eadem ratio, quæ viget in caſu ſuperiori, quando ſcilicet fideicommiſſarius licet teneatur vltra vires, tamen non eſt ſoluendo, quæ eſt quod creditores præualeant omnibus per Teſtatorem honoratis, quam firmauimus ſupra numer. 534.

536 Sublimita ſecundo dictam primam ſublimitationem, quod hæres purè grauatus hæreditatem reſtituere facta reſtitutione tenetur ſoluere debita hæreditaria pro rata quartæ per eum retentæ, & non vlterius, vt habeat locum prout loquitur ſcilicet quando hæres hæreditatem iam reſtituit, ſecus ſi adhuc non reſtituit, quia ante reſtitutionem hæreditatis dictus hæres tenetur ſoluere creditoribus debita hæreditaria, & ab eis poteſt ad illa ſoluenda integraliter compelli, licet quod ſoluit poſſit poſtea in reſtitutione deducere *l. ita tamen*, 27. §. *qui ex Trebelliano*, *ff. ad Trebell. Bald. in l. final. numer.* 2. *&* 3. *C. ad Trebell. Salicet. Caſtrenſ. & alij in l.* 2. *C. eod. titul. Alex. in l. deducta*, 58. §. *qui poſt*, *numer.* 1. *ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicommiſſ. dict. articul.* 4. *numer.* 16. *Morot. conſ.* 13. *numer.* 5. vbi ampliat, vt hæres in dicto caſu poſſit alienare bona hæreditaria fideicommiſſo ſubiecta, vt ibi per eum, *& articul.* 40. *numer.* 18. *& ſequen.* latè comprobans, & poſt eum *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 541. *per tot.* infinitos ferè adducens ita ſentientes.

537 Amplia hanc ſublimitationem, vt habeat locum etiam in oneribus perpetuis, puta cenſibus, penſionibus, liuellis, collectis, angarijs realibus incumbentibus bonis hæreditarijs, quæ tenetur ſoluere hæres grauatus pro tempore, quo bona apud eum remanent cum fructibus dictorum bonorum, & ſic ante reſtitutam hæreditatem, vt tenent *Molin. de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 8. *Peregrin. de fideicommiſſ. dict. art.* 4. *numer.* 65. *Didac. a Spin. in Spec. teſtament. in titul. de fideicommiſſ. ſubſt. numer.* 44. *& Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 523. *per tot.* Poſt verò reſtitutam hæreditatem tenetur dicta onera ſubire fideicommiſſarius pro tota, vel quota hæreditatis reſtitutæ, vt benè declarant *Peregr. Fuſar. & alij Doctores ſupra proximè adducti*.

538 Vtrum verò ſupradicta habeant locum in intereſſe, quod cucurrit pendente tempore reſtitutionis faciendæ, an illud ſoluendum ſit per hæredem inſtitutum, vel per fideicommiſſarium, vide *textum in leg. deducta*, 58. §. *qui poſt*, *& ibi Caſtrenſ. Alex. & Doctorum*, *ff. ad Trebellian.* de cuius textum intelligentia agunt *Coſta de ration. ratæ*, *quæſt.* 28. *numer.* 9. *Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 294. *numer.* 26. *& ſeq. part.* 2. *& Vincent. de Franch. deciſ.* 13. *in fin. & deciſ.* 49. *per tot.* ad quem ſe refert *D. Io: Baptiſta Deluca Aduocatus Romanus celeberrimus in ſuo doctiſsimo Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 10. *in tit. de fideicommiſſ. diſcurſ.* 177. *num* 16.

539 Declara dictam ſextam limitationem, quod hæres grauatus purè reſtituere hæreditatem, ſi totam reſtituit non tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum quando hæres eſt purè grauatus reſtituere, ſecus tamen eſt, ſi ſit grauatus reſtituere ſub conditione, vel die incerta, quæ facit conditionem, *leg. dies incertus*, 74. *ff. de condit. & demonſtrat. Cardinal. Mantic. de coniectur. lib.* 4. *titul.* 5. *numer.* 19. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 488. *numer.* 2. *Morot. conſ.* 2. *num.* 9. & ipſe hæreditatem

tatem reſtituit ante conditionis, vel dici aduentum, quia tunc cum reſtitutio non facta non prout Teſtator rogauit, actiones in fideicommiſſarium non tranſeunt ex Trebelliano, ſed vti ex donatione, vel contractu, *l. ſed ſi ante*, 10. *& ibi gloſ. ff. ad Trebell.* & not. *Bart. Caſtr. & Iaſ. in l. poſt partem*, 12. *C. de fideicommiſſ. Peregr. de fideicommiſſ. art.* 2. *num.* 51. *in fin. & art.* 4. *num.* 3. *Fuſar. de ſubſt. quaſt.* 602. *num.* 2. dum illam vltimo loco refert, & videtur ſequi etiam *Pacif. de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 9.

540 Maximè quando hæres eſt rogatus reſtituere pluribus poſt eius mortem, vel primo vni, & deindè alteri, vt tradit *Bart. in d. l. ſedet ſi alio*, 9. *numer.* 6. quem Doctores communiter ſequntur, vt dicit *Peregr. de fideicom. d. art.* 2. *num.* 51. & admittit etiam *Fuſar. de ſubſtit. d. quaſt.* 602. *num.* 4. & latè comprobat *Morot. conſ.* 3. *numer.* 11. *& ſeq.* & ſentit etiam *Ciriac. controuerſ.* 290. *num.* 14. & voluit *Rota deciſ.* 468. *num.* 2. *& deciſ.* 469. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 263. *ſub num.* 1. *par.* 1. *recent.* Itaut cum grauatus effectus fuerit hæres ipſe teneatur ſoluere debita, & poſſit a creditoribus conueniri ad exemplum eius, qui vendidit hæreditatem, *l.* 2. *C. de legat. l. planè*, 97. *§. qui rogatus, ff. de legat.* 1. *l. eum res*, 22. *C. de donat. & toto tit. ff. & C. de hæred. vel act. vendit.* & tradunt *Montic. Peregr. Cardin. Mantic. Gratien. Mangil. & Rota Roman.* in locis relatis ſupra, numer. . . .

541 Licet contrarium, quod hæres grauatus indiffinitè valeat hæreditatem reſtituere ante euentum conditionis, tenuerint *Butrig. Bald. Angel. Fulgoſ. Salicet. & alij in d. l. poſt mortem*, 12. *C. de fideicommiſſ. Bald. in rubric. numer.* 11. *C. de his quæ in fraud. credit. Cuman. & Alex. in d. l. ſedet ſi ante*, 10. *ff. ad Trebell. Rota dict. deciſ.* 468. *par.* 4. *diuerſ.* & alij relati per *Fuſar. de ſubſtit. d. quaſt.* 602. *in princ.*

542 Quicquid dicendum ſit, an dicta reſtitutio ante tempus poſſit fieri in præiudicium creditorum hæredis grauati, de quo agunt *Peregr. de fideicom. art.* 3. *numer.* 127. *& ſeq. Surd. conſ.* 116. *num.* 68. *& ſeq. lib.* 1. *Coſta remed. ſubſid.* 5. *num.* 7. *Pacif. de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 95. *& ſeq. Fuſar. de ſubſtit. quaſt.* 602. *num.* 3. *Bellon. Iun. conſ.* 33. *per tot. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 5. *num.* 78. *& ſeq. Adreol. controuer.* 110. *per tot.* & alij plures relati ab *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. titul.* 2. *quaſt.* 3. *numer.* 19.

543 Silentio tamen hic, vbi de hærede grauato reſtituere hæreditatem quando teneatur ſoluere debita hæreditaria latè egimus, inuoluendum non cenſui, quod hæres grauatus hæreditatem reſtituere pro ſoluendo ære alieno a defuncto contracto poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta *l. filius familias*, 117. *§. diui, ff. de legat.* 1. *l. peto*, 71. *§. prædium, ff. de legat.* 2. *l. pater filium*, 36. *ff. de legat.* 3. *l. alienationes*, 13. *ff. famil. erciſc.* & ſcripſerunt *Gabr. conſ.* 118. *numer.* 6. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 58. *numer.* 25. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 7. *num.* 23. *lib.* 1. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 11. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 40. *numer.* 18. *& ſeq. Fuſar. de ſubſtit. quaſt.* 541. *in princip. Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 570. *numer.* 10. *& ſeq. par.* 3. *& Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 299. *numer.*

*mer.1.vbi Adden.*recenſent requiſita.

544 Amplia dictam concluſionem, vt hæres grauatus nec teneatur illud ſoluere de fructibus bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum, vt voluerunt *Gabr. conſ.* 124. *num.*4. *lib.*1. *Peregr. de fideic. art.* 35. *numer.* 10. *verſ. contrarium &c. & art.* 40. *num.*22. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 541. *numer.* 7. *& quæſt.* 665. *num.*7. *& ſeq. Morot. conſ.* 13. *num.*7. *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 540. *num.* 6. *& ſeq. par.* 3. *& Rota deciſ.* 517. *num.* 10. *par.* 4. *diuerſ.*

545 Debita enim ſoluenda ſunt de bonis Teſtatoris, vt dicit *Rota d. deciſ.* 517. *numer.* 8. *par.* 4. *diuerſ.* fructus verò poſt aditam hæreditatem non ſunt amplius in hæreditate, ſed ſunt hæredis, *l. in fideicommiſſariam*, 18. & ibi hoc not. *Bartol. & alij, ff. ad Trebell.* & not. etiam *Honded. conſ.* 58. *num.*50. *lib.* 1. *Gratian. dict. cap.* 540. *numer.* 6. latè *Ciriac. controuerſ.* 550. *num.* 22. *& ſeq.* quamplures adducens ita ſentientes; & *Rota d. deciſ.* 517. *num.* 8. *par.* 4. *diuerſ.*

Et fideicommiſſario ſatis eſt conſultum ſi ei reſtituatur hæreditas qualis erat tempore mortis defuncti detracto ære alieno, & legatis particularibus, cum hęreditatis calculus referatur ad tempus mortis Teſtatoris *l. in quantitate*, 73. *ff. ad leg. ſalcid.* §. *quantitas*, *Inſtit. eod. tit. l. qui ita*, 66. §. *ſi damnum*, *ff. ad Trebell.* & not. *Bart. in l. ſi hæres pecuniam*, 73. *in prim. oppoſ. ff. ad Trebell.*

Nec iuſtè conqueri poteſt fideicommiſſarius de fructibus per hæredem grauatum perceptis pendente conditione, cum illos ex iudicio Teſtatoris ſuos faciat, qui interim hæredem grauatum fideicommiſſario prætulit, *d. l. in fideicommiſſariam*, 18. *& l. mulier*, 22. §. *ſi hæres*, *ff. ad Trebell.* alias euenire poſſet, quod hæres grauatus nihil commodi perciperet conſumptis fructibus hæreditatis in ſolutione æris alieni, vt benè aduertit *Peregrin. de fideic. art.* 35. *num.* 10. *in fin.*

546 Quicquid malè iudicio meo tenuerint *Molin. de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. & alij relati per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 665. *num.* 8.

547 Amplia ſecundo dictam concluſionem, vt hæres grauatus neque d. fructus fideicommiſſariorum bonorum conditione pendente perceptos teneatur in eius credita imputare, vt probant ex Modernioribus *Gabr. conſ.* 124. *num.* 4. *& ſeq.* vbi hanc ampliationem dicit veriſſimam, communem, & ab illa in iudicando non eſſe recedendum *Peregr. de fideicom. art.* 35. *num.* 10. *& art.* 40. *num.*22. *Honded. conſ.* 58. *num.* 5. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 291. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 2. latè comprobans, latè *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 65. *n.* 7. vbi innumeros ferè adducit concordantes, & dicit, ita ſemper vidiſſe practicari, & ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Maſcar. variar. reſol. lib.* 1 *cap.* 37. *num.* 7. *& ſeq. Merlin. de legit. lib.* 2. *titul.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 12. *& tit.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 25. 26. *& ſeq. Morot. conſ.* 81. *num.* 11. & ita tenuit ſæpius *Rot. Rom.* & præcipuè *deciſ.* 680. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & apud *Gregor. XV. deciſ.* 67. *num.* 10. *& apud Merlin. de legit. deciſ.* 9. *numer.* 6. vbi hanc opinionem dicit magis communem, *& deciſ.* 20.

numer. 12. *& ſeq. & deciſ.* 108. *numer.* 3. *& deciſ.* 120. *num.* 2.

548 Ad euitandam enim dictum fructuum imputationem ſtatim a die mortis Teſtatoris fauore hæredis præſumitur, hæredem ſibi de ſuo credito ſatisfeciſſe, vt docent *Surd. d. conſ.* 291. *num.* 12. *vol.* 2. latè comprobans *Mareſc. var. reſol. d. cap.* 37. *per tot. Card. Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 10. *Merlin. de legit. d. quæſt.* 32. *num.* 25. *& Rota apud Gregor. XV. d. deciſ.* 67. *num.* 10. *& ibi Adden. & apud Card. Seraph. deciſ.* 967. Vndè non poſſunt eius credita compenſari cum fructibus, qui fuerunt poſtea percepti in tempore, quo creditum amplius non aderat, ſed erat extinctum, vt benè declarat *Surd. d. conſ.* 291. *num.* 13. *lib.* 2. vbi dat concordantes.

549 Quicquid contrarium ſenſerint *Caſtr. & Alex. in l. quod de bonis*, 15. *§. quod auus, ff. ad leg. falcid. Ripa in d. l. in fideicom miſſariam*, *num.* 18. *&* 19. *ff. ad Trebell. Ang. Ruin. Pariſ. Alciat. Socin. Iun. Natt. Eugen. Rolan. & Menoch.* relati a *Fuſar. de ſubſt. dict. quæſt.* 665. *num.* 8. contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

550 Subamplia dictam ampliationem, vt hæres grauatus alteri hæreditatem purè, vel ſub conditione reſtituere, creditum quod habet cum Teſtatore poteſt deducere, & retinere etiam nullo confecto inuentario, vt tradunt *Gabr. d. conſ.* 124. *numer* 13. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 58. *numer.* 26. *&* 54. *& conſ.* 63. *numer.* 78. *lib.* 1. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, *Surd. conſ.* 1. *num.* 23. *& ſeq. lib.* 1. *Theſaur. quæſt. Forenſ.* 45. *num.* 4. *verſ. neque erit, &c. Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 203. *numer.* 7. *& ſequen. par.* 2. latè *Phanuc. de inuentar. part.* 7. *numer.* 41. plures referens concordantes *Card. Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 8. *numer.* 15. *Peregrin. de fideicommiſſ. articul.* 35. *numer.* 1. *& ſeq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 665. *num.* 1. latè comprobans, *Morot. conſ.* 81. *numer.* 10. *Mangil. de euict. quæſt.* 49. *in princip. & num.* 12. *& ſeq. Ciriac. controuerſ.* 497. *numer.* 25. *& ſeq. & Rot. apud Gregor. XV. deciſ.* 421. *& ibi Adden. littera C. & deciſ.* 267. *in princ. par.* 1. *recent. & deciſ.* 780. *par.* 2. *recen. per tot.*

551 Limita ſeptimò dictam principalem concluſionem, quod hæres teneatur ſoluere debita defuncti vt non habeat locum quando defunctus promiſit puta decem alicui, vel ſe obligauit cum taxatiua, vt ſi dixerit, promitto tibi decem *Ego ſolus*, *Ego tantum*, & per ſimilia verba, quia tunc dicta promiſſio dicitur pactum perſonale, & non tranſit illius obligatio ad hæredem, itaut hæres non teneatur dictam decem promiſſa ſoluere *argum. textum in leg. non ſolum*, 9. *§. tale, ff. de liber. legat. & in leg. idem in duobus*, 26. *§.* 1. *ff. de pact.* & ſcripſerunt *Bartol. Angel. Caſtren.* & magis communiter *Doctorum in leg. qui in futurum*, 58. *§. final. ff. de pact.* & declarant *Anton. Gomez variar. reſolut. tom.* 2. *capit.* 11. *numer.* 13. vbi hoc benè tuetur, & contrarijs reſpondet *Mangil. de euict. quæſt.* 56. *in fine, & quæſt.* 91. *numer.* 27. *verſ. non obſtat &c. Cardinal. Mantic. de tacit. lib.* 3. *titul.* 1. *numer.* 37. *verſ. ſed quando &c. & lib.* 4. *titul.* 33. *num.* 11. *& ſeq.* vbi latè probat, quod

quod ſi fuit factum pactum, quod venditori tantum liceat redimere rem venditam, hæres illius non poſſit dict. ius exercere, vt ibi per eum, & idem not. *Barboſ. de diction. diction.* 349. *num.* 17. alios adducens concordantes, & quod pacta perſonalia non tranſeant ad hæredem, dixit *Cardinal. Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *numer.* 4. *& ſeq.* vbi declarat quando contractus dicatur realis, vel perſonalis *Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 110. *num.* 39. & dicam infra.

552 Dictiones enim taxatiuæ operantur, quod diſpoſitio, ſeu contractus non tranſeat ad hæredes, *dict. leg. non ſolum*, 9. §. *tale*, *ff. de liber. lega.* & tradunt *Bart. Ang. Caſtren. & alij Doctores communiter*, *in dict. l. qui in futurum*, 58. §. 1. *ff. de pact.* nec non *Anton. Gomez variar. reſolut. d. cap.* 11. *num.* 13. *Mangil. de euict. d. quæſt.* 56. *in fin. & d. quæſt.* 91. *num.* 22. *verſ. & non obſtat &c. & quæſt.* 159. *in fin.* vbi contrarijs reſpondet, licet ſuperius, *num.* 124. aliter ſentire videatur, *Cardin. Mantic. de tacit. d. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 37. *verſ. ſed quando &c. & d. lib.* 4. *tit.* 33. *numer.* 11. *& ſeq.* vbi hoc latè tuetur, & contrarijs reſpondet, *Surd. conſ.* 403. *num.* 62. *& ſeq. lib.* 3. & ſentit *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 554. *num.* 24. *par.* 3. & ſcripſit *Barboſ. d. diction.* 349. *num.* 7. *& diction.* 327. *num.* 2. & ſentit *Rota deciſ.* 426. *num.* 5. *par.* 2. *rec.*

553 Cum per dictiones taxatiuas conſtituantur pacta perſonalia, vt dicit *Barboſ. d. diction.* 349. *num.* 9. & ante eum *Ceph. conſ.* 352. *num.* 18. *&* 22.

554 *lib.* 3. Pacta autem perſonalia non tranſeunt ad hæredes, ſed extinguntur cum perſona, *Surd. conſ.* 518. *numer.* 19. *lib.* 4. *Ceph. d. conſ.* 352. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 3. *Rota deciſ.* 669. *ſub numer.* 1. *par.* 1. *recent. & apud Merlin. de pignor. d. deciſ.* 110. *numer.* 39. *& apud Card. Ottob. deciſ.* 173. *numer.* 3. *Ciriac. contr.* 212. *num.* 1. *& ſeq.* vbi latè declarat quando pactum dicatur reale, vel perſonale, vt ibi per eum.

Quod quidem modicam videtur admittere dubitationem in caſu dict. limitationis, in quo dicta promiſſio ſoluendi cum taxatiua non poteſt intelligi, vt porrigatur ad extraneos, vt eſt in promiſſione de euictione, & ſimil. ſed ſolum ad hæredes, cum ſolum in hęredem tranſeat obligatio defuncti actiua, & paſſiua, §. 1. *auth. de iureiur. a morien. præſt. l. hæres in omne ius*, 37. *ff. de acquir. hæred. l.* 1. 2. *& per tot. C. de hæred. action. l. cum a matre*, 14. *C. de rei vendic. cum ſimil.* Ideo ne ſuperfluè dicta taxatiua videatur appoſita contra not. per *Bald.* communiter receptum per Doct. *in rubr. in* 9. *quæſt. C. de contrah. empt.* dicendum eſt quod comprehendat ipſum hæredem, ita vt ad eum dicta obligatio defuncti non tranſeat, vt declarant *Gabr. commun. concluſ. de verb. ſignif. concl.* 5. *in fin. Cardinal. Mantic. de tacit. d. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 38. *verſ. ſed quando &c. & lib.* 4. *tit.* 33. *num.* 13. *Mangil. de euict. d. quæſt.* 159. *numer.* 29. *& Ang. Grat. de dict. dict.* 272. *n.* 3.

Maxime quia quando in obligatione aliquid eſt appoſitum, quod denotat contrahentes ſuas dumtaxat perſonas reſpexiſſe ad hæredes non transfertur, *ad tex. in leg. non ſolum*, 9. §. *tale*, *ff. de liber. legat.* & docuerunt *Bartol. in leg. ſi ſic ſtipulatus*, 133. *numer.* 2. *ff. de verbor. ſtipulat.*

 & alij

& alij allati a *Piſtor. quæſt. 26. num. 3.* quem refert *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 21. num. 25.*

555 Licet prędicta non ſint omninò tuta, cum contrariam opinionem, quod per dictionem taxatiuam non excludatur hæres promittentis tenuerint *Alex. conſ. 18. num. 11. lib. 5. Dec. conſ. 213. num. 8. & conſ. 262. numer. 5. & conſ. 282. num. 4. in fin. Fabia. de Monte de empt. & vendit. in 6. part. prin. quæſt. 19. num. 76 Craſſ. de antiq. tempor. par. 4. num. 125. & ſeq.* & cum iſtis licet dubius pertranſit *Tiraquell. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 6. num. 6. & ſeq. & Mangil. de euict. quæſt. 11. num. 13.* vbi dicit, hanc opinionem ſibi videri veriorem, & alij relati per *Gabr. d. concluſ. 5. num. 2. & per Ang. Grat. dict. diction. 272. num. 2.* nec non per *Barboſ. in dict. diction. 349. num. 7.* & cum eis videntur pertranſire *Surd. conſ. 36. numer. 18. lib. 1.* & doctiſſimus *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. capit. 21. numer. 32.* & verè pertranſeunt *Adden. ad Rota deciſ. 10. numer. 41. & ſequen. part. 3. recentiorum, & Rota deciſ. 659. numer. 7. part. 4. recentior. tom. 3. & deciſ. 371. num. 21. & ſeq. part. 11. recent.* vbi aliæ recenſentur, Cum dictiones perſonales magis dicantur appoſitæ demonſtratiuè, quam taxatiuè, vt voluit *Rota vbi ſupra, & Ciriac. dict. controuerſ. 212. numer. 17. & ſequen.* licet maior pars Doctorum ſupra adductorum loquantur in caſu promiſſionis de euictione, & ſic quando taxatiua poteſt intelligi, & referri ad extraneos, vt dixi ſupra.

556 Limita octauo dictam principalem concluſionem vt non habeat locum quando expreſsè, & ſpecialiter fuit actum, quod obligatio defuncti non tranſeat ad hæredem, quia tunc dicta obligatio in eum non tranſit, & ſucceſſiuè hæres pro eo non tenetur æs alienum ſoluere, *d. ct. leg. non ſolum, 9. §. tale,* & ibi hoc not. *Bart. Alberic. & communiter Doct. ff. de liber. lega. dict. l. idem in duobus, 26. §. 1. ff. de pact. l. & hæredi, 22. §. fin. cum leg. ſeq. ff. eod. tit.* & in puncto ſcripſit *Anton. Gomez. variar. reſol. tom. 2. cap. 11. num. 12. in fin.* & ſentit etiam *Tiraquel. de retract. conuen. d. gloſ. 6. num. 10.* nec non *Mangil. de euict. dict. quæſt. 11. num. 7. verſ. declarando &c. & Rota apud Card. Ottob. deciſ. 173. num. 4.*

557 Declara modo dictam principalem concluſionem, quæ habet, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum pro portione hæreditaria, & pro parte tantum, pro qua eſt hæres, cum ipſo iure diuidatur inter eos actio, & obligatio, *leg. 2. & l. fin. C. de hæred. action. l. ſi vxor, 7. C. de bon. auth. Iud. poſſid. leg. licet, 14. C. ad leg. falcid. l. 1. C. ſi cert. petat. l. ſi ab eo, 7. C. de negoc. geſtor.* & ſcripſerunt *Surd. conſ. 104. num. 12. vol. 1. Zach. de oblig. Camer. quæſt. 4. num. 8. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 557. num. 11. Gratian. diſcept. Forenſ capit. 36. num. 17. & cap. 150. num. 12. par. 1. & cap. 323. num 3. par. 2. Ciriac. controuer. 193. num. 3 & controuer. 312. ante fin. & controuerſ. 320. num. 12. Andreol. controuer. 209. num. 1. Alph. ab Olea de ceſsion. iur. titul. 4. quæſt. 6. num. 1. P. Boſſ. de dote, capit. 6. §. 9. numer. 92. & Rota apud Gregor. XV. deciſ. 442. numer. 3. & ibi Adden. littera A. & apud Duran. deciſ.*

deciſ. 58. numer. 1. & apud Card. Ottobon. deciſ. 47. num. 2. & deciſ. 50. num. 10. par. 11. recen. & alibi paſſim.

557 Hæres enim repræſentat defunctum pro portione tantum, pro qua eſt hæres in reliquis verò reputatur vti extraneus, vt declarant *Anton. Gomez dict. cap. 10. num. 3. Surd. deciſ. 90. numer. 2. Cenc. de Cenſ. quæſt. 107. in fin. P. Boſſ. de dote dict. §. 9. num. 92. & Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 127. num. 5. & ſeq. & deciſ. 269. num. 7. par. 12. rec.*

558 Amplia primo dictam declarationem, vt habeat locum etiam ſi defunctus ſit obligatus in Inſtrumento habente executionem paratam, & in forma Cameræ quia adhuc dictum Inſtrumentum non exequitur cum hæredes, niſi pro virili, vt tradunt *Cauall. in ſuis commun. contra commun. quæſt. 76. numer. 11. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 16. num. 8. part. 1. Zacch. de obligat. Camer. quæſt. 4. num. 10. & Alph. ab Olea de ceſsion. iur. titul. 4. quæſt. 6. num. 5.*

559 Amplia ſecundo dictam declarationem, vt habeat locum etiam ſi debitum ſit fiſcale, & ſic priuilegiatum, quia adhuc hæres non tenetur ad illud ſoluendum, niſi pro portione hæreditaria *leg. 2. C. de hæred. action.* & not. *Peregr. de iure fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 10.*

560 Amplia tertio dictam declarationem, vt habeat locum etiam ſi hæredes conueniantur a filio pro ſua legittima, quia omnes pro rata ſunt conueniendi, vt not. *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 4. quæſt. 6. numer. 4.* & poſt *Ruin. conſ. 17. col. 3. in fin. lib. 5. Gabr. commun. concl. de legitt. concl. 6. num. 4. & Mareſcot. variar. reſol. lib. 1. capit. 23. num. 13.* per eum relatos tradit idem *Merlin. in eadem quæſt. 6. num. 9. & quæſt. ſeq. num. 5.*

561 Et idem ſtatutum reperitur ſi conueniantur tertij poſſeſſores pro legitima, quia conueniuntur pro rata, & non in ſollidum, vt docent *Peregr. de fideic. art. 36. num. 147. & ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *Scapuc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 9. num. 8. & ſeq. Pacif. de Saluian. inſpect. 2. cap. 2. numer. 305. Adden. ad Paſtell. expedit. 15. num. 99. & Merlin. de legitt. lib. 5. tit. 4. quæſt. 6. num. 13. & ſeq.*

562 Amplia quarto dictam declarationem, vt habeat locum in hæredibus tam in feudalibus, quam in burgenſaticis, qui tenentur ad ſolutionem onerum hæreditariorum pro rata bonorum, quę ad quemquam ex eis peruenit, vt poſt *Vinc. de Franch. deciſ. 159. num. 1. & 5.* per eum relatum, ſcripſit *Coſta de ration. ratæ, quæſt. 23. num. 10.* qui num. antecedentibus alia notat de hac materia, ipſum ſatis ſtrictè more ſuo differentem conſulere ne graueris.

563 Amplia quinto dictam declarationem, vt habeat locum etiam ſi vnus, vel plures ex hæredibus ſint effecti non ſoluendo, quia adhuc cæteri non tenentur niſi ad ſolutionem eorum partis pro rata hæreditatis, *l. fin. & ibi hoc not. Petr. Cin. Alber. Bald. Salic. & alij, C. de poſ.* & tradunt *Coſta de ration. ratæ, d. quæſt. 23, num. 3. Ant. Gomez variar. reſol. tom. 2. cap. 10. numer. 4.* vbi dicit, hoc habere locum etiam de iure canonico, & in foro conſcientiæ, & contrariam opinionem eſſe falſam, vt ibi per eum, & *cap. 11. numer. 12. Theſaur. quæſt. Forenſ. 67. num. 11. lib. 2. Andreol. d.*

controuerſ. 209 *num.*3. *Adden. ad Gregor. XV. deciſ.* 442. *numer.* 5. *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. dict. tit.* 4. *quæſt.* 6. *numer.* 6. *& P. Boſſ. de dote dict. cap.* 6. §. 9. *num.* 92. *verſ. quin etiam*, vbi probat, hoc habere locum etiam in foro conſcientiæ, vt ibi per eum.

564 Amplia ſexto dictam declarationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro rata tantum pro qua eſt hæres, vt habeat locum etiam ſi alicui ex hæredibus Teſtator fecerit aliquod prælegatum, quia adhuc hæres prædictus non tenetur ad debita ſoluenda, niſi pro dicta portione hæreditaria non inſpectis prælegatis *Bald. in leg. ex facto*, 35. *in princip. ff. de hæred. inſtit. Boer. deciſ.* 57. *num.* 2. *Tiraquell. de primog. quæſt.* 35. *numer.* 27. *Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 2. *num.* 3. cum quibus pertranſit *Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iur. dict. tit.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 7. vbi dicit, hoc non habere dubium de iure communi.

565 Cum nec legatarius, nec prælegatarius, nec inſtitutus in re certa ſuccedat in actionibus nec actiuis, neque paſſiuis defuncti, *l.* 1. *C. ſi cert. pet. l. final. C. ad Trebel. l. quoties*, 13. *C. de hæred. inſtit.* & ſcripſerunt *Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 4. *num.* 4. *Craſſ. de ſucceſſ. §. Inſtitutio quæſt.* 22. *numer.* 6. & benè declarat *Coſta in dict. quæſt.* 2. *numer.* 4. & idem tradunt *Dec. Boer. Fachin.* & alij relati ſupra, *num.* 507. *& num.* . . . . *& in art. præcedent. num.* 77.

566 Subamplia hanc ſextam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi hæres prælegatarius ſuſceperit iudicium paſſiuè, quia adhuc non videtur ſibi præiudicium attuliſſe, nec feciſſe aliquam ratam reſpectu bonorum prælegatorum, vt poſt *Soccin. Iun. conſ.* 45. *numer.* 6. *&* 21. *vol.* 1. per eum relatum firmat *Coſta de ration. ratæ d. quæſt.* 2. *num.* 10.

567 Subamplia ſecundò dictam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi ad fauorem vnius hæredis prælegatarij in eodem teſtamento ſit erecta primogenitura, quæ abſorbeat maiorem partem hæreditatis, quia adhuc debita ſunt ſoluenda per omnes hæredes pro rata, & portione hæreditaria, & non ex bonis primogenituræ ſubiectis, ſi primogenitura ſit erecta titulo ſingulari, & ſub quota bonorum, ſecus ſi ſub titulo vniuerſali, & ſub quota hæreditatis, vt declarant diſtinguendo *Coſta de ration. ratæ, dict. quæſt.* 2. *numer.* 1. *& ſeq.* Pro cuius clariori reſolutione conſulas *Tiraquell. de iure primog. quæſt.* 33. *num.* 27. *& ſeq. Molin. de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 10. *per tot. Annę. Robert. rer. iudic. lib.* 4. *cap.* 13. *Coſta d. quæſt.* 2. *per tot. & remed. ſubſid.* 55. *per tot. & Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tract. variar. decad.* 1. *in tract. de primog. tit.* 16. *cap.* 5. *num.* 57. *& ſeq.* alios adducens.

568 Hæres autem generaliter an, & quando teneatur ſoluere debita defuncti ex bonis primogenituræ, vel Maioratus latè agunt *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 10. *per tot. & Balth. Tomaſ. in dict. tract. de primog. tit.* 16. *cap.* 5. *numer.* 57. *& ſeq. & in tractat. de maior. tit.* 11. *cap.* 4. *num.* 42 *& ſeq.* vbi plures dat concordantes, quæ ne hic transferre videar, & ne longiſſimus fiam conſulas ſupradictos Doctores, & alios adductos ſupra in ſecunda ſubampliatione.

569 Limita primo dictam ſextam ampliationem, vt non habeat locum ſi hære-

hæreditas eſſet non ſoluendo, vt quia portiones relictæ iure hæreditario non eſſent ſufficientes ad ferendum onus æris alieni, & prælegatum eſſet in magna quantitate, quia in dict. caſu hæres prælegatarius tenetur pro ſua rata ad ſolutionem æris alieni defuncti, vt not. *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 4. num. 5. Coſta de ration. ratæ, dict. quæſt. 2. numer. 7. & 8. & dict. remed. ſubſidar. 55. numer. 1. & ſequen. & Petr. Gregor. Tholoſ. in lintag. iur. vniu. lib. 21. titul. 18. num. 18.*

570 Cum creditores hæreditarij præferantur omnibus in teſtamento honoratis, legatarijs, prælegatarijs, fideicommiſſ. & ſimil. *leg. papinianus, 8. §. quarta, & §. quoniam autem quarta, ff. de in ff. teſtament. leg. in quantitate, 73. §. final. ff. ad leg. falcid. l. ex aſſe, 52. ff. eod. titul. l. in imponenda, 6. C. ad leg. falcid.* & declarant *Peregr. de fideicommiſſ. dict. artic. 4. numer. 6. Morot. conſ. 13. in fin. Coſta de ration. ratæ, quæſt. 105. numer. 6. & quæſt. 140. numer. 15. & in dict. remed. ſubſid. 55. num. 1. in fin.* & dixi ſupra *num.* 517. & 534.

571 Limita ſecundo dictam ampliationem, vt non habeat locum quo ad onus incumbens bonis prælegatis, vt in tributis, collectis, & ſimil. quia illa tenetur ſubire ipſe met prælegatarius ſaltem pro tempore futuro, vt not. *Simon. de Præt. de interp. vlt. vol. lib. 5. dubit. 2. numer. 16. Peregrin. de fideicommiſſ. dict. artic. 4. num. 65. & ſeq. & Coſta de ration. ratæ, d. quæſt. 2. poſt num. 10.*

572 Amplia ſeptimo dictam declarationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro portione hæreditaria, & non vltra, vt quilibet hæres in dicto caſu poſſit ſoluere debitum hæreditarium pro ſua parte etiam inuito creditore, vt docent *Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 2. cap. 10. num. 3. & Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ. 67. num. 10. lib. 2.*

573 Quibus non obſtat, quod creditor non cogitur recipere particularem ſolutionem, *leg. tutor, 41. §. huius, ff. de vſur. leg. planè, 3. ff. famil. erciſc. leg. acceptam, 19. & ibi not. Doct. C. de vſur.* & tradunt *Surd. deciſ. 186. numer. 2. Gabr. conſ. 155. numer. 19. lib. 2. Petr. Maur. de ſolut. cap. 30. in princip. & Rota deciſ. 373. numer. 6. par. 1. recen.*

574 Quia id habet locum ſoluente principali debitore, ſecus autem in hærede illius, qui non teneteur ſoluere debita defuncti, niſi pro ſua rata, vt ſupra firmaui, & benè declarant *Anton. Gomez d. ct. capit. 10. poſt numer. 3. Theſaur. quæſt. Forenſ. 67. numer. 10.* & ita ſentit *Ptr. Maur. de ſolut. dict. cap. 30. num. 25.*

575 Amplia octauò dictam declarationem, quod mandatum relaxatum contra vnum ex pluribus hæredibus pro tota ſumma non ſit exequendum, *dict. leg. 2. cum ibi not. per gloſ. & Doctor. C. de hæred. action. leg. 1. C. ſi cert. petat. leg. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæred. Rota apud Card. Ottob. d. deciſ. 47. num. 2.*

576 Quid verò ſtatuendum ſit in caſu ſtatuti mandantis, quod bona immobilia decedentis ab inteſtato debeantur proximioribus ex parte patris, mobilia verò proximioribus ex parte matris, quomodo hi teneantur ſoluere creditoribus debita defuncti, vide *Tiraquell.*

de iure primog. quæſt. 35. *numer.* 29. *& ſeq. & Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 24 *per totum*, vbi tres in hac quæſtiones recenſet Doctorum opiniones, & ipſi ſentiunt ſic ſuccedentes tanquam hæredes teneri ad ſolutionem debitorum pro rata bonorum hæreditariorum facta illorum æſtimatione, ita ut qui plus habet plus ſoluat, vt ibi per eos, & plenè diſſerit *Caluin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 32. *per tot.* illos conſulas.

577 Subdeclara tamen dictam declarationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro rata antequam deueniam ad limitationes, quod ad cognoſcendum pro quanto dictus hæres teneatur ſoluere iuxta ſuam portionem hæreditatis attendenda eſt quotitas hæreditatis, non autem quantitas, vt declarant *gloſ. Bald. Salicet. Caſtren.* & communiter Doctor. in *leg. a matre*, 14. *C. de rei vendic. Craſſ. de ſucceſſ.* §. *hæreditas, quæſt.* 12. *numer.* 20. *Phanuc. de inuentar. part.* 5. *numer.* 72. *Mangil. de euict. quæſt.* 54. *numer.* 5. *Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 45. *in fin.* vbi ampliat hoc habere locum etiam non confecto inuentario, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt* 557. *numer.* 20. vbi concordantes, *Ciriac. controuerſ.* 312. *numer.* 115. *& Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tractat. variar. decad.* 1. *in tractat. de inuentar. titul.* 15. *numer.* 122. *& num.* 150. alios addiicens ſectatores.

578 Limita primo dictam declarationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro rata portionis hæreditariæ, vt habeat locum quando hæres conuenitur actione perſonali, ſecus tamen eſt ſi conuenitur actione reali, quæ datur contra quolibet hæredem in ſollidum, quia tunc aut hæres tenetur ſoluere integrum debitum, vel relaxare rem, quam poſſidet, *leg.* 1, *&* 2. *C. ſi vnus ex plurib. hæred. leg.* 2. & ibi hoc not. communiter Doctor. *C. de hæred. action.* & tradunt *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *hæreditas, quæſt.* 12. *num.* 13. vbi dicit, quod cum in omnibus ferè contractibus hipoteca apponi ſoleat, ideo hæres conuentus in hoc caſu poteſt debitum ſoluere, & a cohæredibus repetere, vt ibi per eum, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 16. *numer.* 11. *& ſeq. & cap.* 36. *num.* 42. *& cap.* 150. *num.* 13. *par.* 1. *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 97. *num.* 4. *& quæſt.* 98. *num.* 31. *Ciriac. controuer.* 193. *num.* 4. *& controuer.* 320. *num.* 12. *Andreol. controuerſ.* 209. *num.* 4. plenè *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 53. *Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iur. tit.* 4. *quæſt.* 6. *numer.* 17. vbi an id in generali vel tacita hipoteca procedat *P. Boſſ. de dote, cap.* 6. §. 9. *numer.* 93. *D. meus Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 6. *in titul. de dote, diſcurſ.* 76. *numer.* 2. *& Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 127. *num.* 17.

579 Hipoteca enim eſt indiuidua, *leg. rem hæreditariam*, 65. *ff. de euict. l. pignoris*, 17. *ff. de pignor.* & not. *Pacif. de Saluan. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 287. *Cenc. de Cenſ. in d. quæſt.* 97. *num.* 4. *Gratian. d. cap.* 150. *num.* 14. *Ciriac. d. controuer.* 193. *num.* 2. *Felician. de cenſ. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. *& Rota d. deciſ.* 127. *num.* 54.

580 Et ideo illa datur contra quemlibet rei hipotecatæ poſſeſſorem in ſollidum pro toto debito, *leg. moſdris*, 47. *in princip. & ibi Bart. numer.* 1. *ff. de iure fiſci, Pacif. dict. cap.* 4. *numer.* 287. *Cenc. dict. quæſtion.* 98.

num.

num. 30. *Cirlac. dict. controuerſ.* 193. *nu.* 1. *Scapuc. de Saluian. lib.* 2. *quæſt.* 15. *numer.* 2. *&* 3. *Felician. de cenſib. dict. cap.* 4. *num.* 11. *Alph. ab Olea dict. quæſt.* 6. *num.* 17. *Merlin. de pignor. d. quæſt.* 15. *num.* 54. & benè declarat *Rota apud eum d. deciſ.* 127. *num.* 18. *& ſeq.*

581 Amplia primo dictam primam limitationem, vt hæres prædictus conuentus hipotecaria pro vniuerſo debito non valeat opponere de excuſſione facienda contra coheredes, *gloſ. in l. mulier,* 20. *& ibi hoc not. Bartol. & Salic. ff. qui potio. in pign. hab. Neguſ. de pignor. in prim. membr.* 8. *par. num.* 16. *Mangil. de euict. dict. quæſt.* 98. *numer.* 36. *in princip. Surd. conſ.* 162. *numer.* 11. *volum* 2. *Gratiani diſcept. Foren. capit.* 36. *numer.* 44. *parte* 1. *& Cenc. de Cenſib. dict. quæſt.* 97. *numer.* 6.

582 Licet alias in actione hipotecaria ſit neceſſaria excuſſio, *auth. hoc ſi debitor, & ibi Bart. Bald. & Salicet. C. de pignor. auth. ſed hodie, C. de action. & oblig.* & not. *Pacif. de Saluian. inſpect.* 2. *cap.* 1. *numer.* 72. *Theſaur. deciſ.* 51. *numer.* 4. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 7. *numer.* 705. *Scapuc. de Saluian. lib.* 2. *quæſt.* 19. *numer.* 8. vbi teſtatur de communi opinione, *Card. Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 16. *num.* 4. *Felician. de cenſib. d. cap.* 4. *num.* 9. plenè *Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 69. *in princip.*

583 Amplia ſecundo dictam primam limitationem, quod ſi vnus ex hæredibus ita conuentus ſolidum ſoluit ab alio coherede quantitatem quam pro eo ſoluit actione negociorum geſtorum ſi hæreditas diuiſa eſt, vel iudicio familiæ erciſcendæ ſi diuiſa non fuit conſequi poterit, *leg.* 3. *C. de negoc. geſtor. leg. hæredes,* 25. *§. contra, ff. famil. erciſc. leg.* 2. *§. ex his, ff. de verbor. obligat.* & tradunt *Anton. Gomez variar. reſolut. dict. tom.* 2. *capit.* 10. *numer.* 31. *in fin. & Alph. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul* 4. *quæſt.* 6. *numer.* 18. alios adducens.

584 Amplia tertio dictam limitationem, vt dictus hæres conuentus in ſollidum pro re poſſeſſa poſſit cogere creditorem ad ei cedendum actiones contra alios cohæredes, *Rodriq. de execut. cap.* 4. *numer.* 18. *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 104. *num.* 11. quos referendo ſequitur *Alph. ab Olea d. tit.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 19.

585 Limita ſecundo dictam primam limitationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro rata, vt habeat locum quando ipſe conuenitur pro quantitate, vel alio in genere, quod in pondere, numero, & menſura conſiſtit, non autem ſi ſpecies, ſeu certa res, ſeu certum corpus, quod extet, debeatur etiam actione perſonali, quia tunc creditor poteſt agere in ſollidum contra vnum ex hæredibus, qui totam illam rem poſſideret, vt tenent *Caballi. in tractat. diuid. & indiu. par.* 2. *numer.* 84. ſentit *Anton. Gomez variarum reſolut. dict. capit.* 10. *numer.* 7. & clarè *P. Boſſ. de dote cap.* 6. *§.* 9. *numer.* 94. latè comprobans.

586 Sublimita tamen dictam primam limitationem, quod hæres tenetur in ſollidum ſoluere debita hæreditaria quando conuenitur actione hipotecaria, vel ſaluiano, vt non habeat locum in hærede poſſidente vnum ex pluribus fundis oneratis aliquo cenſu, quia tunc

ipſe tenetur tantum pro rata dicti fundi per eum poſſeſſi, non autem pro toto cenſu in ſollidum, vt voluerunt *Couar variar. reſolut. lib. 3. capit. 7. num. 8. Petr. Salazar. de vſu, & conſuetud. cap. 11. num. 85. & ſeq. Barz. deciſ. 56. num. 30. & ſequen. P. Rebell. de oblig. iuſt. lib. 10. quæſt. 6. ſub numer. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, quam latè comprobat *Ciriac. controuerſ. 541. num. 2. & ſeq.* qui alios dat concordantes, & dicit, hoc non procedere, quando quis conuenitur pro bonis pro cenſu generaliter hipotecatis, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Card. de Lugo de iuſtit. & iure, tom. 2. diſput. 27. ſect. 1. num. 6. & ſect. 6. numer. 106.* benè comprobans, & alios adducens concordantes.

587 Contrarium tamen imò hæredem poſſidentem vnum ex fundis cenſualibus teneri ad ſoluendum fructus cenſus in ſollidum tenuerunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 16. numer. 16. & capit. 141. numer. 3. & cap. 150. numer. 12. part. 1.* vbi de veriori, & communi opinione teſtatur, *Felician. de cenſib. lib. 3. cap. 4. numer. 11. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 2. numer. 51. & ſeq. Coſta de ration. ratæ, quæſt. 72. numer. 6.* & in terminis de hærede *Theſaur. lun. Quæſt. Forenſ. 85. numer. 3. lib. 2.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, *Cenc. de Cenſib. quæſt. 80. numer. 8. & ſequen.* quicquid ſit quando ageretur actione perſonali in rem ſcripta, & idem tenet *quæſt. 98. numer. 29.* vbi dat concordantes cum quibus pertranſit *Rota apud Cenc. deciſ. 542. num. 4. & ſeq.*

Nolo tamen hic omittere ad ornatum dictæ primæ declarationis, in qua habetur quod hæres tenetur ad ſolutionem debitorum defuncti ſolum

588 pro rata, pro qua eſt hæres, vt habeat locum etiam ſi plures hæredes ſint diuerſi fori, qui coram eorum Iudicibus ſunt conueniendi in quolibet eorum foro ſi debitum eſt diuiduum, alias ſecus, vt poſt *Rodr. Vergil. Caſtill. Salgad. Lara, & Robar.* per eum adductos probat *Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul. 4. quæſt. 6. numer. 21. & 22.* niſi defunctus ſe ſubmiſerit alicui foro, cum dicta ſubmiſſio noceat non ſolum ſubmittenti, ſed etiam eius hæredibus, vt ibi per eum, *numer. 21.* plures dans concordantes.

589 Limita ſecundo dictam declarationem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro rata portionis hæreditariæ, vt habeat locum quò ad onus perſonale, quod inter hæredes ſcinditur pro portione hæreditaria, vt eſt onus æris alieni, ſecus tamen eſt ſi eſt onus reale, vti onus annonæ tributorum, & ſimilium, quia illud aggrauat prout quiſque poſſidet, *leg. 1. C. de annor. & tribu. lib. 10.* & ſcripſit *Coſta de ration. ratæ, quæſt. 45. num. 15.*

590 Limita tertio dictam declarationem, vt non habeat locum quò ad ſolutionem canonis pro re emphiteotica, quia ad illud ſoluendum quilibet ex hæredibus tenetur in ſollidum vt tradunt *Corbol. de emphit. in titul. de cauſ. priuat. ob non ſolu. can. ampliat. 8. numer. 2. & in addit. ad dict. ampliat. 8. in princip. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 36. numer. 42. part. 1. Coſta de ration. ratæ, quæſt. 96. numer. 2. & 3.* vbi

vbi declarat, hoc non habere locum poſt incurſam per eos ex non ſolutione canonis caducitatem, & quando hęredes diuiſerunt emphiteuſim ſine conſenſu domini quod teneantur ad ſolutionem canonis in ſollidum admittit *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 22. titul. 27. numer. 26. verſ. Tertio &c.* & cum hac limitatione pertranſeunt *Ouid. de Amic. de iure emphit. quæſt. 10. numer. 6. verſ. ergo, &c. & num. 10. & 12. & Fulgin. de iure emphit. in titul. de ſolut. canon. quæſt. 1. num. 63.*

591 Infertur ex prædictis, quod ſi plures reperiantur hęredes vnius emphiteutæ, ſi vnus ex eis ſoluit canonem pro parte ſua, & alter non, totam res incidit in commiſſum, vt not. *Ripa in leg. 4. §. cato, numer. 44. & ibi Alex. Soccin. Iun. Crot. Alciat. Ponta. Soc. Sen. & Bologn. ff. de verbor. obligat. Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 2. capit. 10. numer. 24. verſ. octauo infero &c.* vbi de communi reſtatur, *Clar. in §. emphit. quæſt. 8. verſ. quæro quid ſi emphiteuta, &c.* vbi hanc dicit eſſe magis communem Doctorum opinionem *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 36. numer. 26. par. 1. Corbol. in dict. titul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. ampliat. 8. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, & plures dat concordantes, & de veriori pariter, & magis communi opinione teſtatur etiam *Caroc. de locat. & conduc. par. 2. de locat. ad long. temp. quæſt. 6. numer. 27.* & comprobat *Coſta de facti ſcien. & ignor. inſpect. 56. numer. 7. & in eod. tractat. diſtin. 11. in fin. centur. 1. & de ration. ratæ, quæſt. 96. in princip.* cum quibus pertranſeunt *Ouid. de Amic. de iure emphiteuſ. dict. quæſt. 10. numer. 6. & ſequen. & Fulgin. de iure emphit. in tit. de ſolut. can. quæſt. 1. num. 63. & ſeq.*

592 Conditio enim ſi canonem non ſolueris eſt indiuidua, vt probant *Corbol. in dict. titul. de cauſ. priuat. ob non ſolution. can. ampl. 5. numer. 2. & dict. ampliat. 8. numer. 2. Coſta de ration. ratæ, quæſt. 138. numer. 13. Ouid. de Amic. dict. quæſt. 10. numer. 6. & Fulgin. in dict. quæſt. 1. numer. 63.* Et ideo eodem modo quo fuit apud defunctum tranſit ad eius hæredes, ne ex eorum perſona mutetur conditio obligationis contra *leg. 2. §. ex his ff. de verbor. obligat.* & not. *Anton. Gomez dict. cap. 10. numer. 15. in fin. Corbol. dict. ampliat. 8. numer. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. capit. 182. numer. 33. part. 1. & cap. 252. numer. 10. par. 2.* nec non *Ouid. de Amic. & Fulgin. in locis ſupra proximè adductis, & Amat. deciſ. March. 31. num. 19.*

593 Licet contrarium, quod non tota res incidat in commiſſum, ſed ſolummodo portio hæredis non ſoluentis, tenuerint *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 22. titul. 27. numer. 16. & ſequen.* dicens, hæredes ad ſolutionem canonis teneri tantum pro portione hæreditaria, non autem in ſollidum, vt ibi per eum, & dictam obligationem ſoluendi canonem eſſe diuiduam admittere videtur etiam *Soccin. Iun. dict. §. cato, numer. 89.* cum quibus pertranſeunt *Fachin. controuerſ. iur. lib. 1. capit. 97. per tot. Ceuall. in ſpec. commun. opin. quæſt. 76. numer. 4.* & videtur ſentire *Gratian. dict. capit. 36. numer. 17.*

594 Sublimita dictam tertiam limitationem, quod hæres emphiteutæ tenetur ad ſolutionem canonis in ſollidum

lidum, vt non habeat locum quando hæredes emphiteuſim diuiſerunt cum conſenſu domini directi, quia tunc ex dicta diuiſione cenſetur facta multiplicatio vnius rei emphiteoticæ in plures, & perinde eſt, ac ſi à principio eſſent diuidentibus conceſſæ, & cenſetur renouari pro parte, & ideo non tenentur ad ſolutionem canonis in ſollidum, itaut vno ex eis canonem non ſoluente, pars alterius non incidat in commiſſum, vt declarant *Corbol. de iure emphit. in dict. ampliat. 8. numer. 6. & in addit. ad dict. ampliat. 8. numer. 6. Cardinal. Mantic. de tacit. dict. lib. 22. titul. 27. numer. 26. verſ. tertio, &c. Grattian. diſceptat. Forenſ. dict. capit. 36. numer. 30. Ouid. de Amic. dict. quæſt. 10. numer. 13. & Fulgin. de iure emphiteuſ. in dict. tit. de ſolut. canon. dict. quæſt. 1. numer. 66. & ſequen.* vbi alias affert limitationes, quas hic nimis longum eſſet recenſere, videas per eum ibi, & per *Ouid. de Amic. vbi ſupra.*

595 Limita quarto dictam declarationem, vt non habeat locum, ſi hæredes faciant inter ſe pactum, quod alter eorum ſoluat debita defuncti, quia pactum inter eos eſt ſeruandum, itaut ſic ſoluere promittens ad id cogi poſſit, vt not. *Io: Onnot. in §. omnium numer. 13. Inſtitut. de action. Boer. deciſ. 57. numer. 3. & Surd. deciſ. 90. poſt num. 8.* & ſentit etiam *Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul. 4. quæſt. 6. num. 4.*

596 Quicquid ſit quò ad creditorem, cui dictum pactum non præiudicat, quo minus vnumquemque pro rata ſua pacto non obſtante conuenire poſſit, niſi ipſe pacto conſenſerit; *leg. debitorum, 25. cum leg. ſequen. & ibi not. gloſ. Bartol. Bald. Iaſ. & alij Doctores communiter, C. de pact.* & adnotarunt *Surd. dict. deciſ. 90. numer. 8. Coſta de ration. rat. e, quæſt. 23. numer. 4. Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ. 67. numer. 10. lib. 2. Andreol. controuerſ. 209. numer. 2. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 15. numer. 48. & ſeq. Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul. 4. quæſt. 6. numer. 4.* vbi concordantes, *& Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 127. num. 40.*

597 Cum pactum factum per hæredes in præiudicium creditorum nullius ſit momenti, & ei non præiudicet, *leg. pacto ſucceſſorum, 26. & ibi not. gloſ. & Doctor. C. de pact.* & aduertunt *Boer. d. deciſ. 57. num. 3. & Surd. d. deciſ. 90. numer. 8.*

598 Limita quinto dictam declarationem, vt non habeat locum ſi Teſtator mandet eius debita per vnum tantum ex ſuis hæredibus perſolui, quia hæres ita à teſtatore ad ſoluendum grauatus poteſt compelli à cohæredibus ad ſoluendum dicta debita Teſtatoris actione ex teſtamento, vel actione familiæ erciſcendæ, vt declarant *Afflict. deciſ. 240. numer. 8. Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 2. capit. 11. numer. 15. verſ. ſi vero vult &c. Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas, quæſt. 12. numer. 12.* & in iſtis terminis intelligo *Crau. conſ. 174. num. 8.*

599 Si tamen Teſtator id mandet in teſtamento, ſecus ſi in contractibus in obligatione contrahenda, vt not. *Doctores ſupra adducti,* & vltra eos *Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 15. numer. 51. & Rota apud eum dict. deciſ. 127. numer. 7. repetita deciſ. 413. numer. 9. part. 9. recentiorum, tom. 2.*

600 Quic-

600 Quicquid ſit quò ad creditores, qui dicto præcepto Teſtatoris non obſtante contra dictum hæredem ſic ad ſoluendum grauatum agere non poſſunt, cum ipſo iure actio inter hæredes ſit diuiſa; ſed debet pulſare quemlibet hæredem pro rata, *leg. ſeruo legato, 72. §. ſi Teſtator, ff. de legat. 1.* & not. *Anton. Gomez. variar. reſolut. tom. 2. cap. 10. numer. 4. in fin. & capit. 11. numer. 15. verſ. Item etiam &c. Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas, quæſt. 12. numer. 12. Surd. dict. deciſ. 90. numer. 7. & ſeq.* vbi tenet, diſputationis gratia, quod licet creditor in dicto caſu non cogatur vnum tantum ex hæredibus conuenire, poſſit tamen id facere ſi velit, *& ibi Hodiern. numer. 6.* & in his terminis loquitur *Fachin. controuerſ. iur. lib. 12. capit. 51. in fin.* addo *Coſta vt ſupra* ſentientem *de ration. ratæ, quæſt. 23. numer. 5. Andreol. controuerſ. 209. numer. 2. Pater Boſſ. de dote, capit. 6. §. 9. ſub numer. 92. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 15. numer. 48. & ſeq. & Rota apud Merlin. de pignor. dict. deciſ. 127. numer. 7. & ſequen.* & ita intelligo *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. tit. 4. quæſt. 6. num. 4.*

601 Limita ſexto dictam declarationem, vt non habeat locum in dote, cuius fauore quemlibet ex hæredibus conueniri poſſe in ſollidum ad dictam dotem ſoluendam, vel reſtituendam, videtur *tex. in leg. cum ab vno, 55. & ibi not. gloſ. Bartol. Bald. Cuman Caſtr. Imol. & communiter Doctores, ff de legat. 2.* & vltra eos voluerunt *Bald. Nouell. de dote, part. 8. priuil. 33. per tot. Coſta de ration. ratæ, quæſt. 23. in fin. Surd. deciſ. 90. in princip.* dicens, hanc eſſe communem Doctorum opinionem, licet ipſe diſſentiat vt infra dicam, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 16. num. 15.* vbi dicit, ab hac opinione vti communi non eſſe recedendum *par. 1. & deciſ. March. 140. numer. 8. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 15. in fin.* & alij plures adducti per *P. Boſſ. de dote, capit. 6. §. 9. num. 95.* dicens ab hac opinione vti communi, & magis communi non eſſe vti etiam doti fauorabili recedendum, *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 11. num. 37.* qui malè allegat *Andreol. & Hodiern.* cum qua videtur pertranſire *Rota apud Merlin. de pignorib. deciſ. 103. numer. 20.*

602 Contrariam tamen opinionem tenuerunt *Surd. dict. deciſ. 90. num. 2. & ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe per Senatum Mantuanum iudicatum, & ibi *Hodiern. numer. 3. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione vti magis communi, & veriori non eſſe recedendum, & reſpondet *tex. in dict. leg. cum ab vno,* vt ibi per eum, *Fachin. controuerſ. iur. lib. 12. cap. 51. per tot. Spin. de teſtam. gloſ. 11. numer. 81. Pacif. de Salutan. inſpect. 3. capit. 4. numer. 110. Theſaur. dict. quæſt. Forenſ. 67. numer. 7. lib. 2. Andreol. dict. controuerſ. 209 in fin.* vbi alijs adductis concordantibus teſtatur de veriori opinione, cum quibus pertranſeunt *Merlin. de pignor. ſibi contrarius lib. 3. quæſt. 84. in fin. Gizzarel. deciſ. 50. per tot. Alph. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul. 4. quæſt. 6. numer. 9.* vbi hanc dicit veriorem eſſe opinionem, & plures dat concordantes, & *D. meus Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 6. de dote, diſcurſ. 162. num. 26.* vbi teſtatur pariter de veriori opinione.

603 Ra-

603 Ratio autem videtur manifeſta, quia hæres non poteſt conueniri proſoluendo ære alieno defuncti, niſi pro portione hæreditaria, *text.* eſt litteralis in *leg.* 2. *C. de hæred. action.* *& in l. ſi vxor*, 7. *C. de bon. author. iud. poſsid. in l. licet*, 14. *C. ad leg. falcid. in l.* 1. *C. ſi cert. petat. in l. ſi ab eo*, 7. *C. de negoc. geſtor.* & tradunt *Gabr. Gomez. Pinel. Mangil. Surd. Zach. Gratian. & alij relati ſupra numer.* 556. Cum hæres repræſentet defunctum pro parte tantum pro qua eſt hæres, in alijs autem habeatur pro extraneo, *leg. cum a matre*, 14. *C. de rei vendic. dict. leg. ſi vxor*, 7. *C. de bon. auth. iud. poſsid.* & tradunt *Bartol. Dec. Iaſ. Tiraquell. Pinell. & Cagnol.* relati per *Surd. d. deciſ.* 90. *numer.* 2. & alij plures relati ſupra, numero 557.

604 Habens verò regulam pro ſe dicitur habere intentionem fundatam, vt tradunt *Maſcard. de probat. concluſ.* 1268. *num.* 1. *volum.* 3. *Barboſ. axiom.* 198. *numer.* 2. *& Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 182. *num.* 1. Et regulæ eſt ſtandum, niſi in contrarium limitatio oſtendatur, vt docent *Bart. Bald. Caſtren. & Iaſ. in leg.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. Ciriac. controuerſ.* 13. *numer.* 6. plenè *Barboſ. dict. axiomat.* 198. *in princip.*

605 Dos autem licet pluribus ſit munita ſpecialibus contra iuris regulas, vt videre eſt per *Doctor. in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* cum tamen in hoc caſu non reperiatur ſpecialiter priuilegiata, compræhendi debet ſub generali diſpoſitione, quod quilibet hæres eſt pulſandus pro rata, pro qua eſt hæres, de qua in *leg.* 2. *C. de hæred. action.* cum alijs ſupra proximè adductis, & tradunt *Surd. d. deciſ.* 90. *numer.* 5. *& conſ.* 270. *numer.* 7. *lib.* 2. nec non *Couar. Gumb. Honded. Fachin. Gizzarel. Gait. Menoch. Carpa. Boſſ. Simoncell. & Rota relati ſupra in hoc* 15. *artic. num.* 556. de veriori, & magis communi opinione atteſtantes, & in his terminis tradunt *Hodiern. ad Surd. dict. deciſ.* 90. *num.* 7. *Andreol. dict. controuerſ.* 209. *num.* 10. *& Alph. ab Olea dict. quæſt.* 6. *numer.* 9. *& ſequen.* . . .

606 Specialia enim non ſunt multiplicanda, *l. ius ſingulare*, 15. *leg. quod verò contra.* 13. *ff. de legib. l. cum poſt*, 70. *§. gener. ff. de iure doti. Surd. dict. deciſ.* 90. *num.* 4. *Morot. conſ.* 18. *num.* 21. & non valet conſequentia dos habet quamplura priuilegia, ergo etiam hoc frui debet, vt arguit *Tiraquell. de retract. comang.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 96. *& ſeq.* vbi quamplures recenſet caſus, in quibus dos non reperitur ſpecialiter priuilegiata, ſed vtitur iure communi, vt aduertit etiam *Surd. d. deciſ.* 90. *num.* 5. *in fin.*

607 Neque obſtat *tex. in dict. l. cum ab vno* 55. *ff. de legat.* 2. cui benè reſpondent *Surd. d. deciſ.* 90. *num.* 6. *& ibi Hodiern. num.* 7. *Fachin. controuerſ. iur. dict. cap.* 51. *per tot. Alph. ab Olea in d. quæſt.* 6. *numer.* 10. & alij Doctor. ſupra pro hac contraria parte adducti, quæ nimis longum eſſet hic recenſere, quam opinionem in puncto iuris veriorem eſſe, & magis communem cenſerem, & ſeruandam tute in praxi, vt dicit etiam *Theſaur. Iun. d. quæſt. Forenſ.* 67. *num.* 7. niſi tamen pro illa competeret hipoteca, & ageretur hipotecaria iux. terminos ampliationis de qua ſupra num. . . . & not. *P. Boſſ. in d. §.* 9. *num.* 92. *& ſeq.*

608 Am-

608 Amplia dictam ſextam limitationem, vt eo magis habeat locum quando Teſtator in eius teſtamento mandat per vnum ex ſuis hæredibus ſolui debere totam dotem, quia in dicto caſu benè dictus hæres ſic grauatus tenetur totam dotem ſoluere, & contra eum agi poteſt per vxorem actione de dote *dict. leg. cum ab vno, 55. & ibi not. Doctor. communiter, ff. de legat. 2. Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 2. cap. 10. num. 4. in fin. & capit. 11. numer. 15. verſ. huius ratio eſt &c. Surd. dict. deciſ. 90. numer. 6. & ſeq. Fachin. controuerſ. iur. dict. lib. 12. capit. 51.* & ita tenet etiam *Pater Boſſ. de dote, dict. cap. 6. §. 9. num. 97.*

609 Limita ſeptimò dictam declarationem, vt non habeat locum in hærede, qui interrogatus pro qua parte ſit hæres, aſſerit per mendacium, eſſe hæredem in minori portione, vt puta ſi eſſet hæres in ſemiſſe, aſſerit ſe hæredem in quadrante, quia mendacij pœnam hanc feret, quod in ſollidum conueniatur, niſi per errorem id fecerit, *ad tex. in leg. de ætate, 12. §. ſi cum eſſet quis, & ibi hoc not. gloſ. Bart. Bald. & alij, ff. de inter. action.* & tradit *Gratian. deciſ. March. 227. num. 6.* plura ad id cumulans.

610 Limita octauò dictam declarationem, vt non hebeat locum quando agitur de ſoluendo intereſſe, quod ſubrogatur loco facti indiuidui, vt quia hæres teneatur ex obligatione defuncti ad factum, ad quodquè præſtandum fuerit hæres in iudicio condemnatus, quod ſi præſtare non poſſit, tenebitur hæres ſoluere totum intereſſe in ſollidum, non autem pro rata, licet ipſe non ſit hæres in ſollidum, ſed pro aliqua portione hæreditaria, vt tradunt *Bartol. in leg. 2. §. ex his, & ibi Alex. Caſtren. Imol. & alij, ff. de verbor. obligat. Anton. Gomez variarum reſolut. tom. 2. cap. 10. numer. 16. verſ. non obſtat ſi replices, &c. & verſ. ſeq. & Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 323. numer. 7. & 8. par. 2. D. Torre de pact. futu. ſucceſſ. lib. 2. capit. 11. num. 39*

611 Neque obſtat, quod licet contractus, & obligatio ſit indiuidua in ſua primitiua ſubſtantia, & natura, tamen quando deuenitur ad intereſſe, ſeu æſtimationem eius eſt diuidua *ad tex. in leg. ſtipulationes non diuiduntur, 72. verſ. Celſus,* & ibi hoc not. communiter *Doct. ff. de verbor. obligat.* & ſic intereſſe venit diuidendum inter hæredes pro portione hæreditaria, & non cogitur vnus ex hæredibus totum illud præſtare quaſi conſiſtat in quantitate, quæ eſt naturaliter diuidua, *dict. leg. ſtipulationes non diuiduntur, 72. §. celſus, & leg. 4. §. cato in fin. & ibi Ripa numer. 12. 36. & 42. ff. de verbor. obligat.* & tradunt *Gratian. d. capitul. 323. numer. 6. & Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 14. titul. 36. num. 8.*

612 Quia id habet locum quando intereſſe petitur in iudicio per viam actionis puta quia Titius promiſerit aliquid facere, & extiterit in mora ſi petatur intereſſe per viam actionis, & obtineatur contra hæredes, tunc quilibet hæres tenetur ad illud ſoluendum pro parte, licet factum

eſſet

eſſet indiuiduum, quia non fuit petitum opus fieri, ſed actum fuit ad damna, & intereſſe, quia opus non fuit factum, ſecus tamen eſt quando petitur id ipſum factum ab hæredibus, ad quod tenebatur defunctus, quia tunc ſi fuit actum contra vnum hæredem, qui condemnatus ad factum veniat intereſſe per viam executionis, & per conſequens habebitur ſubrogatum loco facti, quod vti tale non diuidetur inter ipſos hæredes, ſed erit indiuiduum, & ſapiet naturam eius, in vnius locum ſubrogatur, vt tradunt *Bart. Alex. Caſtren. Imol. & alij in leg. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig. Anton. Gomez variar. reſolut. dict. capit. 10. numer. 16.* & benè declarat *Gratian. dict. capit. 323. numer. 7. & ſequen.* vbi teſtatur de communi opinione, & poſt eum *Rota deciſ. 413. numer. 24. & ſequen. part. 9. recent. tom. 2. & deciſ. 50. numer. 11. & 12. part. 11. recentiorum.*

613 Limita nonò dictam declarationem; quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti pro rata, vt non habeat locum in alimentis debitis ex contractu, quia ad illorum præſtationem, ſeu ſolutionem cogi poteſt quilibet ex hæredibus promiſſoris in ſollidum, vt voluerunt *Surd. de aliment. titul. 9. quæſt. 14. numer. 1. Gratian. diſceptat. Forenſ. capit. 16. numer. 3. par. 1. Adden. ad Paitell. exped. 73. numer. 52.* indiſtinctè loquens quò ad alimenta futura, & poſt *Ludou. deciſ. Peruſ. 92. & Vincen. de Franch. deciſ. 203.* per eum relatos voluit *Hodiern. ad Surd. deciſ. 323. numer. 11.* & cum eis quando alimenta non fuerunt promiſſa per viam quotæ, per viam numeri, vel quantitatis pertranſit *Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 2. cap. 10. numer. 20. verſ. ſed finaliter, &c.* & generaliter tenuit *Giurb. obſeruat. 20. in princip.* vbi dat concordantes.

614 Cum enim obligatio præſtandi alimenta apud defunctum eſſet indiuidua, & videntur voluiſſe *Bartol. in dict. leg. ſtipulationes non diuiduntur, 72. numer. 27. ff. de verbor. oblig. & Iaſ. ibi, numer. 30.* quem ſequitur, & tuetur *Surd. de alim. dict. quæſt. 14. numer. 6. & ſeq.* per mutationem perſonæ non debet mutari qualitas obligationis *ad tex. in dict. leg. 2. §. ex his cum ibi not. per Doctor. ff. de verbor. oblig.* & not. *Surd. & Gratian. vbi ſupra*, & alij relati ſupra in hoc 15. *art. num.*

615 Contrariam tamen opinionem, quod imò indefinitè vnus ex hæredibus non teneatur ad præſtationem alimentorum in ſollidum, ſed ſolum pro rata portionis hæreditariæ quomodocumque illa debeantur ſiuè ex teſtamento, ſiuè officio Iudicis, vel ex ſtipulatione, voluerunt *Bart. in dict. leg. ſtipulationes non diuiduntur, 72. numer. 31. & Soccin. Iun. numer. 339. ff. de verbor. obligat. Cordub. ſi quis a liberis, §. ſi quis ex his numer. 207. ff. de liber. agnoſcen.* cum quibus pertranſeunt *Coſta de ration. ratæ, quæſt. 31. numer. 4. Theſaur. Iun. dict. quæſt. Forenſ. 67. num. 5. & ſeq. lib. 2. Hodiern. ad Surd. dict. deciſ. 90. numer. 3. & ſequen.* & hanc opinionem quando alimenta promiſſa ſunt per viam quotæ, numeri, vel quantitatis amplectitur etiam *Anton. Gomez*

variar.

variar. reſolut. dict. cap. 10. *numer.* 20. *verſ. ſed finaliter &c.* & cum ſupradictis pertranſit *Alphonſ. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul.* 4. *quaſt.* 6. *numer.* 15. vbi dicit pro hac opinione extare *tex. in leg. cum vnus,* 10. *ff. de alimen. lega.* & alios dat concordantes.

616 Licet Iudex ex officio compellere valeat vnum ex hæredibus ad ſubeundum totum onus alendi cæteris contribuentibus pro rata, ne ex minutatim facienda ſolutione damnum, & in exactione, & in perceptione creditor ſentiat *ad tex. in leg.* 3. *ff. de aliment. & cib. lega.* & aduertunt *Surd. de aliment. dict. quaſt.* 14. *num.* 5. *Theſaur. Iun. dict. quaſt.* 67. *numer.* 11. *Gratian. diſcep. Forenſ. dict. cap.* 16. *numer.* 27. *Anton. Gomez variar. reſolut. dict. cap.* 10. *numer.* 20. *& Coſta de ration. ratæ, quaſt.* 31. *numer.* 4. *& quaſt.* 215. *in princ.* vbi dicit, hoc habere locum ſiuè alimenta debeantur ex ſtipulatione, ſiuè ex teſtamento, ſiuè officio Iudicis, vt ibi per eum, & not. etiam *Vrſell. in exam. apum concluſ.* 89. *numer.* 398. *Gargiar. Iun. conſ.* 94. *numer.* 2. *lib.* 1. nec non *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. d. titul.* 4. *quaſt.* 6. *numer.* 15. *& Giurb. dict. obſeruat.* 20. *num.* 13.

617 Quod quidem in minutis creditis exigendis fieri ſolere poſt *tex. in leg. planè*, 3. *ff. famil. erciſc.* ſcribit *Theſaur. Iun. quaſt. Forenſ.* 19. *per tot. & dict. quaſt.* 67. *numer.* 11. *lib.* 2. *& Coſta dict. quaſt.* 215. *numer.* 2. Et

618 quando quis teneatur aliquem alere quod cogi poſſit per Iudicem ad aſſignandum bona, ex quorum redditibus alimenta percipiat, tenuit *Rota deciſ.* 194. *numer.* 69. *part.* 7. *recentior.*

619 Ratio autem ſupradictæ contrariæ opinionis videtur ſatis manifeſta ex eo, quia omnes actiones tranſeunt paſſiuè in hæredes pro portionibus hæreditarijs, *dict. leg.* 2. *& ibi hoc not. gloſ. Bart. Bald. Salicet. & communiter Doctor. C. de hæred. action.* & tradunt *Anton. Gomez, Mangil. Surd. Zacch. Fuſar. Gratian. Theſaur. Iun. Ciriac. Andreol. P. Boſſ. & Rota relati ſupra num.* 556. & ideo ſtandum ſit regulæ, niſi contraria limitatio clarè oſtendatur, vt dicit *Honded. conſ.* 81. *num.* 19. *lib.* 1. *Barboſ. axiom.* 198. *numer.* 1. vbi dat concordantes, & poſt eum *Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 182. *in princip. & in Roman. fideicommiſſ.* 7. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. Tarate, §. ex quibus &c.*

620 Quibus non videtur obſtare, quod quando alimenta debentur ex contractu eſt ſtipulatione obligatio apud defunctum erat indiuidua, & ideo non debet ex mutatione perſonæ qualitas obligationis immutari, *d. leg.* 2. *§. ex his, ff. de verbor. obligat.* cum alijs ſupra adductis, Quia reſponderi poteſt, quod cum ſimus in obligatione rem tradit, vt videtur admittere *Surd. in dict. quaſt.* 14. *numer.* 8. *&* 13. quæ licet ſit indiuidua, vt tradunt *Bart. Aliat. Crot. Ruin. Alex. Iaſ. & alij Doctor. communiter in dict. leg. ſtipulationes non diuiduntur,* 72. *ff. de verbor. oblig.* cum alijs relatis per *Surd. in dict. quaſt.* 14. *numer.* 8. Mortuo tamen promiſſore diuiditur ipſo iure inter eius hæredes dicta obligatio, vt voluit *Caſtr. in dict. leg. ſtipulationes non diuiduntur, col. pen.* &

non

non diſſentit *Surd. in dict. quæſt.* 14. *numer.* 13. & videtur voluiſſe etiam *Theſaur. Iun. dict. quæſt.* 67. *numer.* 8. *&* 10. & ſic etiam promiſſio alendi dici debet pro rata inter hæredes ſequta promiſſoris morte, licet contra *Caſtren. in loco citat.* ſenſerit *Alex. ibi in octaua oppoſitione Bartol.* quem ſequitur *Claud. in loc. citat.*

621 Confirmatur dicta contraria opinio, quod hæredes non tenentur in ſollidum præſtare alimenta ex eo, quod ſi ad illa præſtanda tenerentur in ſollidum, vnus ex eis affecto non ſoluendo, alter pro eo teneretur *ad textum in auth. hoc ita, C. de duob. reis* cum ſimil. ſed conſequens eſt falſum, cum contrarium ſtatutum ſit in *leg.* 3. *in fin. & ibi not. gloſ. ff. de aliment. & cib. legat.* vbi habetur, vnum ex hæredibus non teneri ad alimenta præſtanda pro altero hærede affecto non ſoluendo, & tradit *Giurb. dict. obſeruat.* 20. *numer.* 17. nec non *Ponta. de aliment. capit.* 18. *numer.* 1. ergò & antecedens, *leg.* 2. §. *mutui datio, & ibi not. Doctor. ff. ſi cert. petat.* cum alijs congeſtis per *Euerar. in cent. legal. in loco Adeſtruct. conſeq. ad deſtruc. anteced. in princip.* niſi dicamus diſpoſitionem textum *in dict. leg.* 3. §. *final. ff. de aliment. & cibat. legat.* non eſſe vniuerſalem, ſed ſolum loqui quando alimenta relicta ſunt per Teſtatorem, vt voluerint *Surd. dict. quæſt.* 14. *numer.* 13. *& Grattan. dict. capit.* 16. *num.* 29.

Ex quibus vides quantum hæc noua limitatio ſit intricata, ita vt *Salicet. in dict. leg.* 2. *in* 6. *oppoſit. C. de hæred. action.* reliquerit cogitandum, & *Iaſ. in dict. leg. ſtipulationes non diuiduntur, numer.* 30. *ff. de verb. obligat.* reliquerit illam indeciſam, non videtur tamen aſpernenda diſtinctio *Surd. in dict. quæſt.* 14. *numer.* 13. *& ſequen.* Quod

622 aut hæredes tenentur ad præſtationem alimentorum ex contractu defuncti, & tunc cum obligatio proceſſerit ab vno, & dici poſſit indiuidua omnes hæredes teneantur in ſollidum, ne ex mutatione perſonæ mutetur qualitas obligationis, aut hæredes tenentur ex teſtamento, in quo plures hæredes ſunt inſtituti, & tunc obligatio incipiat deberi a pluribus, quia a pluribus hæredibus legatum eſt præſtandum hæredes teneantur pro rata portionis hæreditariæ, vt voluit *Surd. dict. quæſt.* 14. *numer.* 13. *& ſequen. Grattan. dict. capit.* 16. *numer.* 29. & non videtur diſſentire *Theſaur. Iun. dict. quæſt.* 67. *numer.* 12. licet non ſatis apertè eius explicet intentionem, & idem dici poteſt quando alimenta debentur officio Iudicis, cum etiam in dicto caſu ceſſare videatur ratio indiuiduitatis de qua ſupra, quæ diſtinctio ſi eſſet vera, in omnibus obligationibus deſcendentibus ex contractu hæredes tenerentur in ſollidum, contra generaliter *textum in leg* 2. *& in leg. final. C. de hæred. action.* ideo cogita.

623 Declara dictum primum caput diſtinctionis, quod hæres tenentur ad alimenta præſtanda in ſollidum dum illa debentur ex ſtipulatione, & contractu defuncti, ſi tibi illa placeat,

ceat, vt habeat locum in alimentis futuris, ſecus autem in præteritis, quia pro præteritis hæredes tenentur tantum pro rata, cum in eis ceſſet fauor alimentorum, vt not. *Vinc. de Franch. deciſ.* 203. *in princip. Adden. ad Paitell. expedit.* 73. *numer.* 52. *Theſaur. Iun. dict. quæſt.* 67. *numer.* 11. *in fin. Gargi. Iun. dict. conſ.* 94. *numer.* 7. *lib.* 1. *Vrſell. in exam. apum dict. concl.* 89. *numer.* 400. & alij relati ab *Alph. ab Olea de ceſſion. iur. dict. titul.* 4. *quæſt.* 6. *numer.* 13. Quod quidem modicam dificultatem habere cenſerem, quando dictum primum caput diſtractionis, quod hæredes teneantur in ſollidum ad præſtanda alimenta promiſſa per defunctum ex contractu eſſet fundatum in fauore alimentorum, quo non gaudere alimenta præterita poſt *textum in leg. de alimentis*, 8. *C. de tranſact.* ſcripſerunt *Bart. Alber. Bald. Ancar. Curt. Dec. Aret. Maran. Aſin. & Cordub.* quos refert, & ſequitur *Surd. de aliment. titul.* 8. *priuil.* 2. *numer.* 14. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 728. *numer.* 34. *par.* 4. *& Ciriac. controuerſ.* 34. *numer.* 26. Sed quia potius eſt fundatum in eo, quod promiſſio defuncti eſt indiuidua, ideo non crederem quin declaratio prædicta ſatis probabilem contineat dubitationem.

624 Declara ſecundo dictam diſtinctionem, quod hæredes tenentur, & cogi poſſunt ad alimentorum præſtationem in ſollidum non autem pro rata portionis hæreditariæ quando contra eos agitur per alimentarium actione hipotecaria, *dict. leg.* 2. *& ibi not. Doct. ff. de hæred. action.* & ſcripſerunt *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 51. *numer.* 3. *Theſaur. Iun. dict. quæſt. Forenſ.* 67. *numer.* 18. *lib.* 2. vbi teſtatur de veriori opinione, & ita per Senatum Pedemontanum fuiſſe iudicatum, *& Ceuall. in ſuis commun. quæſt.* 76. *num.* 25. *&* 26.

625 Cum hipoteca vti indiuidua, *leg. rem hæreditariam*, 65. *ff. de euict. leg.*

626 *pignoris*, 17. *ff. de pignor.* detur contra quemlibet rei hipotecatæ poſſeſſorem in ſollidum pro toto debito, *leg. moſchis*, 47. *in princip. & ibi Bart. ff. de iure fiſc.* & not. *Pacif. de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 287. *Ceuall. dict. quæſt.* 86. *numer.* 25. *& ſequen. Ciriac. controuerſ.* 193. *numer.* 1. *& Crauet. Corn. Lup. Afflict. Scapuc. Fachin. & Felic.* relati ſupra in hoc 15. articul. uumer. 579.

627 Quando autem actio hipotecaria competat pro alimentis tradunt *Duran. de arte teſtan. titul.* 3. *cautel.* 17. *numer.* 7. *Franch. Becc. conſ.* 8. *numer.* 7 *& ſeq. Surd. de aliment. titul.* 8. *priuil.* 51. *per tot. Cardinal. Mantic. de tacit. lib.* 11. *titul.* 19. *numer.* 15. *Pacif. de Saluian. inſpect* 3. *capit.* 4. *numer.* 170. *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 634. *per tot. part.* 4. *Theſaur. dict. quæſt. Forenſ.* 67. *numer.* 14. *& ſequen. lib.* 2. *& Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *per tot.* ipſos conſulas.

628 Aliæ quamplures adiungi poſſent limitationes ad dictam regulam *leg.* 2. *C. de hæredit. action.* quod hæres tenetur ſubire onera hæreditaria pro rata portionis hæreditariæ, quæ recenſentur *per gloſ. & Doctor. in dict. l.* 2. *& in leg.* 4. *§. cato, ff. de verbor. oblig. & in dict. leg. ſtipulationes non diuiduntur*, 72. *ff. eod. titul.* & per *Ant. Gomez variar. reſolut. tom.* 2. *capit.* 10.

per

per totum, *per Gluſ. de bon. ad vid. ponen. numer.* 184. vbi an hæredes emptoris ad huſtam teneantur in ſolidum, vel pro parte, de quo meminit *Poſti. de ſubhaſtation. inſpect.* 34. *numer.* 8. *&* per *Merlin. de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 15. *per totum*, Verum quia Ego ſolum illas intendo referre, quæ ad materiam ſolutionis conferunt, & ne in hoc 15. articulo longior fiam, quam par ſit, ideo his ſtudioſus lector contentus ſit alias in dictis locis reperturus ſit velit.

629 Declara ſecundo dictam principalem concluſionem, quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti, vt non habeat locum quando maior pars creditorum hæredi alias hæreditatem non adituro remittit partem debiti, quia tunc hæres dictam partem debiti remiſſam per maiorem partem creditorum non tenetur ſoluere non obſtante contradictione minoris partis creditorum, *leg. & ſuum hæredem*, 8. *& leg. maiorem*, 9. *& ibi not. gloſ. Bartol. Bald. Alex. Iaſ.* & communiter *Doctor. ff. de pact.* & tradunt *Afflict. deciſ.* 288. *numer.* 2. *& Stracc. de mercat in titul. de decoct. par.* 6. *numer.* 5. *verſ. prima eſt &c.*

630 Limita dictam ſecundam declarationem, vt habeat locum quando maior pars creditorum remittit partem debiti hæredi prædicto alias nolenti adire hæreditatem, quia tunc dictam partem remiſſam non tenetur ſoluere etiam contradicente minori parte creditorum, ſecus tamen eſt ſi maior pars creditorum totum debitum remittat, quia id facere non poteſt, vt declarant *Baldus Alberic. Iaſ. & alij in leg. & ſuum hæredem*, 8. *ff. de pact. Roman. ſingul.* 100. *per totum*, *& Stracc. in dict. titul. de decoct. parte ſeſta*, *numero* 12.

631 Quando autem maios pars creditorum valeat debitum remittere in præiudicium minoris partis, & quæ requirantur, vt dicta remiſſio valeat, ne articuli huius longitate moleſtiores ſimus ſufficiat ſtudioſum lectorem remittere ad *Doctor. in dict. leg. & ſuum hæredem*, 8. *cum legi ſequen. ff. de pact. ad Roman. ſingul.* 100. *ad Afflict. deciſ* 288. *cum ibi not. per Adden. ad Stracc. in dict. titul. de decoct. par.* 6. *numer.* 5. *& ſequen. ad Duen. reg.* 294. *& ad Macerat. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 18. *ad Coſt. de ration. ratæ*, *quæſt.* 139. *per totum*, *& ad Roderic. de cenſur. credit. par.* 1. *numer.* 10. *& ſeq.*

632 Nolo tamen pro complemento huius 15. articuli omittere, quod debita defuncti tenentur perſoluere etiam hæredes vocati ante natiuitatem ex contractu matrimonij, ac ſi eſſet hæredes ex teſtamento, cum in effectu ſint hæredes, vt tradunt *Boer. deciſ.* 204. *num.* 41. vbi dicit, hoc habere locum in omnibus loco hæredem ſuccedentibus, & *Coſta de ration. ratæ*, *quæſt.* 45. *numer.* 14. alios adducens.

633 Licet quod executio relaxata contra defunctum fieri non poſſit contra hæredem conuentionalem, qui fit in contractu matrimonij ſocietatis, vel pacti, cum talis inſtitutio donationis vim habeat, & cum non ſit proprie hæres, tradit

Duen.

Duen. regul. 277. *limitat.* 9. quem referendo ſequitur *Aſin. in practic.* §. 31. *capit.* 2. *ampliat.* 16. *limitatio.* 6. *per totum*, de qua materia habetur infra articul. 17. vbi agitur quando donatarius omnium bonorum teneatur ſoluere debita donatoris.

634 Et quod qui non eſt hæres non teneatur ſoluere debita defuncti licet ſuccedat in fideicommiſſario deſcendentibus, vel iure ſanguinis relicto tradit *Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tractat. variarum, decad.* 1. *in tractat. de inuentar. titul.* 15. *numer.* 121. vbi plures adducit Doctor. authoritates, licet non multum ſuæ intentionis fauentes.

F I N I S.

Hæres

Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria, vel legata creditoribus, vel legatarijs an ſibi præiudicet quò ad beneficium Inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere nomine proprio debita hæreditaria non ſibi præiudicat quo ad beneficium Inuentarij.*

Licet contrarium teneant plures Doctores, num. 13.

Primam opinionem vti receptiorem, & æquiorem tenet author, num. 18.

2 *Promiſsio qualibet continet reſeruationem beneficij ſibi competentis.*

3 *Beneficio ſibi competenti vt cenſeatur renunciatum requiritur promiſsio ſpecifica.*

4 *Nemo præſumitur ſe velle obligare nouando legalem prouiſionem.*

Et ſe obligare in plus, quam ſit obligatus, num. 5.

6 *Promittens aliquid ſoluere intelligitur quatenus de iure teneatur.*

7 *Hæres promittens ſoluere legata non cenſetur renunciare falcidiæ, num. 59.*

Secus tamen eſt ſi promittat ſoluere integra legata, num. 60.

8 *Maritus promittens reſtituere dotem non cenſetur renunciare lucro dotis, & num. 56.*

Secus tamen eſt ſi promittat reſtituere totam, & integram dotem, num. 57.

Quicquid aliqui contrarium teneant, numer. 58.

Neque cenſetur renunciare beneficio, vt non teneatur niſi in quantum facere poteſt, num. 9.

Fallit ſi promittat ſoluere totum, & integrum debitum, num. 61.

10 *Actus quando non eſt incompatibilis non inducit renunciationem propriorum iurium.*

11 *Renunciatio non inducitur, niſi expreſsè actum ſit.*

Vel niſi ex actu per neceſſe inferatur, numer. 12.

14 *Inuentarij beneficium ſolum iuuat hæredem quo ad actiones paſſiuas deſcendentes defuncto.*

15 *Debita hæreditaria ſi deducantur in pactum non dicuntur amplius hæreditaria.*

16 *Priuilegium amittit faciens actum contra illud.*

Procedit ſi ex dicto actu de neceſsitate renunciatur priuilegio, num. 27.

Maximè quò ad actum factum contra priuilegium, num. 17.

19 *Hæres beneficiatus per generalem promiſsionem ſoluendi debita hæreditaria vel legata non cenſetur renunciare beneficio inuentarij.*

20 *Nouatio hodie non inducitur, niſi dicatur expreſsè.*

Vel ob incompatibilitatem, num. 21.

22 *Hæredis beneficiati promiſsio ſoluendi debi-*

debita non continet incompatibilitatem cum beneficio inuentarij, num. 32.

23 *Debitor quantitatis ſi illam iterum ſoluere promittat non nouat primam obligationem.*

24 *Nouatio inducitur etiam hodie ex coniecturis.*

Dumodo coniecturæ ſint graues, & concludentes, num. 25.

Et ſi ſint plures, alias ſecus, num. 26.

28 *Voluntas deſumpta ex actu non extenditur vltra, quam ex actu inferatur.*

29 *Renunciatio proprij iuris non præſumitur.*

Cum renunciatio ſapiat donationem, quæ non præſumitur, num. 30.

Ita ut omnis alia coniectura ſit capienda, num. 31.

33 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere omnia debita, vel legata cum ſibi præiudicat quò ad beneficium Inuentarij.*

34 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria, vel legata non ſibi præiudicat quò ad beneficium Inuentarij etiam ſtante obligatione Camerali.*

35 *Obligatio Cameralis ſtrictius ligat, ſed non auget obligationem.*

36 *Obligatio Cameralis non continet clauſulam in ſollidum.*

Licet faciat quod fideiuſſor teneatur vti principalis, num. 37.

38 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria in ſollidum ſibi præiudicat quoad beneficium Inuentarij, vide num. 99. & ſeq.*

39 *Obligatio Cameralis continet obligationem propriæ perſonæ, & bonorum.*

40 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria cum obligatione propriorum bonorum ſibi præiudicat quoad beneficium inuentarij, numer. 103.*

Ratio affertur, numer. 104.

Contrarium tamen tenetur aliqui Doctores, num. 106.

Ratio adducitur, num. 107.

Prima opinio eo magis procedit ſtante obligatione propriorum bonorum, & clauſula in ſollidum, num. 108.

41 *Obligatio Cameralis continet renunciationem omnium exceptionum,*

Et exceptioni diuiſionis, & excuſſionis, num. 42.

Non tamen continet exceptionem per quã ſolum moderatur executio, num. 43.

44 *Iuramentum continetur in obligatione Camerali.*

45 *Iuramentum operatur, quod obligatio intelligatur cum effectu, num. 114.*

Illud tamen non facit, quod hæres beneficiatus teneatur vltra vires, numer. 46.

47 *Hæres beneficiatus approbans teſtamentum non ſibi præiudicat quò ad beneficium Inuentarij.*

48 *Filius approbans teſtamentum in quo fuit prohibita legitima non eſt excluſus ab illius detractione.*

Quicquid aliqui contrarium tenuerint, num. 49.

50 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria vti hæres non ſibi præiudicat quò ad beneficium Inuentarij.*

51 *Hæres promittens ſoluere debitum hæreditarium, vel legatum certum ſibi præiudicat quò ad beneficium Inuentarij.*

Ratio affertur, num. 52.

Et cum ſumma certa non admittat diminutionem, num. 53.

Et eo magis ſi promittat ſoluere integrum debitum, vel legatum, num. 54.

Vel integrè ſoluere, & ſatisfacere, numer. 62.

Fal-

Fallit ſi dictam promiſſionem certam faciat coactè; num. 75.
Vel ſi non poterat ſe liberè obligare, numer. 98.
55 *Dictio Integrum idem importat, quod totaliter.*
63 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere certum, & determinatum debitum ſibi præiudicat quo ad beneficium inuentarij, etiam ſi promittat vti hæres.*
Declara vt num. 64.
65 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria in quantitate præciſa ſibi non præiudicat ſi id fecit non animo nouandi.*
Et quando promiſſionem fecit ſub commemoratione prioris obligationis, num. 68.
66 *Nouatio non cenſetur inducta quando fuerunt præſeruata iura.*
67 *Proteſtatio remouet animum ab actu, & præſeruat iura proteſtantis.*
69 *Hæres promittens ſoluere debita defuncti in quantitate præciſa ſolum ſibi præiudicat quo ad eum cum quo contraxit.*
70 *Contractus non extenditur de perſona ad perſonam.*
71 *Conuentio facta cum vno non nocet, nec prodeſt alteri.*
72 *Renunciatio iurium ad alium non extenditur.*
73 *Renunciatio eſt ſtricti iuris.*
Et ideo ſtrictè venit intelligenda, numer. 111.
Et interpræatur quod noceat renuncianti minus quam fieri poteſt num. 74.
76 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debitum hæreditarium certum ſibi præiudicat quo ad beneficium Inuentarij ſi fecit ex certa ſcientia, alias ſecus.*
In dubio præſumitur promiſiſſe ex certa ſcientia, num. 79.
Maximè ſi in dicta promiſsione ſit adhibitum iuramentum, num. 84. & ...
Contrarium tenent plures Doctores, numer. 89.
Quæ opinio eo magis procedit in minore, muliere, & ruſtico, num. 94.
77 *Error excludit conſenſum ab actu.*
Ita ut facta per errorem non noceant, numer. 78.
80 *Error non præſumitur.*
81 *Iura omnes præſumuntur ſcire.*
82 *Culpa lata eſt ignorare iuris diſpoſitionem.*
83 *Culpa quæ ſapit delictum non præſumitur.*
84 *Iuramentum præſumitur quis deliberatè, & certioratus ſuſcipere.*
86 *Iuramentum impedit poſſe allegari errorem.*
87 *Iuramentum valet vim clauſulæ ex certa ſcientia.*
Et clauſulæ ſpecificatæ, num. 88.
90 *Promiſsio facta per hæredem beneficiatum ſoluendi debitum hæreditarium vltra vires ſapit donationem.*
91 *Error magis præſumitur, quam donatio.*
92 *Nemo præſumitur velle iactare ſuum.*
93 *Donatio vt excludatur omnis interprætatio eſt facienda.*
95 *Hæres beneficiatus minor obligans ſoluere vltra vires hæreditarias reſtituitur in integrum.*
96 *Ignorantia iuris quando excuſet minorem, mulierem, & ſimil. remiſſ.*
Et quando illa excuſet errantes in rebus fidei, num. 97.
99 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita defuncti in ſollidum ſibi præiudicat quo ad beneficium Inuentarij.*
Contrarium tenent plures Doctores, numer. 102.
100 *Dictio In ſollidum ſignificat integritatem omni diminutione reiecta.*
Et facit, quod quilibet ad totum teneatur, num. 101.

105 *Hæ-*

105 *Hæres beneficiatus poteſt impetrare ſeparationem bonorum.*

109 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria renuncians omni legum auxilio ſibi præiudicat quo ad beneficium Inuentarij.*

Contrarium tenent alij, num. 110.

112 *Renunciatio læſiua licet non ſit nulla ipſo iure venit tamen reſcindenda, num. 129.*

Fallit ſi contineat læſionem enormiſsimam ſapientem dolum, num. 130.

113 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria tenetur vltra vires ſtante iuramento.*

Contrarium vti verius tenet Author, num. 117.

115 *Socius iurans ſoluere quod debet amittit beneficium deducto ne egeat.*

Contrarium tenent plures Doctores, numer. 119.

116 *Iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis.*

118 *Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur.*

120 *Iuramentum non tollit beneficium introductum miſerationis gratia.*

121 *Iuramentum ſtrictius ligat, ſed non auget obligationem.*

122 *Iuramentum quando habeat vim ſpecialis renunciationis declaratur.*

123 *Iuramentum interpretatur, quod obliget iurantem minus quam fieri poteſt.*

124 *Iuramentum eſt ſtricti iuris, & ideo non extendendum.*

125 *Hæres beneficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria tenetur vltra vires ſi renunciauit beneficio Inuentarij, vel promiſit ſoluere vltra vires.*

126 *Renunciare quilibet poteſt fauori pro ſe introducto.*

Tam tacitè quam expreſſe, num. 127.

Si tamen habet legittimam perſonam, num. 128.

131 *Hæres beneficiatus promittens conſeruare indemnem creditorem, vel ſtantibus coniecturis quod noluerit ſe iurare beneficio Inuentarij eo non gaudet.*

132 *Hæredis promiſsio de ſoluendo debita hæreditaria, vel legata ſi eſt compatibilis cum beneficio Inuentarij eo gaudet, ſecus tamen eſt ſi cum eo eſt incompatibilis.*

133 *Hæres quando tenetur vltra vires ex ſua promiſsione eſt conueniendus ex proprio contractu.*

ARGVMENTVM.

Hæres beneficiatus promittens ſoluere nomine proptio debita hæreditaria, vel legata an ſibi præiudicet quo ad beneficium Inuentarij, hæres promittens ſoluere legata an ſibi præiudicet quò ad ius detrahendi falcidiam, maritus promittens reſtituere dotem an cenſeatur renunciare lucro dotis, vel beneficio deducto ne egeat, faciens actum contrarium priuilegio quando illud amittat, nouatio hodie quando inducatur, renunciatio quando præſumatur, & quid ſi hæres beneficiatus promittat ſoluere omnia debita, vel legata, & quod ſi promittat cum obligatione Camerali, vel cum clauſula in ſollidum, vel cum obligatione propriæ perſonæ, & propriorum bonorum, vel cum iuramento, & an dictus hæres teneatur vltra vires dum approbauit teſtamentum paternum filius approbando teſtamentum paternum, in quo fuit prohibita detractio legittimæ an ſibi præiudicet quo ad illius detractionem, hæres beneficiatus an ſibi præiudi-

iudi-

contentis in Teſtamento, quod *Corn.* ibi intelligit, quatenus vires hæreditariæ patiantur, & vxor teneatur, & non aliter, vt ibi per eum, *Afflict. deciſ.* 399. *num.* 13. *Dilectus in fortioribus termin's de arte teſtandi tit.* 11. *caut.* 9. vbi dicit, quo contraria opinio ei ſemper diſplicuit, & hanc partem ſequuntur *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 26. *num.* 80. *& ſeq. Card. Mancic. de tacit. lib.* 3. *titul.* 7. *num.* 19. *Phanuc. de inuent. par.* 6. *num.* 112. *verſ. ad tex. autem*, vbi alios refert concordantes *Alex. conſ.* 133. *num.* 5. *lib.* 5. *Vinc. de Franch. deciſ.* 323. *num.* 3. vbi dicit, hanc opinionem eſſe æquiorem, *& deciſ.* 648. *per tot.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Surd. deciſ.* 132. *num.* 24. *& ibi Hodiern. num.* 2. *& ſeq. & conſ.* 522. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 4. vbi dicit, quod vt per promittentem cenſeatur renunciatum beneficio ſibi competenti requiritur promiſſio ſpecifica, & relata ad quantitatem certam, & non ſufficit generalis, & indefinita, vt ibi per eum, & hanc partem dicit veriorem *Pacif. de Salu. inſpect.* 3. *cap.* 2. *numer.* 310. *& ſeq.* vbi illam latè comprobat, & contrarijs reſpondet, & idem voluerunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 54. *num.* 29. *& ſeq. par.* 1. *& cap.* 264. *num.* 1. *& ſeq par.* 2. & poſt *Minado, Rouit. Pelliec. & Amend.* per eum relatos *cap.* 553 *ferè per tot. & cap.* 646. *num.* 26. *& ſeq. par.* 4. & idem videtur tenere *cap.* 916. *num.* 31. *par.* 5. vbi hanc opinionem dicit æquiorem, & ſequitur *Balthaſ. Tomaſ. in d. tract. de Inuent. titul.* 13. *num.* 226. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Rota Lucana, *& titul.* 19. *num* 5. *& num.* 16. *in fin.* licet contrarium perfunctoriè ſenſerit *d. titul.* 13. *numer.* 15. *& ſequen. & numer.* 353. cum quibus pertranſeunt *Poſt. reſolut.* 25. *num.* 38. *Capic. Latro deciſ.* 38. *numer.* 1. *& numer.* 19. *& ſequen. & deciſ.* 115. *numer.* 1. *& ſequen.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Sacr. Conſ. iunctis quatuor aulis, vt ibi per eum *Giurb. obſeruat.* 104. *num.* 9. vbi teſtatur de veriori opinione, & *num.* 10. *& ad conſuet. Meſſan. capit.* 9. *gloſ.* 5. *ſub numer.* 30. quam opinionem vti æquiorem ſequitur *Caluin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 55. *numer.* 8. *& ſequen* *Buttiglier, de ſucceſſ. cap* 2. *theore.* 68. *numer.* 16. *Ciriac. controuerſ.* 627. *in fin.* & cum illa ceſſante formali nouatione pertranſit *D. Deluc. Aduocatus Romanus celeberrimus in Theat. verit. & iuſt. tom.* 6. *in titul. de dote diſcurſ.* 28. *num* 9. *& tom.* 9. *in tit. de hæred. & hæredit. diſc.* 8. *num.* 14. & hanc opinionem tenuit *Rota apud Pacif. de Salutan. deciſ.* 138. *num.* 4. *& ſeq. & deciſ.* 545. *num.* 5. *par.* 5. *rec. tom.* 2. *& deciſ.* 97. *numer.* 15. *par.* 9. *rec. tom.* 1. *& deciſ.* 58. *nu.* 5. *par.* 11. *recent.* vbi hanc dicit eſſe magis communem Doctor. opinionem.

Mouentur ſupradicti Doctores ad ita firmandum ex pluribus; & primo
2 quia quælibet ſimplex promiſſio videtur continere reſeruationem beneficij ſibi competentis, vt tradunt *Bald. in l. quod nomine*, 8. *poſt princ. ff. de condit. indeb. Surd. conſ.* 422. *num.* 12. *vol.* 4. *& deciſ* 132. *num.* 21. *Pacif. de Salutan d. cap.* 2. *num.* 311. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 758. *num.* 14. *par.* 4. *& cap.* 264. *num.* 2. *par.* 2. *Thomat. deciſ. March.* 23. *num.* 73. *Giurb. d. obſer.* 104. *numer.* 10. *& Rota apud Pacif. dict. deciſ.* 138. *numer.* 6. Sed promiſſio ſupradicta eſt ſimplex de-

M ſol-

ſoluendo debita, vel legata, ergo intelligenda eſt reſeruato beneficio Inuentarij ſibi competente.

3 Vt enim cenſeatur renunciatum priuilegio ſibi competenti requiritur promiſſio ſpecifica, & relata ad quantitatem certam, non autem ſufficit ſimplex, vel indefinita promiſſio, vt tradunt *Bart. Caſtr. & alij in l. ſi prior, 33. ff. ſolut. matrim.* idem *Bart. in d. l. quod nomine, 8. num. 2. in fin. ff. de condict. indeb. Phanuc. de Inuent. d. par. 6. num. 112. Surd. d. conſ. 422. num. 12. vol. 4. & Merlin. de legitt. lib. 3. tit. 2. quæſt. 9. num. 24.* cum quibus pertranſit *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 264. num. 5. par. 2.* nec non *Altograd. conſ. 32. num. 32. vol. 2.*

4 Secundo, quia non præſumitur, aliquem ſe obligare animo nouandi legalem prouiſionem, *l. ſi ſe non obtulit, 4. §. ſi ex conuentione, ff. de re iud. Surd. conſ. 34. num. 34. & ſeq. vol. 1. Pacif. de Saluian. d. cap. 2. num. 313.* alios adducens concordantes *Merlin. de legitt. d. quæſt. 9. num. 22. & ſeq. Giurb. dict. obſer. 104. num. 10. Grattian. diſcep. Forenſ. d. cap. 758. num. 14. par. 4. Rota apud Pacif. de Saluian. d. deciſ. 138. num. 4.*

5 Tertiò quia nemo præſumitur ſe velle obligare in plus, quam ſit obligatus, vt not. *Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 7. num. 19. in fin. Pacif. de Saluian. d. cap. 2. num. 214. Giurb. d. obſeru. 104. numer. 10. & Rota apud eum d. deciſ. 138. num. 5.* & promit-
6 tens aliquid ſoluere intelligitur quatenus de iure teneatur, *Afflict. deciſ. 399. num. 13. Grama. deciſ. 103. num. 168. Seraph. de priuileg. iurament. priuileg. 13. num. 26. & priuil. 77. num. 8. Card. Mant. de tac. lib. 3. tit. 7. num. 19. Grat. diſcep. Foren. cap. 34. num. 33. par. 1. Giurb. d. obſeruat. 104. num. 10.*

7 Quarto quia hæres promittens ſoluere legata non cenſetur renunciare iuri detrahendi falcidiam, vt not. *Bal. Angel. Salic. Cin. & alij in l. fin. C. ad leg. falcid. Pacif. de Saluian. d. cap. 2. num. 312. Surd. d. conſ. 422. num. 11. vol. 4. Merlin. de legitt. d. quæſt. 9. num. 22. Balth. Tomaſ. in ſuis tractat. variar. tom. 1. in tract. de falcid. tit. 6. num. 147.* vbi quamplures dat concordantes, *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 758. num. 15. par. 4. & d. cap. 264. num. 2. par. 2. Caluin de æquit. d. cap. 55. num. 14. & Rota apud Pacif. de Saluian. d. deciſ. 138. num. 5.* Ergo pari modo non cenſetur renunciatum beneficio Inuentarij.

8 Quinto quia in ſimili habemus, quod maritus promittens reſtituere dotem non cenſetur renunciare lucro ſibi a ſtatuto conceſſo, vt tradunt *Rolan. de lucr. dotis, quæſt. 37. per tot.* quamplures adducens concordantes, & latiſſimè comprobans *Phanuc. pariter de lucro dotis, gloſ. 14. num. 1. verſ. contingit dubitari &c.* vbi dicit ita omnes tenere; *Surd. deciſ. 132. num. 22. & d. conſ. 422. num. 12. vol. 4. Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 8. num. 15. Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap. 264. num. 3. par. 2. & d. cap. 758. num. 15. Vinc. Mancin. de iuram. effect. 201. numer. 4.* dicens hanc eſſe opinionem frequentiſſimam, *par. 4. Altograd. conſ. 32. num. 29. vol. 2.* vbi dicit hoc eſſe certum *& Rota apud Pacif. de Salu. d. deciſ. 138. num. 6.*

9 Sextò pariter habemus, quod promittens ſoluere dotem, vel reſtituere nõ cenſetur renunciare beneficio, Quod non teneatur, niſi in quantum facere poteſt,

poteſt, vt docent *Alex. conſ. 133. numer. 5. vol. 5. Surd. d. deciſ. 132. num. 23.* alios adducens concordantes, *& d. conſ. 422. num. 12. vol. 4. Merl. de legitt. dict. lib. 3. titul. 2. quæſt. 9. numer. 23.*

10 Poſtremo quia quando actus non eſt contrarius, ſed compatibilis cum reſeruatione propriorum iurium non inducit illorum renunciationem, vt not. *Crauet. conſ. 257. num. 5. verſ. vel niſi actus &c. Altograd. d. conſ. 32. nu-*

11 *mer. 42. vol 2.* Cum renunciatio non arguatur, niſi expreſſè actum ſit *Simo. de Prat. conſ. 75. num. 19. Crauett. d. conſ. 257. num. 5. & conſ. 407. num. 31. Rim. Iun. conſ. 263. num. 17. Altograd. d. conſ. 32. num. 43. Cenc. de Cenſ. quæſt. 66. num. 67. Gargiar. Iun. conſ. 21. num. 16. lib. 1.* vel niſi ex

12 actu, de quo diſputari contingit de neceſſitate inferatur; *Ceph. conſ. 434. num. 5. & 6. Surd. conſ. 321. num. 60. lib. 3. Peregr. conſ. 93 numer. 3. lib. 1. Altogr. d. conſ. 32. num. 43. lib. 2. Cenc. de Cenſ. d. quæſt. 66. num. 55. Rota deciſ. 342. num. 8. par. 5. recent. & deciſ. 80. num. 15. par. 6. recent. & apud Card. Ottob. deciſ. 109. num. 6.* ex quibus patet, huiuſmodi promiſſionem intelligendam eſſe, quod non cenſeatur renunciatum beneficio legis, & inuentarij.

13 Contrariam verò ſententiam, quod imò hæres per promiſſionem, vel pactum de ſoluendo initum nomine proprio cum creditoribus, vel legatarijs circa debitum hæreditarium, vel legatum a defuncto relictum indiſtinctè non gaudeat beneficio Inuentarij, tenuerunt originaliter *Angel. conſ. 31. num. 6. Aret. conſ. 148. num. 2. & ſeq. Corn. conſ. 31. num. 11. lib. 3. Dec. conſ. 137. ſub num. 4. & conſ. 496. num. 12. Boer. deciſ. 53. numer. 8. Paul. Emil. Gall. de excep. par. 3. excep. 5. n. 42. Rolan. de inuen. par. 4. verſ. Beneficium Inuentarij per tot.* & ſequi videtur *Vrſill. d. deciſ. 399. in fin. Tiber. Saluſt. in pract. lib. 1. cap. 45. in fin. Mangil. de euict. quæſt. 50. num. 10.* vbi alios recenſet ſectatores *Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 78. num. 53. & tit. 8. priuil. 22. num. 33. & conſ. 191. num. 26. & ſeq. & conſ. 298. num. 19. vol. 2. & conſ. 540. num. 17. lib. 4. & deciſ. 193. num. 11. & deciſ. 297. num. 8. Peregr. conſ. 89. num. 11. lib. 1. Marſcll. Gala de modo artic. §. 2. gloſ. vnic. num. 10. 12. Menoch. de præſump. lib. 4. præſum. 109. num. 48. & Ciriac.* ſibi contrarius *contr. 225. num. 17. & controu. 290. in fin.* alios adducens ita ſentientes, & ab hac opinione non videtur diſſentire *Rota apud Pacif. de Saluian. deciſ. 223. num. 3.*

14 Qui quidem Doctores mouentur, quia beneficium Inuentarij ſolum iuuat hæredem quò ad obligationes paſſiuas deſcendentes a defuncto, nõ autem quò ad obligationes proprias, & quibus hæres proprio facto ſe adſtrinxit, vt tradunt *Dec. in auth. præter ea, num. 12. C. vndè vir, & vxor. Paul. Emil. Gall. in d. excep. 5. num. 44. & ſeq. Rolan. in d. verſ. Beneficium Inuentarij, nu. 3. Surd. d. deciſ. 32. num. 5.* & alij Doct. ſupra adducti, ſed hæres qui promiſit ſoluere debita hæreditaria, vel legata teneri dicitur ex propria obligatione, & promiſſione, non autem ex hæreditaria *ad tex. in l. cum hæreditas ex fideic. 36. & in l. ſi hæres pecuniam, 73. & in l. qui ita 66. §. ſi damnum, ff. ad Trebel.* in quibus iuribus habetur, quod obligatio inita ſuper re-

hæreditaria non venit in reſtitutione fideicommiſſi, & ſic non eſt hæreditaria, vt declarant *Angel. in d. conſ. 31. & Phanuc. de inuent. d. par. 6. numer. 110.* meritò &c.

15 Secundo quia cum debita hæreditaria, vel legata deducuntur ab hærede in promiſſionem, & pactum mediante ſtipulatione prima obligatio nouatur per nouam ſtipulationem, & deſinit eſſe hæreditaria, vt ſcribunt *Angel. Dec. Phanuc. Ares. & alij Doctores* ſupra allegati, & præcipuè *Surd. d. conſ. 191. num. 26. lib. 2.* & ideo hæres ex dicta promiſſione conueniri poteſt proprio nomine, & ſic gaudere non debet beneficio Inuentarij, vt ratiocinatur *Angel. in dict. conſ. 31. Boer. in d. dec. 53. in fin. Rolan. in d. verſ. beneficium Inuentarij in princ.* & alij quos referendo ſequitur *Surd. d. conſ. 191. num. 26.* cum alia ſit obligatio, quæ competit creditori, vel legatario pro conſequutione ſui crediti, vel legati contra bona hæreditaria, alia vero eſt obligatio, qua ei tenetur hæres ex propria obligatione, & promiſſione, vt declarant *Neguſ. de pignor. in 4. membr. 2. par. num. 159. & Patiſ. de Salutan. in dict. capitul. 2. numer. 308.*

16 Mouentur tertio, quia faciens actum contra priuilegium illud amittit, *cap. priuilegium, 11. quæſt. 3. l. 2. C. de iure dot. l. 1. & ibi Bart. C. de his qui ſpon. mune. ſubt. lib. 10.* & non *Gail. obſeru. 60. num. 10. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 41. num. 3.* & latè comprobat *Barboſ. de offic. Epiſc. allegat. 26. num. 14. & ſeq.* nec non *Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 302. num. 2. par. 2.* Maximè quo ad

17 illum actum particularem, in quo facit contra priuilegium, vt poſt *P. Suarez de legib. lib. 8. cap. 35. num. 12. & ſeq.* per eum relatum probat *Barboſ. d. allegat. 26. num. 17. & ſeq.* Hæres autem promittens ſoluere creditoribus debita hæreditaria, vel legata dicitur facere actum contrarium priuilegio ei conceſſo a *l. fin. §. & ſi præfatam, C. de iure deliber.* quod hæres, qui adit hæreditatem cum beneficio Inuentarij non teatur ſoluere debita hæreditaria, nec legata, niſi quatenus ſufficiunt bona hæreditaria, vt animaduertit etiam *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 264. num. 9. par. 2.* meritò &c.

18 Primam tamen opinionem ſequendam eſſe in ſoluendo, & iudicando arbitror, vti magis receptam, veriorem, & etiam æquiorem, maximè cum quamplures ex Doctoribus contrariam opinionem ſequentibus perfunctoriè illam ſequi videantur, non autem diſputata quæſtione, & ad colorandum alias ipſorum ſententias, illam tamen intelligendo cum infraſcriptis ampliationibus, & limitationibus, ex quibus remanebit, in fallor, tota hæc materia ſatis quidem intricata ad ſufficientiam declarata, vt dixi ſupra in principio.

Neque obſtant in contrarium adducta, & primo quod beneficium Inuentarij ſolumodò iuuat hæredem quo ad obligationes paſſiuas deſcendentes a defuncto, non autem quò ad

19 propriam obligationem hæredis, quia reſpondeo, quod per dictam generalem, & indefinitam promiſſionem hæredis de ſoluendo debita hæreditaria, vel legata, & non relatam ad quantitatem certam, non cenſetur renunciatum beneficio

In-

Inuentarij ſibi competeret, ſed potius præſumitur facta cum illius reſeruatione, ad not. per *Bart. Bald. & alios in l. quod nomine, 8. ff. de condit. indeb.* & tradunt *Phanuc. de inuentar. d. par. 6. num. 112. Pacif. de Salutan. inſpect. 3. cap. 2. numer. 311. & 315. verſ. Quia reſpondetur &c. & Surd. d. conſ. 422. num. 12. & d. deciſ. 132. num.* 24. alios adducens ita ſentientes, meritò &c.

Neque pariter videtur aliquod poſſe fieri fundamentum in eo, quod per nouam promiſſionem factam ab hærede de ſoluendo debitum hæreditarium, vel legatum fuerit nouata prima obligatio, & quod illa non ſit amplius hæreditaria, & ſic quò ad illam hæres non iuuatur beneficio Inuentarij, vt in contrarijs, quia reſpondeo, quod nouatio hodie non

20 inducitur, niſi dicatur expreſsè *l. fin. & ibi not. Bald. & communiter Doctores, C. de nouat.* & not. *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 134. num. 34. Gabr. conſ. 155. num. 17. lib. 1.* vbi dicit, hoc adeò verum eſſe, vt primus debitor ſe tueri neque poſſit ope exceptionis in illis caſibus, in quibus olim præſumebatur, vt ibi per eum de magis communi opinione atteſtantem, latè *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 17. tit. 3. num. 3. & ſeq. Pir. Maur. de fideicom. par. 2. ſect. 10. cap. 4. num. 19.* alios adducens concordantes, *Theſaur. deciſ. pedem. 125. num. 9.* lateque comprobat *Honded. conſ. 40. num. 10. & ſeq. vol. 2.* vbi dicit, nouationem hodie non fieri neque ope exceptionis, & teſtatur de magis communi opinione, cum quibus pertranſeunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 290. in princip. par. 2. & cap. 553. num. 34. & cap. 509. num. 10. par. 3. & cap. 962. n. 8. & ſeq. par. 5.* vbi dicit, neque induci hodie ope exceptionis, vt ibi per eum, *Ciriac. controuerſ. 101. num. 36. & controuerſ. 124. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, nouationem hodie non induci nec ipſo iure, nec ope exceptionis, vt ibi per eum, & *Rota deciſ. 149. numer. 3. & deciſ. 392. num. 4. par. 1. recentior. & apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 187. num. 6.*

21 Vel ob incompatibilitatem, vt tradunt *Pir. Maur. de fideiuſ. d. ſect. 10. cap. 4. num. 22. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 290. num. 11. & 17. par. 2. & cap. 553. num. 34. & cap. 509. num. 10. par. 3. Card. Mantic. de tacit lib. 17. tit. 3. num. 13.* alios adducens ita ſentientes, *Ciriac. controu. 101. num. 38. & d. controuer. 124. num. 4. Adden. ad Pattell. expedit. 3. num. 49 Menoch. d. præſumpt. 134. num. 39. & 40. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 76. num. 8. & Rota deciſ. 262. num. 5. part. 2. diuerſ. & deciſ. 149. num 2. & deciſ. 392. num. 4. par. 1. recent. & apud Torre vbi ſupra d. deciſ 187. num. 3.*

22 Quæ tamen incompatibilitas non videtur adeſſe in caſu, de quo agitur, cum obligatio, & promiſſio prædicta de ſoluendo debita hæreditaria, vel legata etiam cum obligatione propriæ perſonæ, & bonorum ſuorum poſſit conueniri, quando facta diſcuſſione Inuentarij apparet, bona ſupereſſe hæreditaria, vt tunc exequendum ſit contra propria bona, & perſonam promittentis, quod vtile erit creditori, ne ei objiciatur de diſpoſitione *leg. final. §. & ſi præfata, C. de iure delib.* vt animaduertunt *Pacif. de Saluian. in dict. capitul. 2.*

num. 318. *& Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 553. *num.* 34. & poſt *Vinc. de Franch. deciſ.* 648. *in fin.* declarat *Rota apud Paciſ. de Saluian. d. deciſ.* 138. *num.* 10. quæ eſt inter *recentior. deciſ.* 392. *par.* 1.

23 Et quod quando quis eſt debitor alicuius, puta in centum, ex aliqua cauſa, ſi dictum centum iterum ſoluere promittat non dicatur nouata prior obligatio tenet *Doct. in l. ſingularia*, 15. & ibi præcipuè *Bart. ſub numer.* 11. quem omnes ſequuntur, vt dicit ibi *Bolognet. num.* 69. *verſ. nihilominus*, *&c. ff. ſi cert. petat.* & ſcripſerunt etiam *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 134. *num.* 25. *Paciſ. de Saluian. d. cap.* 2. *num.* 317. & latè comprobat *Surd. conſ.* 294. *num.* 40. *& ſeq.* alios quamplures adducens concordantes *lib.* 2. & idem tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 290. *num.* 34. *& ſeq. par.* 2. *& Cardinal. Mant. de tacit. lib.* 17. *tit.* 3. *num.* 19.

24 Neque obſtat, quod etiam hodie nouatio inducitur ex coniecturis, & præſumptionibus, vt docent *Menoch. d. præſumpt.* 134. *num.* 36. alios adducens *Surd. conſ.* 145. *numer.* 26. *vol.* 1. *Pir. Maur. de fideiuſſ. ſect.* 10. *num.* 18. *& ſeq. par.* 2. *Honded. conſ.* 40. *numer.* 5. *vol.* 2. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Card. Mantic. de tacit. d. lib.* 17. *tit.* 3. *num.* 5. *&* 12. vbi dicit, quod hoc fatentur omnes Doctores, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 962. *num.* 8. *& ſeq. & Ciriac. controuer.* 101. *num.* 37. *& d. controuer.* 124. *num.* 3. vbi hoc dicit veriſſimum.

25 Quia id habeat locum quando coniecturæ ſunt admodum graues, & vrgentes, perſpicuè, & vehementes, vt declarant *Card. Mantic. de tacit. d. tit.* 3. *num.* 12. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1111. *num.* 20. vbi dicit, requiri coniecturas manifeſtas, quæ ex verbis contrahentium colligantur, & quæ neceſſario id ſuadeant *volum.* 3. *Honded. d. conſ.* 40. *num.* 36. vbi dicit, dictas coniecturas dici debere ex verbis expenſis contrahentium, & quod manifeſtè demonſtrare debeant, voluntatem contrahentium nouare volentium, vt ibi per eum, & quod dictæ coniecturæ eſſe debeant graues, & vrgentes ſcripſit etiam *Gratian. in d. cap.* 962. *num.* 10.

26 *par.* 5. & debent eſſe plures *l. procula* 26. *ff. de probat. l. inſtrumenta*, 5. *l. fin. C. de probat. Leotard. de vſur. quæſt.* 9. *num.* 11. & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 12. *in fin.* Quæ non concurrunt in caſu, de quo agimus, imò in eo videtur conſtare de contrario, quod dicta promiſſio facta per hæredem de ſoluendó debita hæreditaria, vel legata ſic indifinitè, & generaliter cenſeatur facta cum reſeruatione beneficij inuentarij, vt ſupra probauimus ex *Bald. Bart. Phanuc. Paciſ. Surd. & alijs allegatis*, meritò, &c.

Vltimum verò motiuum non nocet, quod per actum contrarium cenſeatur renunciatum priuilegio, quia reſpondeo, quod id habet locum

27 quando ex tali actu de neceſſitate infertur renunciatio, vt docent *Deci. conſ.* 402. *ſub numer.* 6. *& conſ.* 452. *num.* 24. *Paciſ. de Saluian. dict. cap.* 2. *num.* 319. *Alex. conſ.* 33. *num.* 10. *& ibi latè Natt. in additionibus in verbo Alia præſumptio &c. lib.* 5. *Cenc. de cenſ. quæſt.* 66. *num.* 67. & ſentit *Barboſ. de poteſt. Epiſc. d. alleg.* 26. *num.* 14.

28 Tacita enim voluntas quæ ex actu de-

deſumitur non extenditur vltra, quam ex ipſo actu de neceſſitate inferatur, vt tradunt *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priua. Crauett. conſ. 292. num. 1.* cum alijs relatis per *Becc. conſ. 106. numer. 45. & ſeq.* cum quibus pertranſit *Surd. conſ. 160. num. 53. & conſ. 290. num. 57. vol. 2.* benè *Hodiern. ad Surd. d. deciſ. 132. num. 4. Giurd. d. obſeruat. 104. num. 11.*

29 Et renunciatio proprij iuris non præſumitur in dubio, *l. ſi domus, 20. ff. de ſeruit. vrban. præd.* & not. *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 45. numer. 11. & præſumpt. 41. numer. 2. lib. 6. Surd. d. conſ. 160. num. 52. & conſ. 164. num. 49. & conſ. 290. num. 56. lib. 2. Cenc. de Cenſ. dict. quæſt. 66. num. 67.* benè comprobans, latè *Maſcard. de probat. concluſ. 1270. num. 1. & ſeq. volum. 3. Hodiern. ad Surd. deciſ. 132. num. 3. Giurb. d. obſeru. 104. num. 10. Rota apud Card. Ottob. deciſ. 109. num. 6. & 7.*

30 Cum renunciatio ſapiat donationem, quæ non præſumitur, ſed eſt clarè probanda, *Menoch. de præſumpt. d. lib. 3. præſumpt. 45. numer. 11. & d. lib. 6. præſumpt. 41. num. 2. Gargiar. Iun. conſ. 21. num. 22.* vbi plures dat concordantes *Maſcard. de probat. dict. concluſ. 1270. in princip. lib. 3. Andreol. controuerſ. 6. num. 35. Rot. apud Greg. XV. deciſ. 15 num. 5.*

31 Itaut omnis alia interpretatio ſit capienda, vt excludatur præſumptio renunciationis, vt dixerunt *Alex. d. conſ. 133. numer. 10. lib. 5. Dec. conſ. 409. ſub num. 6. Surd. conſ. 164. num. 49. & conſ. 290. num. 56. lib. 2. Cenc. de Cenſ. d. quæſt. 66. numer. 64. & ſeq. Barboſ. de poteſtat. Epiſc. d. allegat. 26. num. 15. & Rota apud Gregor. XV. d. deciſ. 15. num. 4. & deciſ. 636. num. 6. par. 1. recent. & apud Cardinal. Ottob. d. deciſ. 109. num. 8.*

Quod verò in hoc caſu de neceſſitate non inferatur renunciatio beneficij Inuentarij per dictam promiſſionem per hæredem indefinitè, & generaliter factam de ſoluendo debita hæreditaria, vel legata optimè ſuadetur ex eo, Quia imò dicta promiſſio cenſetur facta cum reſeruatione dicti beneficij, vt fuit ſupra probatum ex *Bart. Bald Paciſ. Surd. & alijs,* & benè declarat idem *Paciſ.* dum contrarijs reſpondet *d. cap. 2. num. 319.*

32 Et quod dicta promiſſio de ſoluendo debita hæreditaria, vel legata facta per hæredem etiam cum obligatione propriæ perſonæ, & bonorum ſuorum, & ſic in fortioribus terminis non ſit contraria, & incompatibilis cum dicto beneficio Inuentarij poſt *Vint. de Franch. dict. deciſ. 648. in fin.* dixit expreſsè *Rota apud Paciſ. de Saluian. d. deciſ. 183. num. 10.* & ante illam ſcripſit *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 553. numer. 34. par. 3.* nec non *Paciſ. in dict. cap. 2. numer. 318.* merito, &c.

33 Amplia primò ſupradictam principalem concluſionem, quod hæres beneficiatus promittens indefinitè ſoluere debita hæreditaria, vel legata ſibi non præiudicat quò ad beneficium inuentarij, vt habeat locum etiam ſi promittat ſoluere omnia debita, vel omnia legata quia adhuc illum gaudere debere beneficio Inuentarij, voluerunt *Caſtr. in l. fin. in fine, & ibi Bald. num. 2. C. ad leg. falcid. Afflict. deciſ. 399. num. 13. & Paciſ. de Saluian. dict. inſpect. 3. capit. 2. num.*

rum. 321. & ita ſentit etiam *Gratian. diſcept. Forenſ. capit. 34. numer. 33. par. 1.*

34 Amplia ſecundo dictam concluſionem, vt habeat locum etiam ſi dicta promiſſio facta per hæredem beneficiatum de ſoluendo debita hæreditaria, vel legata ſit vallata obligatione Camerali, quia adhuc non dicitur amiſiſſe, & renunciaſſe beneficium Inuentarij, vt tradit *Paciſ. de Saluian. d. inſpect. 3. cap. 2. num. 320.* & poſt *Ant. de Canar. de execut. Inſtrum. quæſt.* 28. per eum relatum ſcripſit *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 19. in princ.* vbi reddit rationem, quia beneficium Inuentarij non impugnat Inſtrumentum, ſed ſolum reſtringit executionem, vt ibi per eum *dict. quæſt.* 19. ſecundum ordinem *Zacch.* & adnotarunt etiam *Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 553. num. 19. part. 3. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 16. numer. 49. & Rota apud Paciſ. de Saluian. d. deciſ. 138. num. 14.*

35 De natura enim obligationis Cameralis eſt arctius ligare contrahentes, non autem augere obligationem, vt not. *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 28. num. 2.* ſecundum ordinem *Zacch. Gabr. conſ. 173. num. 2. lib. 2. Paciſ. de Saluian. d. inſpect. 3. cap. 2. numer. 320. Stacc. de appell. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 2. num. 73. circa fin. Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 28. poſt numer. 2.* vbi alios dat concordantes *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 553. num. 21. par. 3. & Rota apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 17. num. 5. & deciſ. 38. num. 5. & deciſ. 77. num. 2. & deciſ. 83. num. 10. & apud Paciſ. de Saluian. deciſ. 138. num. 10. & deciſ. 139. num. 5.* & alibi paſſim.

36 Maximè cum dicta obligatio Cameralis non contineat clauſulam In ſollidum, vt tradunt *Paciſ. de Saluian. d. cap. 2. num. 320. Gratian. dict. cap. 553. num. 20. par. 3. Barboſ. de clauſ. clauſ. 33. num. 3. Contelo. de Societ. numer. 43. & Rota apud Paciſ. de Saluian. d. deciſ. 138. num. 10. & in Peruſina prædij 14. Martij 1659. coram Reuerendiſſimo Albergato, §. vnde non*

37 *refert*, vbi aliæ allegantur, licet faciat quod fideiuſſores cenſeantur obligati vti principales, & dicit *Rot. apud Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 118. num. 8. & in Romana Saluiani 26. Aprilis 1641. coram R. P. D. Dunoz. §. præſertim quando &c.* vbi dantur concordantes quamplures.

38 Per quam clauſulam In ſollidum hæredem ſibi præiudicium inferre quo ad beneficium Inuentarij tenuerunt *Crauett. conſ. 214. num. 7. Phanut. de inuentar. par. 6. num. 114. Paciſ. de Saluian. d. inſpect. 3. cap. 2. num. 324. Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap. 264. numer. 7. par. 2.* & alij infra adducti *num. 99.*

39 Neque obſtat, quod obligatio Cameralis contineat in ſe obligationem propriæ perſonæ, & propriorum bonorum, vt patet ex ipſa formula obligationis Cameralis, quæ eſt apud *Zacch. de obligat. Camer. poſt princ. fol. mihi 3.* & tradunt *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 5. & ibi Zacch. num. 31. & quæſt. 15. num. 7.* alios adducens ita ſentientes, & dixit *Rota apud eundem Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 140. in princip. & deciſ. 141. numer. 5.*

40 Per quam obligationem propriorum bonorum per hæredem beneficiatum factam cenſeri ſibi præiudicatum beneficio Inuentarij tenuerunt quam-

plures

plures Doctores; & præcipuè *Phanuc. de Inuent. par. 6. num. 115. Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 264. num. 9. & 19. par. 2. & cap. 646. numer. 26. par. 4.* & ſentit *Balth. Tomaſ. in d. tract. de Inuent. titul. 13. numer. 29. & num. 234. & tit. 19. num. 17.* nec non *Ciriac. controuer. 290. in fin.* quos retulimus infra num. . . . Quia dicta opinio non eſt omninò tuta, cum contrarium tenuerint *Vinc. de Franch. Gratian. Rot. Roman. & alij* ibi allegati volentes dictam obligationem propriæ perſonæ, & bonorum non eſſe incompatibilem cum beneficio Inuentarij, vt ibi per eos eſt videre, & infra dicetur, num. . . .

41 Prout neque obſtat pariter, quod per obligationem Cameralem cenſeatur renunciatum omnibus exceptionibus vti habetur pariter in dict. formula obligationis Cameralis, & tradunt *Turret. conſ. 90. num. 11. verſ. ſecundò reſpondetur &c. lib. 1. Rota apud Put. deciſ. 224. num. 6. lib. 3. in nou. impreſſ.* quos referendo ſequitur *Zachia de oblig. Camer. quæſt. 17. num. 1. & ſeq.* & de exceptione beneficij di-

42 uiſionis *Rota apud Zach. vbi ſupra deciſ. 23. num. 9.* & de exceptione excuſſionis *idem Zach. de oblig. Cameral. quæſt. 32. num. 3. Rota apud Merlin. de pignorib. deciſ. 115. num. 7.* Quia

43 hoc non debet extendi ad hanc exceptionem, per quam non impugnatur Inſtrumentum, ſed ſolum modificatur executio, ad tradita per *Ant. de Canar. de exequ. Inſtrum. quæſt. 28. per Barz. de quarant. par. 2. verſ. nunc capio &c. per Aſin. in pract. §. 31. cap. 44. & per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 48. num. 31.* & in terminis Inuentarij dixerunt *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 19. in princip. & Carol. de Graff. de except. except. 23. numer. 2. in fine.*

44 Neque vltimo loco nocet iuramentum, quod in obligatione Camerali continetur, vt not. *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 18. titul. 4. ſub numer. 7. Marchiſan. de commiſſ. appell. ab obligat. Camer. cap. 16. num. 23. par. 2. in ſecund. edict. Zach. de oblig. Camer. quæſt. 25. num. 7. & quæſt. 27. num. 14. Rota deciſ 800. num. 4. par. 3. diuerſ. & apud Zach. de oblig. Camer. de-*

45 *ciſ. 3. num. 14.* Quod iuramentum operatur, quod obligatio intelligatur cum effectu, & nulla exceptione obſtante ad not. per *Bart. in l. eum qui 30. §. ſi mulier, & ibi Iaſ. ff. de iureiur.* & tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 553. num. 27. par. 3.* & ante eum ſcripſit *Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 127. in princ.* Quia illud non habet

46 locum in exceptione, quod hęres non conueniatur niſi in quantum bona hæreditaria ſufficiunt, cum dicta exceptio non contraueniat iuramento, nec illi contradicat, vt benè declarant *Bart. in dict. l. eum qui, 30. §. ſi mulier, & §. fin. & ibi Iaſ. ff. de iureiur. Seraph. in dict. priuil. 127. per tot. & Gratian. dict. cap. 553. numer. 27. par. 3.* Maximè cum iuratum non fuerit ſuper exiſtentia bonorum, quia tunc per iuramentum cenſeretur ſublata iſta exceptio, cum per illam contradiceretur iuramento, quia cenſeretur iuratum, hæreditatem eſſe diuitem, vel ſoluendo, ſecus tamen eſt in caſu, de quo ſupra, vt declarat *Caſtr. in dict. l. eum qui, 30. §. ſi mulier, num. 5. ff. de iureiur.* quem ſequitur *Gratian. in d. cap. 553. num. 28. par. 3.*

47 Am-

47 Amplia tertio ſupradictam principalem concluſionem, vt habeat locum etiam ſi hæres beneficiatus approbet ſimpliciter Teſtamentum, quia adhuc ſibi non facit præiudicium quo ad beneficium Inuentarij, vt tradunt *Cuman. conſ.* 109. *num.* 3. *Phanuc. de inuent. par.* 7. *numer.* 133. *Surd. conſ.* 522. *num.* 13. *vol.* 4. *& deciſ.* 132. *num.* 26. & ibi hoc latè comprobat *Hodiern. ferè per tot.* & voluit etiam *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 9. *numer.* 24. cum quibus pertranſit etiam *Caluin. de æquit. lib.* 1. *capit.* 55. *in fine*.

48 Hinc videmus, quod filius approbans teſtamentum, in quo fuit prohibita detractio legittimæ, non tamen cenſetur excluſus ab illius detractione, cum non ſufficiat ſimplex teſtamenti approbatio, ſed requiratur explicata legittimæ renunciatio, vt tradunt *Peregr. de fideicom. art.* 36. *numer.* 82. *in fin. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 196. *num.* 22. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 9. *numer.* 30. vbi dicit, ita bis fuiſſe per Rotam deciſum, *Gratian. diſcep. Forenſ. capit.* 264. *num.* 22. *par.* 2. plenè *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 132. *numer.* 9. vbi alios dat concordantes, & dicit, ſecus eſſe ſi approbatio teſtamenti facta ſit In omnibus, & per omnia, vt ibi per eum in fine *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 296. *num.* 91. *Redenaſ conſ.* 21 *num.* 9. plenè comprobans *Dominus meus Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 9. *in tit. de legitt. & detract. diſcur.* 16. *num.* 5. vbi dicit, quod hodie hæc propoſitio eſt notoria, & *diſcurſ.* 17. *num.* 4. *& diſcurſ.* 18. *num.* 7. vbi dicit, ſecus eſſe ſi acceptatio Teſtamenti facta ſit cum verbis amplis, & prægnantibus, itaut ſpecialitati equipolleant, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 429. *num.* 21. *& ſeq. & deciſ.* 200. *numer.* 4. *& ſeq. par.* 1. *recent. & deciſ.* 342. *num.* 9. *par.* 5. *& deciſ.* 228. *num.* 9. *& ſeq. par.* 8. *recent. & deciſ.* 269. *num.* 13. *par.* 11. *recent. & apud Card. Ottob. deciſ.* 235. *num.* 17. *& ſeq.* & alibi paſſim, & dixi etiam Ego *alleg. Forenſ.* 42. *num.* 38.

49 Quicquid contrarium ſenſerint *Natt. conſ.* 221. *num.* 5. *Caphal. conſ.* 272. *num.* 142. *& ſeq. vol.* 2. & alij relati per *Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt.* 296. *num.* 89. & videtur ſentire *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 156. licet poſtea dicat, requiri expreſſam filij voluntatem, vt ſibi præiudicet in legitrima, & non ſufficere ſimplicem hæreditatis aditionem, vt ibi per eum benè comprobantem.

50 Amplia quartò dictam concluſionem principalem, vt eo magis habeat locum quando hæres beneficiatus promittit ſoluere debitum hæreditarium, vel legatum hæreditario nomine, & vti hæres beneficiatus, quia tunc non dicitur amittere beneficium Inuentarij, & non tenetur ſoluere vltra vires hæreditarias, vt poſt *Marcabr. & Cardin. Tuſch. per eos relatos* tradunt *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. par.* 1. *cap.* 9. *gloſ.* 5. *num.* 30. *in fin. & Mangil. de euict. quæſt.* 50. *numer.* 12. *Capic. Latro. deciſ.* 38. *num.* 1. *tom.* 1. & ſentit etiam *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 6. *in titul. de dote, diſcurſ.* 28. *num.* 7. declarando tamen vt infra num. . . .

51 Limita primo dictam principalem concluſionem, vt habeat locum

quan-

quando hæres beneficiatus promittit ſoluere generaliter, & indefinitè debita hæreditaria, vel legata à Teſtatore relicta, quia tunc ſibi non præiudicat, quò ad beneficium Inuentarij, ſecus tamen eſt quando hæres beneficiatus promittit ſoluere debitum hæreditarium certum, & determinatum puta ſcuta centum, & ſimilia, vel legatum certum, vel alias promiſſio eſt ſpecifica, & relata ad quantitatem certam, quia tunc ſibi præiudicat quò ad beneficium Inuentarij, & tenetur debitum, vel legatum ſoluere etiam ſi deficiant vires hæreditariæ, vt poſt *Bart. Aret. Corn. Brun. Caſtr. Imol. & Ruin.* per eum relatos tradit *Phanuc. de inuent. par. 6. num.* 112. & poſt *Bald. Nouel.* per eum relatum *Maran. in ſuis ſingul. in verbo Maritus promittens in fin. Surd. d. deciſ.* 132. *num.* 24. *& in d. conſ.* 522. *num.* 12. *vol.* 4. *Pacif. de Saluian. d. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 323. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 264. *numer.* 6. *& ſeq. & num.* 20. *par.* 2. *& capit.* 553. *num.* 18. *par.* 3. & cum hac limitatione pertranſire videtur *Balthaſ. Tomaſ. in d. tract. de Inuent. tit.* 19. *num.* 5. *&* 11. nec non *Rota apud Pacif. de Salu. d. deciſ.* 223. *num.* 4.

52 Per promiſſionem enim certam, & ſpecificam cenſetur renunciatum beneficio Inuentarij, vt tradunt *Bar. & Caſtren. in l. ſi prior,* 33. *ff. ſolut. matr. & in d. l. quod nomine,* 8. *ff. de condit. indeb.* & ſentit *Alex. conſ.* 66. *num.* 5. *vol.* 3. & clarius adnotarunt *Phanuc. de inuent. d. par.* 6. *num.* 112. *in fin. Surd. d. deciſ.* 132. *num.* 24. *& d. conſ.* 522. *num.* 12. *vol.* 4. *Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap.* 264. *num.* 6. *& d. cap.* 553. *num.* 18. *& Merlin. de legitt. lib.* 3. *titul.* 2. *quæſt.* 9. *numer.* 24.

53 Cum ſumma ita ſpecificata non videatur admittere diminutionem, vt poſt *Bart. in d. l. quod nomine,* 8. *ff. de condit. indeb.* declarat *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 553. *num.* 18. *& Rota apud Pacif. de Saluian. d. deciſ.* 223. *numer.* 4.

54 Amplia primo dictam primam limitationem, vt eo magis habeat locum quando hæres beneficiatus promittit ſoluere integrum dabitum, vel integrum legatum, quia tunc ſine dubio ſibi præiudicat quò ad beneficium Inuentarij, itaut de proprio illud ſoluere teneatur, vt tradunt *Bald. in l. fin. num.* 4. *Salic. num.* 1. *C. ad leg. falcid, Alex. d. conſ.* 133. *num.* 4. *vol.* 5. quos refert, & ſequitur *Pacif. de Saluian. d. inſpect.* 3. *cap.* 2. *numer.* 322. *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 264. *num.* . . . *par.* 2. *& cap.* 799. *num.* 33. *par.* 4. & ſentit *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 56. *& Balthaſ. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit.* 19. *numer.* 11. vbi alios dat concordantes, addo *Giurb. obſeruat.* 104. *numer.* 19.

55 Dicta enim dictio Integrum idem importat quod totaliter, & nullam diminutionem admittit *l. nouum debitoris,* 33. *§. fin. ff. de legat.* 3. *gloſ. in clem. dudum, §. cum verò in verbo Integre de ſepult.* & not. *Alex. conſ.* 201. *num.* 7. *vol.* 6. *Rolan. conſ.* 27. *num.* 31. *lib.* 4. *Surd. conſ.* 511. *num.* 7. *lib.* 4. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 3. *num.* 90. *Ang. Gratian. in ſuo tract. de diction. diction.* 107. *in princ.* alios adducens concordantes, & benè exornat *Barboſ. in eodem tractat. dictio.* 143. *in princip.*

56 Hinc videmus, quod licet maritus pro-

promittens ſimpliciter dotem reſtituere ſibi non præiudicet in lucro dotis ei à ſtatuto conceſſo, vt notant *Cin. Ang. Bal. Salic. Alex. Rolan. Phanuc. Sur. Pacif. Card. Mantic. Gratian. Altograd. & Rota relati ſupra num. 8.* quibus nunc addo eundem *Surd. conſ. 34. num. 44. & conſ. 113. num. 7. vol. 1. & eundem Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 609. in princ. par. 4.* Secus tamen eſt

57 ſi promittat reſtituere totam, & integram dotem, quia tunc ſibi præiudicat quo ad lucrum dotale, vt ſcripſerunt *Bald. in d. l. quod nomine, 8. in fin. ff. de condit. indeb. Alex. conſ. 5. num. 15. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ. 133. num. 5. lib. 5. & conſ. 201. num. 8. lib. 6.* & innumeros ferè ita ſentientes cogerit *Rolan. de Lucr. dot. quæſt. 38. num. 3. & 9.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & magis communem, & *in conſ. 85. num. 48. vol. 4.* quam ſequuti ſunt *Surd. deciſ. 274. num. 15. & in tractat. de aliment. tit. 2. quæſt. 15. num 230. Phanuc. de lucr. dotis gloſ. 14. num. 1. verſ. verum prædicti &c.* alios quamplures cumulans ita ſentientes, latè *Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo Totum in princ. C. de reuoc. donat. Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 8. num. 17.* vbi teſtatur de communi opinione, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 46. numer. 19. par. 1. & cap. 264. num. 12. part. 2. & cap. 308. num. 8. eadem par. 2. & cap. 609. num 2. par. 3.* quamplures referens Doctorum authoritates de recepta, & magis communi opinione teſtantes, cum quibus pertranſeunt *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ. 91. num. 3. lib. 2.* licet contrarium dicat, fuiſſe iudicatum per Senatum, & *Altograd. conſ. 32. num. 12.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, & dicit hoc non habere dubium, *lib. 2.*

58 Quicquid contrarium voluerit *Cauagnol. ad Decreta Montisſerrati Decret. 74. §. 5. quæſt. 11. & Barbat. Curt. Iun. Cremen. & alij relati per Altograd. d. conſ. 32. num. 28. vol. 2.* & alij relati per *Manci. de iuram. effect. 201. numer. 6. par. 4.* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

59 Hinc pariter fit, quod licet hæres promittens generaliter ſoluere legata ſibi non præiudicet quo ad ius detrahendi falcidiam, vt tradunt *Cin. Aug. Bald. Salic. Alex. Pacif. Surd. Merlin. Natta Crauett. Mangil. Guid. Papa, Phanuc. Balthaſ. Tomaſ. Gratia. & Rota* in locis ſupra relatis. *num. 7.*

60 Secus tamen eſt ſi dictus hæres promittat ſoluere integrum legatum, ſeu integra legata, quia tunc cenſetur renunciare iuri detrahendi falcidiam, itaut illam retinere, ac detrahere non poſſit, vt voluerunt *Rolan. de lucro dotis, quæſt. 38. num. 4. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 124. & artic. 47. num. 38.* loquens in hærede integrè legata ſoluente *Barboſ. de diction. diction. 143. numer. 2. in princ.* & poſt *Rube. Bereng. Bonac. Crauet.* & alios per eum adductos firmat *Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tractat. variar. decad. 1. in tract. de falcid. tit. 6. num. 144.*

61 Et promittens ſoluere integrum, vel totum debitum cenſetur renunciare beneficio, vt non teneatur vltra quam facere poſſit, vt tradunt *Bald. in d. l. quod nomine, 8. poſt. princ. ff. de condict. indeb. Alex. in d. conſ. 133. vol. 3. lib. 5.* & poſt *Ruin. & Lup.* per eum relatos not. *Rolan. de lucro dotis,*

dotis, quæſt. 38. *numer.* 6. quem ſequitur *Surdus de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 78. *numer.* 56. ſi eſt talis, qui dicto beneficio poſſit renunciare, vt declarat *Rolan. in hoc proximè adducto.*

62 Subamplia dictam primam ampliationem, vt habeat locum etiam quando hæres beneficiatus promittit creditori, vel legatario integrè ſoluere, vel ſatisfacere, quia etiam in dicto caſu non poteſt ſe iuuare beneficio Inuentarij, ſed tenetur ſoluere vltra vires hæreditarias, vt tradunt *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 399. *num.* 6. *in fin. Rimin. Sen. conſ.* 584. *num.* 1. *in fin. vol* 3. quos referendo ſequitur *Gratian. diſcep. Forenſ. dict cap.* 264. *num.* 10. *par.* 2. vbi hoc extendit, habere locum in omni caſu, in quo per alia verba equipollentia poteſt conſtare de mente hæredis, quod promiſerit ſoluere abſque beneficio Inuentarij, vt ibi per eum, & infra dicetur, & idem voluerunt *Phanuc. de inuent. par. 6. num.* 114. *& Balth. Tomaſ. in d tract. de Inuent. titul.* 13. *num.* 29. *& tit.* 19. *num.* 11. & ſentit *Caluin. de æquitat. lib.* 2. *capit.* 55. *numer.* 6.

63 Amplia ſecundo dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus promittens ſoluere certum, & determinatum debitum, vel certum legatum ſibi præiudicet quo ad beneficium Inuentarij, vt habeat locum etiam ſi promiſerit ſoluere vti hæres cum beneficio Inuentarij, quaſi dicta verba ſint appoſita demonſtratiuè, non autem diſpoſitiuè, vt voluerunt *Corn. conſ.* 31. *col.* 3. *verſ. quod & clarius &c. vol.* 3. *Crauet. conſ.* 214. *num.* 7. *Phanuc. de inuent. d. par.* 6. *numer.* 113. alios referens concordantes, *Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap.* 264. *numer.* 7. *par.* 2. *& d. cap.* 553. *num.* 6. *&* 37. *par.* 3. *& Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 13. *numer.* 228. *&/ tit.* 19. *num.* 16. & tenuit *Rota in Chiſina grani.* 13 *Iunij* 1576. *coram R. P. D. Robuſt- verſ. non obſtat quod &c. & apud Paciſ. de Saluian. d. deciſ.* 223. *numer.* 7 *& deciſ.* 545. *num.* 9. *&* 10. *par.* 5. *recent.*

64 Declara dictam ſecundam ampliationem, vt habeat locum quando dicta verba *Vti hæres cum beneficio Inuentarij* apponuntur in promiſſio Inſtrumenti, quia tunc benè dicuntur ſtare demonſtratiuè, non autem diſpoſitiuè, ſecus tamen eſt ſi illa apponantur in parte diſpoſitiua contractus, vt puta ſi dicatur *Titius hæres cum beneficio Inuentarij promiſit &c.* quia tunc dicta verba reſoluerentur in cauſa ſcilicet quia eſt hæres cum dicto beneficio, & ſibi non præiudicaret quò ad beneficium Inuentarij, vt benè declarant *Phanuc. de Inuent. d. par.* 6. *numer.* 113. *& Balth. Tomaſ. in d. tit.* 13. *num.* 228. vbi dicit, non ſufficere mentionem Inuentarij eſſe factam in præfationibus, niſi in diſpoſitiuis repetatur, vt ibi per eum, & ita ſentit etiam *Gratian. d. cap.* 553. *num.* 37. *par.* 3. *Giurb. d. obſeru.* 104. *num.* 12. *&/ Rota apud Paciſ. de Saluia. d. deciſ.* 223. *num.* 7. & clarius in *d. Cluſina grani coram R. P. D. Robuſterio, verſ. non obſtat quod &c.* vbi dicit, quod ad hoc vt Miniſter in contrahendo non remaneat obligatus non ſufficit, quod ſit expreſſum nomen Miniſtri, vel Officij, ſed debet dici expreſsè, quod vti Miniſter facit, vt ibi eſt videre; & ſecundum terminos

huius declarationis intelligendus eſt *Mangil. de euict. quæſt. 50. num. 12.* vbi dicit, hæredem beneficiatum innouando debitum hæreditarium cum creditore non ſibi præiudicare quo ad beneficium Inuentarij, ſi id faciat hæreditario nomine, ideſt ſi id faciat expreſſe vti hæres beneficiatus ſecundum terminos ſupradictæ declarationis.

65 Amplia primo dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus promittens ſoluere certum debitum, vel legatum in quantitate præciſa ſibi præiudicet quò ad beneficium Inuentarij, itaut teneatur illud ſoluere vltra vires hæreditatis, vt non habeat locum quando hæres in promiſſione per eum facta declarauit, ſe non obligare animo nouandi nec renunciandi beneficio inuentarij, vel ſaluo beneficio Inuentarij, quia tunc dictum beneficium non amitrit, & non tenetur dictum debitum, vel legatum ſoluere vltra vires hæreditarias, vt docent *Dilect. de arte teſtan. titul. 11. cautel. 9. numer. 2. Corn. dict. conſ. 31. lib. 3. Paul. Emil. Gall. de except. par. 3. d. except. 5. num. 43. & ſeq. Phanuc. de Inuentar. dict. par. 6. num. 113. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 553. numer. 37. part. 3. Mangil. de euict. dict. quæſt. 50. numer. 11.* alios adducens ita ſentientes & poſt *Montic. & Vinc. de Franch.* per eum adductos ſcripſit etiam *Balthaſ. Tomaſ. in d. tract. de Inuent. tit. 13. numer. 227.* nec non *Giurb. ad conſuet. Meſſan. d. cap. 9. gloſ. 5. num. 30.*

66 Nouatio enim nunquam cenſetur inducta quando fuerunt reſeruata iura, per proteſtationem factam in actu *Surd. conſ. 345. numer. 11. lib. 3. Maſtrill. deciſ. 40. numer. 5. part. 2. Rota deciſ. 30. numer. 2. par. 2. diuerſor.* & apud *Merlin. de pignor. deciſ. 6. num. 9. & deciſ. 22. num. 7. & apud Eminentiſs. Card. Ottob. deciſ. 131. numer. 10. & 11. & in Vrbinaten. Saluiani 18. Junij 1660. coram Eminentiſſ. Cardinal. Celſo in fine*, vbi aliæ recenſen-

67 tur, Proteſtatio enim remouet animum ab actu, & ideo præſeruat ius proteſtantis *Ciriac. controuerſ. 618. num. 13. Rota poſt Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 89. num. 4.* & tradit idem *D. Torre in dict. tract. lib. 3. cap. 1. numer. 348.*

68 Amplia dictam primam ſublimitationem, vt idem ſit quando dicta promiſſio hæredis de ſoluendo certum debitum, vel legatum fuit aliquo modo facta ſub commemoratione prioris obligationis contractæ per aditionem hæreditatis cum beneficio Inuentarij, quia tunc cum ſecunda obligatio non operetur alium effectum, quam prima tamquam veniens in executionem illius, ideo hæres per illam non cenſetur renunciaſſe beneficio Inuentarij, neque ſibi præiudicium attuliſſe, quò ad illius beneficium, vt declarant *Surd. conſ. 298. num. 40. & ſeq. vol. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 553. num. 23. par. 3. & Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit. 19. num. 7.*

69 Sublimita ſecundò dictam primam limitationem, vt hæres beneficiatus per dictam promiſſionem certam de ſoluendo debitum hæreditarium ſibi præiudicet quo ad beneficium Inuentarij ſolum quò ad eum, cum quo contraxit, & cui ſoluere promiſit, non autem quò ad alios, vt poſt *Caſtrenſ. in conſil. 212.*

vol.

vol. 1. *& Crauett. in conſ. pro genero, numer.* 450. per eum adductos firmat *Phanuc. de inuentar. d. par.* 6. *numer.* 120. vbi hanc opinionem dicit veriorem eſſe, & illam benè tuetur, quem ſequitur *Balthaſ. Tomaſ. in d. tractat. de inuent. titul.* 13. *num.* 231. *& tit.* 19. *num.* 12. cum quibus pertranſeunt *Surd. conſ.* 522. *numer.* 19. *vol.* 4. & in terminis approbationis teſtamenti *dec.* 132. *ferè per tot.* latè comprobans *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 553. *numer.* 13. *part.* 3. *Poſt. reſolut.* 25. *numer.* 29. & faciunt notata per *Barboſ. de offic. Epiſc. alleg.* 26. *num.* 17.

70 Contractus enim non extenditur de perſona ad perſonam, ſicut nec de re ad rem, *l. ſi vnus*, 28. §. *ante omnia, & ibi not. gloſ. & Doctor. communiter, ff. de pact.* & tradunt *Phanuc. de inuent. in dict. par.* 6. *numer.* 120. *Cardinal. Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 1. *numer.* 4. circa medium, & poſt *Bero. Dec. & Natt.* per eum adductos tradit *Ciriac. controuerſ.* 3. *numer.* 50.

71 Et conuentio facta cum vno ſicut non nocet, ita nec prodeſt alteri, *dict. leg. ſi vnus*, 28. §. *ante omnia, ff. de pact. Surd. deciſ.* 132. *num.* 6. *& ſeq. Ciriac. contr.* 592. *n.* 9. *tom.* 4. *Grat. diſc. Forenſ. cap.* 49. *num.* 2. *& ſeq.*

72 Neque renunciatio iurium ad alium pariter extenditur, vt poſt *Dec. in conſ.* 31. *num.* 1. *& Crauett. in conſ. pro genero, num.* 450. per eum relatos not. *Phanuc. de inuent. in dict. part.* 6. *numer.* 120. & poſt eum voluit *Surd. conſ.* 446. *ſub num.* 21. *vol.* 3. nec non *Ciriac. controuerſ.* 283. *num.* 46. *& controuerſ.* 475. *num.* 14. *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 292. *num.* 2. *par.* 3. alios adducens ita ſentientes, & *Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 381. *numer.* 4. *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *capit.* 15. *numer.* 2. Cum renunciatio vti

73 ſtricti iuris, *Surd. conſ.* 431. *numer.* 20. *volum.* 3. *Gab. conſ.* 60. *numer.* 6. *lib.* 1. *Cenc. de Cenſ. quaeſt.* 66. *numer.* 67. *Gargiar. Iun. conſ.* 21. *numer.* 13. *lib.* 1. *Dominus meus Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *capit.* 23. *numer.* 36. *Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 15. *nu-*

74 *mer.* 3. Interpraetari debeat, quod noceat renuncianti nimis quam fieri poteſt *Surd. conſ.* 431. *numer.* 32. *volum.* 3. *Crauett. conſ.* 407. *numer.* 34. *Gargiar. Iun. d. conſ.* 21. *num.* 38. *Ciriac. controuerſ.* 367. *num.* 27. *Rota deciſ.* 128. *num.* 8. *par.* 14. *recentior.* & dixi infra num. . . .

75 Sublimita tertio dictam primam limitationem, vt habeat locum quando hæres beneficiatus ſponte ſe obligauit ad ſoluendum debitum certum, vel legatum, ſecus tamen eſt ſi coactè ſe obligauit puta ex mandato Superioris, vel alio modo, quia tunc ſibi non præiudicat quo ad beneficium Inuentarij, vt tradunt *Caſtr. in l. ſi prior*, 33. *num.* 1. *ff. ſolut. matrim. Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuentar. tit.* 19. *num.* 6. & ante eum latè comprobauit *Gratian. diſcep. Forenſ. dict. cap.* 553. *per totum, par.* 3. & voluit etiam *Rota apud Pacific. de Saluian. deciſ.* 138. *numer.* 7. *& deciſ.* 223. *numer.* 3. vbi dicit, dictam principalem limitationem neque habere locum in hærede, qui non poteſt ſe libere obligare, vt ibi per eam; Quæ maximè procedunt, quando Superior mandat hæredi cum beneficio Inuentarij, quod ſoluat debitum hæreditarium, vel legatum, quia tunc promiſſio hæredis refertur ad præambulum titulum hæ-

redis cum beneficio Inuentarij, vt benè aduertunt *Gratian. & Rota in locis proximè adducti.*

76 Sublimita quartò dictam primam limitationem vna cum ampliationibus poſt illam appoſitis, vt habeant locum quando hæres beneficiatus promiſſionem ſoluendi debitum hæreditarium, vel legatum fecit ex certa ſcientia, ſecus autem ſi ſimpliciter, vel per errorem, quia tunc ſibi non præiudicat quò ad beneficium Inuentarij, vt ſcripſerũt *Alex. dict. conſ.* 133. *num.* 5. *& ibi Natta in addit. vol.* 5. *& conſ.* 205. *num.* 6. *eod. volum.* 5. *Phanuc. de lucro dotis, gloſ.* 14. *verſ. & hoc procedit &c. Rolan. de lucr. dot. quæſt.* 38. *numer.* 16. alias quamplures adducens ita ſentientes, *Cardinal. Mantic. de coniect. lib.* 3. *titul.* 20. *in fin. & in tract. de tacit. lib.* 3. *titul.* 8. *numer.* 17. *verſ. & hæc communis opinio, &c. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 264. *numer.* 15. *& ſeq. par.* 2. *& capit.* 308. *numer.* 8. *eadem par.* 2. *& dict. capit.* 553. *numer.* 14. *& ſequen. part.* 3. *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tractat. de Inuentar. titul.* 19. *numer.* 13. alios recenſens concordantes, cum quibus pertranſit *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ.* 91. *numer.* 9. *lib.* 2. & ante eos voluit *Deci. conſ.* 402. *numer.* 6.

77 Error enim excludit conſenſum ab actu. *l. ſi per errorem,* 15. *ff. de iuriſdict. omn. Iud. l. nam fatetur,* 2. *ff. de confeſſ.* & tradunt *Ciriac. controuerſ.* 626. *numer.* 18. *Rota apud Cardinal. Seraph. deciſ.* 931 *numer.* 10. *& apud Merlin. deciſ.* 106. *num.* 10. *& deciſ.* 573. *numer.* 3. *& apud Cardinal. Celſum deciſ.* 79. *numer.* 4. Staret ea quæ

78 fiunt per errorem non noceant, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 31. *numer.* 25. *Rota deciſ.* 352. *num.* 9. *par.* 4. *recent. & deciſ.* 203. *num.* 12. *par.* 9. *recent. tom.* 1.

79 In dubio autem præſumendum eſt, hæredem dictam promiſſionem feciſſe ex certa ſcientia, & non per errorem, vt not. *Alex. dict. conſ.* 133. *numer.* 13. *volum.* 5. *Cardinal. Mantic. de tacit. d. lib.* 3. *titul.* 8. *numer.* 17. *verſ. ſed ego conſidero &c.* & voluit expreſsè *Theſaur. Iun. d. quæſt. Forenſ.* 91. *num.* 9. *lib.* 2. vbi loquitur in terminis iuri promittentis totam dotem

80 reſtituere, vt ibi per eum, Maximè cum error non præſumatur ſed ſit probandus *Bart. in l. non fatetur,* 2. *col. fin. ff. de confeſſ. Bald. in l. error facti, C. de iur. & fact. ignor. Surd. deciſ.* 104. *num.* 18. *& deciſ.* 337. *num.* 39. *apud Buratt. & in Romana ſupplem. legitt.* 2. *Decembr.* 1647. *coram Reuerendiſsimo Meltio,* §. *non obſtat exceptio &c. & apud Cardin. Celſum deciſ.* 318. *numer.* 5.

Et cum ſcire, quod hæres beneficiatus non teneatur ſoluere debita defuncti

81 vltra vires hæreditarias pendeat a ſcientia iuris, omnes autem regulariter præſumuntur ſcire iura, *Bartol. in leg. ſed & ſi lege,* 28. §. *ſcire, numer.* 3. *ff. de petit. hæredit. & in dict. l. non fatetur,* 2. *numer.* 12. *ff. de confeſ.* & poſt *Alex. Corn. Soc. Sen. Riminal. & Crauet.* per eum relatos tradit *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 23. *numer.* 10. *Ciriac. controuer.* 164. *numer.* 16. *&* 17. *& controuerſ.* 331. *numer.* 17. & ſentit *Farinac. de pœn. tempe. quæſt.* 89. *numer.* 105. & in iure claro, *Odd. de reſtitution. in integr. part.* 1. *quæſt.* 9. *numer.* 9.

82 Cum

82 Cum lata culpa ſit ignorare iuris diſpoſitionem, quam omnes ſcire debent per ſe, vel per alios, *l. leges ſacratiſsimæ, 9. C. de legib.* & dixerunt *Bartol. in l. iuſte, 11. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. in d. conſ. 133. numer. 13. vol. 5. Menoch. d. præſumpt. 23. num. 11.* quamplures adducens concordantes, *Farinacc. in dict. quæſt. 89. numer. 95. Odd. de reſtitution. in integr. part. 1 quæſt. 8. numer. 40.* & id imperitiæ, & fatuitati adſcribi dicit *Coſta de ſcient. & ignorant. inſpect. 82. numer. 3.*

83 Culpa vero quæ delictum ſapit non præſumitur, *l. merito, 51. ff. pro ſoc. l. item apud labeonem, 15. §. ſi communem, ff. de iniur.* cum alijs apud *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. in princip. & lib. 6. d. præſumpt. 23. num. 11. & ſeq. & apud Farinacc. de pæn. temper. dict. quæſt. 89. numer. 10.* vbi latè.

Quibus eo magis locus eſſe debet, ſi in actu, & in dicta promiſſione ſit adhi-
84 bitum iuramentum, ad quod quis cenſetur deliberatè, & certioratus accedere, vt adnotarunt *Bart. & Imol. in cap. ſi diligenti, 12. de foro competen. Fælin. in cap. ſi cautio, 14. poſt num. 36. de fide Inſtrum. Capic deciſ. 159. num. 29. Grama. deciſ. 101. num. 79. Maran. diſcep. 7. ſub num. 8.* & alij relati per *Seraph. de priuileg. iurament. priuil. 64. in princip.* vbi ſub *num. 13.* hanc dicit eſſe communem Doctorum opinionem, licet aliquos contrarium ſentientes referat, & idem tradunt *Alex. conſ. 42. ſub numer. 9. lib. 1.* &
85 in terminis noſtris *dict. conſ. 133. numer. 14. lib. 5. Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap. 553. numer. 15. par. 3.* alios quamplures cumulans concordantes, *& capitul. 706. numer. 32. part. 4. & Ciriac. controuerſ. 182. numer. 34.*

86 Et ideo impedit allegari poſſe errorem, vt dicit *Bart. in l. ex hac ſcriptura, 16. num. 12. ff. de donat. Alex. conſ. 17. num. 2. & ſeq. lib 3. Couar. in cap. quamuis, §. 4. numer. 4. par. 3. de pact. in 6.* vbi teſtatur de communi Doctorum opinione, & latè comprobat *Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 90. num. 1. & ſeq.* vbi pariter teſtatur, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & contrarium ſentientibus reſpondet, & admittit *Rota deciſ. 140. numer. 3. part. 1. diuerſorum.*

87 Et iuramentum habet vim clauſulæ ex certa ſcientia, vt dicit *Seraph. in d. priuil. 90. num. 3.* nec non *Honded. conſ. 41. num. 22. volum. 2* & ha-
88 bet vim clauſulæ ſpecificatæ vt probat *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 19. num. 15. & num. 24.* & tollit vim ignorantiæ, & facit præſumi ſcientiam ſaltem in genere, vt poſt *Alex. conſ. 27. numer. 4. lib. 1.* dixit *Rota deciſ. 218. in fin. part. 1. diuerſorum.*

89 Contrariam tamen opinionem, quod imò non præſumatur in dubio, hæredem dictam promiſſionem feciſſe ex certa ſcientia, ſed potius per errorem, & inaduertentiam voluerunt *gloſ. in cap. 1. §. præterea in verb. Regreſſum Quib. mod. feud. amitt. & in capitul. ſtatutum, 11. in verbo litterarum de reſcript. in 6. & in clem. & ſi principalis in gloſ. final. de reſcrip. Dec. conſ. 402. numer. 6. verſ. primum non obſtat &c. Alex. ſibi contrarius conſil. 13. numer. 3. volum. 1. & conſ. 87. num. 14. & ibi Natt.*

in addit. lib. 3. idem *Natt. ad eundem Alex. conſ.* 133. *in verbo Non per errorem, vol.* 5. vbi dicit, hoc certi iuris eſſe, & ita ſentit etiam *Phanuc. de lucro dotis, gloſ.* 14. *num.* 1. *verſ. & hoc procedit &c.* & ſcripſit *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 264. *num.* 16. *par.* 2. *& d. cap.* 553. *num.* 14. *par.* 3.

90 Cum enim dicta promiſſio facta per hæredem beneficiatum de ſoluendo debitum hæreditarium, vel legatum vltra vires hæreditarias in eo quod excedit vires hæreditarias dicatur donatio, adnotata per *Tiraquell. de legib. connub. gloſ.* 3. *num.* 37. *& ſeq. ſecund. impreſſionem Pariſien. per Peregr. de fideicommiſſ. art.* 51. *num.* 61. *verſ. ſed contra &c.* per *Carpa. ad Stat. Mediol. cap.* 324. *num.* 17. *& ſeq. vol.* 1. qui alios quamplures recenſent ita ſentientes, cum quibus pertranſeunt *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 31. *per tot. Gargiar. Jun. conſ.* 21. *num.* 22. *lib.* 1. *& Cancer. variar. reſol. tom.* 3. *cap.* 7. *num.* 97. Se-
91 quitur quod magis præſumatur error, quam donatio, in terminis noſtris *Alex. d. conſ.* 13. *num.* 3. *lib.* 1. *Phanuc. in d. gloſ.* 14. *num.* 1. *verſ. & hoc procedit &c. Dec. d. conſ.* 402. *num.* 6. *verſ. primò non obſtat &c.* & ſcripſerunt latè *Menoch. de arbitr. caſu* 88. *numer.* 3. *Maſcard. de probat concluſ.* 555 *num.* 5. *vol.* 1. alios recenſens concordantes *Card. Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 9. *num.* 3. *Andreol. controuerſ.* 4. *num.* 16. *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 7. *in titul. de donat. diſcurſ.* 16. *num.* 2. *& diſcur.* 48. *num.* 9. *& diſcurſ.* 59. *num.* 12. *Rota apud Cardin. Caualer. deciſ.* 603. *per tot. & deciſ.* 41. *num.* 2. *& ſeq. par.* 9. *recent. tom.* 1. *& apud Merlin. deciſ.* 885. *numer.* 7.

92 Cum nemo præſumatur velle iactare ſuum, & bona ſua dilapidare, ſed potius velle acquirere, & ditari *ad tex. in l. cum de indebito,* 25. *verſ. qui enim ſoluit, ff. de probat. & in cap. ſuper hoc,* 5. *de renunciat. & in cap. quia veriſimile,* 10. *de præſumpt.* & poſt *Ariſt. lib.* 3. *Ethic. cap.* 1. vbi dicit, Neminem ſuas fortunas ſponte eijcere, tradit *Maſcard. de probat. dict. concluſ.* 555. *in princ. vol.* 1. nec non *Domin. Deluca in d. titul. de donat. d. diſcurſ.* 16. *num.* 2. *in fin. Rota deciſ.* 82. *numer.* 10. *par.* 11. *recent.*

93 Itaut ad excludendam donationem omnis interpræt atio ſit facienda, & omis alia coniectura ſumenda, ſit etiam verba impropriando, & ſi actus remaneret inutilis, & verba redderentur ſuperflua, vt dixerunt *Tiraq. in l. ſi vmquam, in verbo Donatione largitus, num.* 208. *C. de reuoc. donat. Rolan. conſ.* 10. *num.* 13. *& ſeq. vol.* 1. *Gabr. conſ.* 112. *num.* 5. *lib.* 1. *Menoch. de arbitrar. d. caſu* 88. *num.* 2. *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 9. *num.* 5. *& ſeq. & num.* 26. *& ſeq. Surd. conſ.* 290. *num.* 54. *& ſeq. vol.* 2. cum aljis relatis per *Andreol. d. controuerſ.* 4. *numer.* 15. & adnotauit etiam *Dominus Deluca in dict. titul. de donat. d. diſcurſ.* 48. *num.* 3. *& d. diſcurſ.* 59. *num.* 12. nec non *Rot. apud Merlin. d. deciſ.* 885. *num.* 7 *& ſeq.*

94 Quæ quidem contraria opinio, quæ mihi magis placet, dum ex facie promiſſionis non appareat, hæredem non ex certa ſcientia dictam promiſſionem feciſſe, eo magis locum habere debet in muliere, minore ruſtico, milite, & ſimilibus, qui præſumuntur ignorare iuris diſpoſitionem, itaut ſi aliquid fecerint,

quod

quod fieri non debeat, id præſumi debet factum per errorem, & iuris ignorantiam, vt voluerunt *Alex. in d. conſ. 133. ſub num. 14. vol. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 1292. num. 12. vol. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 16. & ſeq.* vbi ampliat, hoc habere locum etiam ſi in promiſſione ſit appoſita clauſula *Ex certa ſcientia*, vt ibi per eum *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 553. num. 15. par. 3. Rota deciſ. 638. num. 8. par. 1. recen.* loquens in muliere, vt ibi per eam, & in milite idem ſentit *Ciriac. controu. 164. num. 18.* eadem *Rota apud Greg. XV. deciſ. 271. num. 26.*

95 Imo minorem in dicto caſu hæredem ex dicta promiſſione ſoluendi debitum hæreditarium, vel legatum vltra vires hæreditarias ſaltem eſſe reſtituendum in integrum cenſerem, ex illa generali concluſione, quod minori ſemper dicto remedio reſtitutionis in integrum venit ſuccurrendum, quando aliquid de illius bonis diminuitur, vel alias damnificatur *ad tex. in l. minoribus, 6. & in l. penul. ff. de minor. vigint. quinq. annor.* & tradunt *Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 2. art. 1. num. 3. verſ. ſed contra &c.* vbi dicit, hanc eſſe meram veritatem, *Ciriac. controuerſ. 563. num. 5.* benè *Adden. ad Rot. deciſ. 460. num. 224. par. 4. recentior. tom. 2. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 181. num. 1. & ſeq.* plenè *Rota deciſ. 82. num. 3. & ſeq. part. 9. recent. tom. 1.* vbi quoquè dicitur, dicto remedio reſtitutionis non ſolum ſuccurri minoribus læſis, ſed etiam concurrente iuſto errore, & ignorantia facti maioribus viginti-quinque annis eodem remedio ſuccurrit, vt ibi per eam, & comprobaui Ego in articulo præcedenti, & de reſtitutione minoris in dicto caſu ſentit expreſsè *Corn. conſ. 31. numer. 12. lib. 3.*

96 Quando autem ignorantia iuris excuſet minorem, mulierem, ruſticum, militem, & ſimiles latè eſt videre per *Menoch. d. præſumpt. 23. num. 16. & ſeq. per tot. lib. 6. & in tractat. de arbitr. Iud. caſu 194. per totum, per Maſcard. de probat. concluſ. 879. vol. 2. per tot. & concluſ. 1292. vol. 3. per tot. per Odd. de reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 9. & 10.* per plures articulos per *Farinac. de pæn. temp. quæſt. 89. numer. 91. & ſeq. & quæſt. 92. num. 1. & pluribus ſequen. & quæſt. 98. num. 1. & ſeq. & num. 19. & ſeq.* & ante eos ſcripſit *Crauett. conſ. 785. num. 29. &*

97 *ſeq.* & quando ignorantia excuſet ſupradictos errantes in rebus fidei vide eundem *Farinacc. in tractat. de hæreſi. quæſt. 79. num. 14. & ſeq.* & aliqua ad dictum propoſitum refert *Carena de offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 1. §. 11. per tot. & Transmic. de obliga. denunc. heretic. quæſt. 11. ſection. 4. capit. 2. numer. 5.*

98 Sublimita quinto dictam primam limitationem, quod hæres beneficiatus promittens ſoluere debitum certum, & determinatum puta centum, & ſimilia non poſſit ſe iurare beneficio inuentarij, vt non habeat locum quando dictus hæres non poterat ſe liberè obligare propter neceſſitatem conſenſus proximiorum, Curatoris, & ſimil. quia tunc non amittere dicitur beneficium Inuentarij, vt dixit *Rota apud Pacif. de Saluian. deciſ. 223. num. 3.*

99 Limita ſecundò dictam principalem concluſionem, quod hæres beneſi-

neficiatus promittens ſoluere debita hæreditaria, vel legata à teſtatore relicta etiam proprio nomine ſibi non præiudicat quò ad beneficium Inuentarij, vt non habeat locum ſi hæres prædictus ſe obligauit, & promiſit illa præſtare in ſollidum, quia tunc ſibi præiudicare quò ad Inuentarij beneficium, voluerunt *Bald. in d. l. fin. in princip. C. ad leg. falcid. Corn. conſ. 31. col. 3. in fin. vol. 3.* vbi loquitur quando adeſt etiam obligatio bonorum, quem refert, & ſequitur *Crauet. d. conſ. 214. numer. 7. part. 2. Pacif. de Saluian. Inſpect. 3. d. cap. 2. num. 324. Phanuc. de Inuent. par. 6. numer. 114.* & poſt *Vinc. de Franch. deciſ. 164. num. 5. & Molin. de primog. lib. 4. tit. 1. numer. 17.* & alios per eum adductos not. *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de Inuentar. tit. 13. numer. 29. & numer. 234. & Gratian. diſcep. Forenſ. dict. cap. 264. numer. 7. & ſeq. part. 2.*

100 Per obligationem enim in ſollidum, quæ ſignificat integritatem omni diminutione reiecta, *l. 1. & auth. hoc itaq. C. de duob. reis*, & not. *Marta de clauſ. par. 1. clauſ. 201. num. 1. Mar. Anton. variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 8. num. 30. Barboſ. de clauſ. clauſ. 72. num. 9. Ang. Gratian. de diction. dictio. 99. in princ.* & facit, quod qui-
101 libet ad totum teneatur, *Barboſ. dict. clauſ. 72. numer. 13. Rota apud Zach. de obligat. Camer. deciſ. 22. num. 1. & deciſ. 23. num. 3.* Cenſeri debet per neceſſe renunciatum beneficio Inuentarij, quod nihil aliud operatur, quam quod hæres beneficiatus non teneatur in ſollidum *ad tex. in fin. §. ſi vero, & §. ſin autem* cum ibi not. per Doctor. *C. de iure deliber.* & declarat *Gratian. dict. capit. 264. numer. 8. par. 2.*

102 Contrariam tamen opinionem, imò etiam ſtante dicta clauſula in ſollidum non cenſeri renunciatum beneficio Inuentarij tenent quamplures Doctores, & præcipuè *Giurb. ad conſuet. Meſſan. par. 1. cap. 9. gloſ. 5. num. 30. verſ. proinde &c. & d. obſeruat. 104. num. 9. 10. & ſeq. & numer. 7. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 55. num. 8. & ſeq.* dicens, hanc opinionem eſſe æquiorem, & ſequendam, *Vinc. de Franch. d. deciſ. 648. per tot.* vbi habetur, ita fuiſſe per Senatum deciſum, cum hac declaratione, quod ſi facta diſcuſſione Inuentarij appareret apud hæredem adeſſe bona hæreditaria, quod pro quantitate prætij dictorum bonorum poſſit contra eum exequi de perſona, & in bonis proprijs virtute dict. obligationis per eum factæ *Hodiern. ad Surd. deciſ. 132. poſt princ.* & ita fuit etiam deciſum in Conſ. Neapolitano iunctis quatuor aulis, 16. Martij 1623., quod per quamcumque promiſſionem factam per hæredem beneficiatum de ſoluendo debitum hæreditarium etiam cum obligatione propriæ perſonæ, & in ſollidum non cenſeri renunciatum beneficio Inuentarij, niſi interueniat expreſſa beneficij Inuentarij renunciatio, & obligatio ſatisfaciendi vltra vires hæreditarias de qua reſolutionem motiuum facit *Capic. Latro. deciſ. 115. num. 2.* quæ reſolutio licet extra Regnum non habeat vim legis, negari tamen non poteſt ob authoritatem tam magni Tribunalis eſſe maximè attendendam, & magnifaciendam, vt obſeruat *D. Io: Baptiſt. Deluca in Theat. veritat.*

ritat. & iuſtit. tom. 9. in titul. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 8. num. 13. verſ. quicquid autem &c. cum quibus pertranſit etiam *Rota apud Pacif. de Salu. deciſ. 138. numer. 14. in fin.* benè comprobans, & bonam afferens rationem.

103 Limita tertio dictam principalem concluſionem, vt non habeat locum quando hæres beneficiatus promiſit ſoluere debita hæreditaria, vel legata ſub obligatione ſuorum bonorum, & perſenæ quia tunc non poteſt ſe iuuare beneficio Inuentarij, ſed illi cenſetur renunciare *ad tex. in l. & ſi is, 9. C. de præd. mino.* & poſt *Soccin. in conſ. 154. numer. 9.* per eum relatum tradit *Phanuc. de Inuent. dict. par. 6. numer. 113.* nec non *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 264. num. 9. & 19. par. 2. & cap. 646. num. 46. par. 4.* & ſentit *Balthaſ. Tomaſ. in d. tract. de Inuentar. tit. 13. num. 29. & num. 234. & tit. 19. num. 17.* vbi loquitur, quando hæres obligauit propria bona in ſollidum, vt ibi per eum, & in ijſdem terminis loquitur *Crauet. in dict. conſ. 214. numer. 7. par. 2.* poſt *Corn. in d. conſ. 31. vol. 3.* per eum adductum, & cum hac limitatione pertranſit etiam *Ciriac. controuerſ. 290. in fin. & Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 93. num. 3.* vbi aliæ recenſentur, & *deciſ. 545. numer. 9. par. 5. recentiorum.*

104 Cum enim hæres beneficiatus non teneatur ſoluere debita hæreditaria, neque legata a Teſtatore relicta de bonis proprijs, ſed tantum de bonis hæreditarijs, vt dicit *tex. in d. l. final. §. & ſi præfatam, & ibi not. omnes Doctores C. de iure deliberat.* probaui latè ſupra in articulo præcedenti, & ideo

105 hæres poſſit impetrare ſeparationē bonorum ſuorum a bonis hæreditarijs, *l. 1. §. ſciendum & l. creditoribus, 4. ff. de ſeparat. bonor.* & not. *Bald. in d. l. fin. §. & ſi præfatam, & §. in computatione, C. de iure delib. & Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap. 264. num. 9. par. 2.* nec non *Phanuc. de inuentar. part. 5. num. 19. & Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 15. num. 7.* ſequitur, quod dictus hæres promittendo debita hæreditaria, vel legata ſoluere cum obligatione bonorum ſuorum, & propriæ perſonæ dicto beneficio Inuentarij renunciare voluerit, vt declarat *Gratian. dict. cap. 264. num. 9.* Cum faciens actum contrarium priuilegio illi renunciare cenſeatur, & illud amittat; *cap. priuilegium, 11. quæſt. 3. l. 2. C. de iure doti. l. 1. & ibi Bart. C. de bis qui ſpon. mune. ſube. lib. 10. & not. Abb. Felin. Dec. Gail, Menoch. Barboſ. Suarez, & Gratian.* adducti ſupra in hoc *16. art. num. 16*

106 Contrariam tamen opinionem ſatis ſubtiliter tenuit *Vinc. de Franch. d. deciſ. 648. in fin.* cum quo videtur pertranſire *Caluin. de æquit. d. cap. 55. num. 8. & ſeq. lib. 1.* ſaltem de æquitate, & ita fuit deciſum in *Sacr. Conſ. Neapolitano* iunctis quatuor Aulis de anno 1623. hæredem beneficiatum promittentem ſoluere debita hæreditaria, vel legata ſub quibuſcumque clauſulis non cenſeri renunciaſſe beneficio Inuentarij, nec teneri de proprio vltra vires hæreditarias, niſi expreſsè renunciet beneficio Inuentarij, vel ſe obliget vltra vires, de qua deciſione meminit *Capic. Latr. dict. deciſ. 115. poſt princip. & D. Deluca in dict. titul. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 8. num. 12. & tom. 6. in tit.*

titul. de dote, diſcurſ. 28. & cùm hac contraria opinione, quæ ſatis probabilis eſt, & æqua pertranſit *Rota apud Pacif. de Saluian. d. deciſ.* 138. *num.* 10. *& deciſ.* 58. *num.* 5. *par.* 10. *recentior.* vbi teſtatur de magis communi opinione.

107 Ratio autem videtur ſatis manifeſta, quia obligatio propriorum bonorum, & perſonæ non eſt incompatibilis, ſed poteſt conuenire cum beneficio Inuentarij, quando ſcilicet facta diſcuſſione bonorum Inuentarij appareret adeſſe bona hæreditaria, vt tunc exequendum ſit contra bona promittentis ad effugiendam diſpoſitionem *d. l. final.* §. *& ſi præfatam, C. de iure deliber.* vt ſentiunt *Vinc. de Franch. in d. deciſ.* 648. *in fin. & Rota apud Pacif. de Saluian. d. deciſ.* 138. *num.* 10. *& d. deciſ.* 58. *num.* 6. *par.* 10. *recent. & Pacif. de Saluian. d. Inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 318. *& Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap.* 553. *numer.* 34. quando autem promiſſio hæredis beneficiati eſt compatibilis cum beneficio Inuentarij non dicitur inducta nouatio, & ſic non cenſetur renunciatum beneficio inuentarij, nec ei præiudicatum, vt declarat *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. d. tom.* 6. *in titul. de dote, diſcurſ.* 28. *num.* 9. & infra latius dicetur in fine.

108 Amplia dictam tertiam limitationem, quatenus illa ſibi magis placeat, vt eo magis habeat locum quando hæres beneficiatus promiſit ſoluere debita hæreditaria, vel legata cum obligatione ſuorum bonorum, & cum clauſula in ſollidum, quia tunc eo magis cenſeri debet ſibi præiudicaſſe quò ad beneficium inuentarij, & illum teneri ad ſoluendum promiſſa vltra vires hæreditarias, vt voluerunt *Corn. in d. conſ.* 31. *numer.* 11. *& ſeq. vol.* 3. *Crauett. in d. conſ.* 214. *num.* 7. *par.* 2. *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 264. *numer.* 8. *& ſeq. part.* 2. *& Balthaſ. Tomaſ. in dict. tract. de inuent. tit.* 19. *in fin.*

109 Limita quartò ſupradictam principalem concluſionem, vt non habeat locum quando hæres beneficiatus promiſit ſoluere debita hæreditaria, vel legata renunciando omni iuris, & legum auxilio, quia tunc ſibi præiudicare quò ad beneficium Inuentarij ſcripſerunt *Corn. d. conſ.* 31. *num.* 12. *vol.* 3. *Gozad.* 69. *numer.* 20. *Phanuc. de Inuent. dict. par.* 6. *num.* 116. alios adducens concordantes, *Rolan. conſ.* 13. *num.* 11. *vol.* 1. *& conſ.* 17. *num.* 16. *lib.* 4. *& in tract. de lucr. dot. quæſt.* 42. *num.* 14. *Crauett. conſ.* 290. *num.* 5. *par.* 2. *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 264. *num.* 19. *part.* 2. *Balthaſ. Tomaſ. in dict. tractat. de inuent. tit.* 19. *num.* 9. alios adducens ita ſentientes, & poſt *Mart. de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 136. *num.* 8. *& ſeq.* per eum relatum, & alios plures ſcribit *Barboſ. de clauſul. clauſ.* 133. *numer.* 13. nec non *Theod. Rub. in ſingul. Rotæ Rom. tom.* 2. *in tract. clauſ. clauſ.* 680. *numer.* 7. itaut hæc quarta limitatio dici poſſit per Doctores communiter recepta.

110 Licet contrarium fuerit deciſum in *Sacro Conſilio Neapolitano* de anno 1623. iunctis quatuor Aulis, nempe hæredem beneficiatum promittentem ſoluere debitum hæreditarium etiam proprio nomine, & in ſolidum, & cum quibus vis clauſulis non cenſeri renunciaſſe, neque ſibi præiudicaſſe quò ad beneficium Inuentarij, niſi illi expreſsè renunciauerit, vel

vel promiſerit ſoluere vltra vires, quod decretum refertur per *Capic. Latro deciſ.* 115. *poſt princip. & per D. De luca in d. tom. 6. in tract. de dote, diſcurſ.* 28. & retuli illud etiam *ſupra, num.* 106. & contrarium etiam tenuit *Rota apud Pacif. de Saluian. d. deciſ.* 138. *num.* 12. vbi dicit, per dictam clauſulam cenſeri renunciatum beneficio Inuentarij quando bona hæreditaria ſupereſſent ad effectum executiuè agendi contra ipſum hæredem, & bona ſua, non autem ad effectum, vt ipſe teneatur, etiam ſi bona non adeſſent, cum effectus renunciationis ſit impedimentum remouere pro faciliori executione, non autem augere obligationem, vt ibi eſt videre.

111 Maximè cum renunciatio ſit ſtricti iuris, & odioſa, & ideo ſtrictè eſt intelligenda, & interpretanda, *Surd. conſ.* 72. *num.* 15. *& conſ.* 133. *num.* 28. *vol.* 1. *& conſ.* 431. *num.* 20. vbi quamplures dat concordantes, *Gabr. conſ.* 60. *num.* 6. *lib.* 1. *Andr. Gail. obſeru.* 77. *num.* 5. *par.* 2. *Gargiar. Iun. conſ.* 21. *num.* 13. *lib.* 1. *Ciriac. controu.* 15. *num.* 5. *& controuerſ.* 292. *numer.* 19. *& controuerſ.* 474. *num.* 60. *Rota deciſ.* 782. *num.* 5. *par.* 2. *recentior. & apud Merlin. deciſ.* 22. *num.* 7. Itaut ita veniat interpretanda, vt renuncianti minus noceat, & præiudicet quam ſit poſſibile, vt tradunt *Crauet. conſ.* 407. *num.* 34. *Surd. conſ.* 431. *numer.* 32. *& ſeq. lib.* 3. *Magon. deciſ. Lucen.* 9. *num.* 34. *Viuian. deciſ.* 316. *num.* 16. *Gargiar. Iun. d. conſ.* 21. *numer.* 38. *&* 39. *lib.* 1. *Rota apud Merl. deciſ.* 62. *num.* 24. & dixi ſupra numer. 73.

112 Et renunciationem læſiuam, licet non ipſo iure nullam, venire tamen reſcindendam ſcripſerunt *Crauett. conſ.* 729. *num.* 14. *Ruin. conſ.* 170. *num.* 16. *& ſequen. volum.* 1. *Pedroch. conſ.* 26. *numer.* 35. *Menoch. conſ.* 80. *num.* 11. *lib.* 1. & latè comprobat *Ciriac. controuer.* 599. *num.* 45. *& ſeq.* dicens prædicta habere locum non obſtante iuramento, Iudicis decreto, præſentia Conſanguineorum, & alijs de quibus ibi per eum.

113 Limita quintò ſupradictam concluſionem, vt nón habeat locum quando hæres promittit ſoluere debita defuncti, vel legata præſtare cum iuramento, quia tunc cenſetur beneficio Inuentarij renunciaſſe, & tenetur illa ſoluere etiam deficientibus bonis hæreditarijs, vt poſt *Rimin. in conſ.* 584. per eum relatum ſcripſit *Phanuc. de Inuentar. dict. part.* 6. *numer.* 117.

114 Cum iuramentum operetur, quod obligatio intelligatur cum effectu, & nulla exceptione obſtante, vt not. *Bartol. in l. eum qui,* 30. §. *ſi mulier, ff. de iureiur. Seraph de priuil. iuramen. priuil.* 127. *in princip. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 26. & in terminis noſtris not. *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 553. *num.* 27. *par.* 3.

115 Prout videmus, quod ſocius qui iurauit ſoluere, vel reſtituere quod recepit, non gaudet beneficio, quod non teneatur niſi in quantum facere poteſt, ſed conuenitur in ſolidum ratione iuramenti, vt not. *Lup. in cap. per veſtras, in* 7. *not.* §. 12. *num.* 22. *de donat. inter vir. & vxor. Corn. conſ.* 128. *col.* 2. *in fin. & col.* 3. *in princ. lib.* 3. *Gozad. conſ.* 88. *num.* 19. *Rolan. conſ.* 13. *num.* 10. *lib.* 1. quos refert, & ſequitur *Surd. de aliment. titul.* 1.

quæſt.

quæſt. 78. *num.* 27. & idem voluit *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 56. *num.* 1. *& ſequen.*

116 Cum iuramentum habeat vim ſpecialis renunciationis *arg. l. cum pater,* 79. §. *filius matrem, ff. de legat.* 2. & not. *Bald. & Salic. in l.* 1. *C. cum mod.* & poſt *Corſett. Barba.* & alios per eum relatos ſcripſit *Seraph. de priuil. iuram. d. priuil.* 56. *num.* 1. *& ſeq.* & tradunt etiam *Ludou. Morot. conſ.* 80. *num.* 8. *& Andreol. controuerſ.* 63. *numer.* 19. alios referens concordantes, nec non *Ciriac. controuerſ.* 474. *numero* 5. *&* 6.

117 Contrarium tamen credo verius, & tenuit *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 553. *num.* 27. Quia licet iuramentum operetur, quod obligatio intelligatur cum effectu, & nulla exceptione obſtante, id tamen non habet locum in exceptione, quod hæres beneficiatus non teneatur niſi in quantum bona hæreditaria ſufficiunt cum iſta exceptio non contradicat iuramento, & cum ſatis ſit, quod promiſſio habeat effectum in caſu, in quo exiſterunt bona; Tunc enim per iuramentum eſſet ſublata etiam iſta exceptio, quando fuiſſet iuratum ſuper exiſtentia bonorum, vel fuiſſet mota quæſtio ſuper facultatibus hæreditatis, quo caſu perinde eſſet, ac ſi fuiſſet iuratum, hæreditatem eſſe diuitem, & ſoluendo, & ſic per dictam exceptionem beneficij Inuentarij contradiceretur iuramento, ſecus tamen eſt ſi ſimpliciter ſit promiſſum debita, vel legata ſoluere cum iuramento, quia non ideo cenſeri debet ſublata dicta exceptio beneficij Inuentarij, quæ iuramento non contrariatur, vt poſt *Caſtr. in d. l. eum qui* 30. §. *ſi mulier, num.* 5. *ff. de iureiur.* per eum relatum declarat *Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap.* 553. *numer.* 28. *par.* 3. Et quod iuramentum non tollat exceptionem, quæ illi non eſt contraria poſt *tex. in d. l. eum qui,* 30. §. *ſi vir aureo. il ſecond. ff. de iuretur.* ſcripſit etiam *Mangil. de euiction. quæſt.* 4. *num.* 38.

118 Maximè cum iuramentum ſequatur naturam actus, ſuper quo illud interponitur, vt docent *Oſaſch. deciſ. pedem.* 92. *num.* 5. *Honded. conſ.* 36. *num.* 36. *vol.* 1. *Seraph. de priuileg. iuram. priuil.* 49. *num.* 7. *& ſeq.* latè *Gabr. commun. concluſ. de iureiur. concl.* 10. *in princ.* vbi infinitos ferè adducit ita ſentientes, & teſtatur, hanc eſſe communem Doctorum opinionem, cum quibus pertranſit *Rota apud Zacchia de oblig. Camer. deciſ.* 20. *num.* 15. *& deciſ.* 696. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 434. *part.* 4. *diuerſor.* & alibi paſſim.

Quibus non videtur obſtare, quod iuramentum tollit beneficium, ne quis conueniatur vltra quam facere poſſit ex *Lup. Corn. Gozad. Surd. & Seraph.* in locis relatis ſupra, num. . . .

119 quia dicta opinio non eſt tuta, cum contrarium voluerint *Iaſ. in l. ſed & ſi quis,* 4. §. *quæſitum, numer.* 42. *&* 43. *ff. ſi quis cautio, Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 308. *num.* 2. *verſ. etiam ſi fuerit iuratum &c.* & poſt *Vincen. de Franchi deciſ.* 181. *num.* 13. *Minado. conſ.* 17. *num.* 6. *Molphe. conſ.* 4. *num.* 2. *Giurb. deciſ.* 42. *num.* 26. *& ſeq. Canar. de execut. Inſtrum. quæſt.* 28. & alios plures per eum adductos tradit *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 799. *num.* 29. *par.* 4. *Vinc. Mancin. de iuramen. effect.* 201. *nu.* 3. vbi teſtatur de veriori opinione

par. 4.

part. 4. cum quibus pertranſit *Rota apud Buratt.deciſ.* 281. *in fin. & ibi Adden. littera A.* quando dictum priuilegium competit ratione reuerentiæ, & apud *Merlin. deciſ.* 782. *numer.* 6. *tom.* 2. *& deciſ.* 594. *num.* 11. *&* 12. *par.* 4. *recent. tom.* 3. in quibus aliæ
120 recenſentur ita ſentientes, & quod iuramentum non tollat beneficium introductum miſerationis cauſa, niſi in ſpecie fuerit ei renunciatum poſt *Tiraquell. & Pute.* per eum relatos tradit *Hond. conſ.* 18. *numer.* 49. *volum.* 1. & quando illud competit ratione reuerentiæ *Rota apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 159. *numer.* 27. *& ſeq.*
121 Cum Iuramentum non immutet naturam contractus, nec augent effectum obligationis, ſed ſolum fortius liget addendo religionis vinculum, vt tradunt *Card. Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 31. *num.* 28. *& tit.* 32. *num.* 89. *&* 90. *Seraph. de priuil. iurament. priuil.* 49. *num.* 10. *Giurb. d. deciſ.* 42. *num.* 17. *Fachin. controu. iur. lib.* 2. *cap.* 17. cum alijs relatis per *Gratian. diſcept. Forenſ. dict. cap.* 799. *numer.* 30. & idem voluerunt *Vinc. Mancin. de iuram. par.* 4. *effect.* 7. *num.* 2. *Morot. conſil.* 24. *num.* 25. *Gabr. commun. concl. de iureiur. concluſ.* 10. *num.* 6. *& Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 15. *num.* 7. *& apud Zacch. de obligat. Camer. deciſ.* 90. *num.* 4.

Neque pariter obſtat, quod iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis arg. *l. cum pater*, 79. §. *filius matrem*, *ff. de legat.* 2. cum alijs relatis
122 ſupra num. . . . . Quia id poteſt habere locum in eo, quod conſentitur, non autem in caſu, in quo non fuit cogitatum, vt voluerunt *Iaſ. in d. l. ſed & ſiquis*, 4. §. *quæſitum*, *num.* 42. *ff. ſi quis cautio*, *Alex. conſ.* 28. *num.* 12. *vol.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, & quam plures adducit concordantes, & idem voluerunt *Adden. ad Alex. dict. conſ.* 28. *in verbo Iuramentum* alios adducens ita ſentientes, & ſequitur *Gratian. diſcept. Foren. cap.* 409. *num.* 8. *par.* 3. vbi dicit, quod iuramentum nunquam trahitur niſi ad illos caſus, ad quos traheretur renunciatio non iurata, vt ibi per eum, licet poſſet dici in genere cogitatum, vt ſentit *Seraph. de priuil. iuram. d. priuil.* 49. *num.* 13.
123 *& d. priuil.* 56. *num.* 4. Quia iuramentum interpretatur, quod obliget iurantem minus, quam fieri poſſit, vt not. *Alb. in cap. cum clerici*, 19. *num.* 4. *de verb. ſignif.* & voluit *Rota apud Pacif. de Saluian. deciſ.* 42. *num.* 7.
124 Cum iuramentum ſit ſtricti iuris, & ideo illud non eſt extendendum *cap. penul. de iureiur. cap. cum clerici*, 19. *de verbor. ſignific.* & poſt *Feder. de Sen. Crot. Decian. & Boer.* per eum adductos not. *Vinc. Mancin. de iuram. effect.* 159. *in princ.* & cum iuramentum in contractu adijciatur ad faciliorem illius exitum, itaut non debeat illum alterare, vt poſt *Iaſ. Dec. Curt. Iun.* per eum adductos firmat *Seraphin. de priuileg. iurament. dict. priuileg.* 49. *numer.* 10.
125 Limita ſexto ſupradictam concluſionem principalem, vt non habeat locum quando hæres beneficiatus in dicta promiſſione per eum facta de ſoluendo debita hæreditaria, vel legata expreſsè renunciauit beneficio inuentarij, vel promiſit illa ſoluere vltra vires hæreditarias, quia tunc illo ſe iuuare nullo modo poteſt

ſed tenetur per eum promiſſa adimplere, & ſoluere vltra vires hæreditarias, vt ſcripſerunt *Phanuc. de inueut. d. par. 6. num. 117. & num. 132. Monticul. de Inuent. cap. 1. num. 38. & ſeq. Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2. art. Inuentarium, quæſt. 3. num. 2. Balthaſ. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit. 1. num. 1. & ſequen. Capic. Latro deciſ. 38. numer. 2. & deciſ. 148. numer. 3. & ſequen.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio Neapolitano iunctis quatuor aulis de anno 1632. de quo mentionem fecimus ſupra, numer. 102. *Giurb. d. obſeru. 104. numer. 16.*

126 Cum quilibet regulariter poſſit renunciare fauori pro ſe introducto *leg. ſi quis in conſcribendo, 29. C. de pact.* & not. *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 13. titul. 41. numer. 3. Gargiar. Iun. conſ. 10. numer. 19. lib. 1. Ciriac. controuerſ. 614. numer. 14. Domin. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. capitul. 2. numer. 27. Rota deciſ. 253. numer. 5. part. 1. recentiorum, & apud Cardinal. Ottobon. deciſ. 142.*

127 *numer. 17. & 18.* Tam tacitè, quam expreſsè, *Caphal. conſ. 337. numer. 8. volum. 3. Alciat. conſ. 143. numer. 2. lib. 5. Menoch. conſ. 78. numer. 72. lib. 1. Ciriac. d. controu. 614.*

128 *num. 15.* ſi tamen habeat legitimam perſonam *l. pen. C. de pact. l. ſi Iudex circumuento, 42. ff. de minor. cap. ad apoſtolicam, 16. de regula.* cum alijs apud *Caphal. d. conſ. 445. in princ.* & tradit etiam *Ciriac. d. controuer. 614. num. 14. D. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 32. num. 42.* vbi dicit requiri ſolemnitates ſtatuti in minore, & ſentit *Domin. Deluca in Theatr. veritat. & iuſtit. tom. 11. in titul. de renunc. diſcurſ. 14. numer. 3. in fin. Rota apud Buratt. deciſ. 120. numer. 1. & ſequen.*

129 Dumodo renunciatio non ſit læſiua, quæ vt dixi ſupra licet non ſit ipſo iure nulla, ſed veniat reſcindenda, vt voluerunt *Crauet. Pedroc. Menoch. & Ciriac.* qui hoc latè comprobat relati ſupra numer. 112. volentes hoc habere locum non obſtante iuramento, decreto Iudicis, præſentia conſanguineorum, & alijs de quibus *Ciriac. d. controuerſ. 599. nu-*

130 *mer. 45. & ſeq.* Niſi tamen contineret læſionem enormiſſimam redolentem abſquè dubio dolum, quia tunc intraret nullitas renunciationis ipſo iure, abſque neceſſitate recurrendi ad remedium reſciſſorium, quod reſultat ex diſpoſitione *textum in leg. 2. C. de reſcind. vendit.* vt benè declarat more ſuo *Dominus meus Deluca in dict. titul. de renunciation. diſcurſ. 14. numer. 3. & tom. 7. in titul. de emption. & vendition. diſcur. 27. fere per tot.*

131 Limita ſeptimò dictam principalem concluſionem, vt non habeat locum quando hæres beneficiatus promiſit conſeruare indemnem creditorem, vel legatarium, & quando per alia verba equipollentia, & ex coniecturis conſtare poteſt de mente hæredis, quod voluerit ſoluere debita hæreditar a, vel legata de proprio, & ſine beneficio Inuentarij, quia tunc eo non viuatur, vt declarant *Natt. ad Alex. d. conſ. 133. in d. verb. Integrum vol. 5. Angel. in d. conſ. 31. in fin. Phanuc. de inuent. d. par. 6. num. 115. Gratian. diſceptat. Forenſ. dict. capitul. 264. numer. 18. & ſequen. part. 2. & d. capitul. 553. numer. 35. part. 3.*

Merlin.

Merlin. de pignor. lib. 2. quaſt. 15. numer. 45. & Rota deciſ. 545. num. 4. & ſeq. par. 5. recent. tom. 2. & deciſ. 58. par. 11. recen. ferè per tot. vbi recenſentur coniecturæ quamplures.

132 Declara dictam ſeptimam limitationem imò totam ferè materiam præſentis articuli, quod ſi obligatio, & promiſſio hæredis de ſoluendo debitum hæreditarium, vel legatum eſt compatibilis cum titulo hæreditario, a qua incompatibilitate pendet punctus nouationis, tunc probabilior eſt opinio hæredi beneficiato fauorabilis, quod non teneatur ad ſolutionem illorum vltra vires hæreditarias, quoniam nouatio hodie non inducitur, niſi expreſsè dicatur, vel niſi ratio incompatibilitatis ita ſuadeat, *ad tex. in l. fin. cum ibi not. per Doctores, C. de nouat. & dixi ſupra*, ſed potius præſumitur; hæredem ita voluiſſe explicare illam obligationem, quæ ſibi de iure inerat, & è contra creditorem fuiſſe ſollicitum de dicta promiſſione non omnino infructuoſa, ſed in aliquo proficua, ob actionem perſonalem aliaquè remedia indè reſultantia, firmo remanente præſuppoſito, quod vires hæreditariæ ſuppeterent, ſecus autem eſt dicendum ſi aliqua nouatio ob incompatibilitatem concurrat, quia tunc dicta promiſſio de ſoluendo vt ſupra ad ſolum titulum hæreditarium referri non valet, & hæres ſic ſe obligando tenetur de proprio ſoluere, & vltra vires hæreditarias, vt benè declarat more ſuo Dominus meus *Io: Bapt. Deluca Aduocatus Romanus celeberrimus in ſuo Theat. verit. & iuſt. tom. 6. in tract. de dote, diſcurſ 28. num. 9. & ſeq.* vbi declarat quando verè dicatur facta nouatio ad dictum effectum, *& tom. 9. in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 8. numer.* 14. in quibus locis hanc dicit veriorem opinionem, & diſtinctionem, cum qua pertranſit *Rota d. deciſ. 58. num. 5. & ſeq. par. 11. recent. & in Sabinen cenſus 26. Ianuar. 1637. & 26. Iunij 1641. coram R. P. D. Pirouano*, quas refert *D. Deluca d. diſcurſ. 28. numer. 9. & deciſ. 545. num. 2. & ſeq. part. 5. recentior. tom. 2.* & in alijs pluribus.

133 Addo pro complemento dicti articuli, quod quando hæres beneficiatus promittendo ſoluere debita hæreditaria tenetur de proprio, & vltra vires hæreditarias, creditor agere debet contra eum ex promiſſione per ipſum hæredem facta, non autem ex contractu geſto cum defuncto, quia cum dicatur quodamodo nouus contractus agendum eſt ex confirmante, non autem ex confirmato, *ad tex. in l. adoptio, 38. ff. de adopt.* & tradunt *Pariſ. conſ. 3. num. 40. lib. 4. Iaſ. in l. more, 5. num. 30. ff. de iuriſd. omn. Iud. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 24. & Cardin. Mantic. de coniect. lib. 3. cap. 20. num. 10. in fin.* quos refert, & ſequitur *Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 55. num. 7.*

Appendix ad Primum Articulum, ſeu
ARTICVLVS TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Bona hæredis an ſint obligata pro debito defuncti, & quid ſi defunctus illa expreſsè obligauit, vel ſi adſit obligatio Cameralis, hæres hæredis an teneatur ſoluere debita defuncti, & quando onus appoſitum per defunctum hæredi tranſeat ad hæredem hæredis, & quid quando hæres fuit nominatus cum dictione Prædictis, Infraſcriptus, & ſimil. hæres quando teneatur præſtare alimenta ei, cui tenebatur præſtare defunctus, & quando onus alendi tranſeat ad quemcumquè bonorum poſſeſſorem, via executiua quando detur contra hæredem beneficiatum, hæres beneficiatus vt gaudeat beneficio Inuentarij quid facere debeat, & quando teneatur reddere rationem de bonis inuentariatis, & teneatur illam reddere de mobilibus conſumptis, de fructibus perceptis medio tempore, de creditis non exactis, & ſimil. & an teneatur vendicare bona, quæ ſunt apud tertios poſſeſſores; Ratio reddita per hæredem cum vno creditore an iuuet quò ad omnes, hæres patris quando teneatur dotare eius filiam, & quando teneatur dotare eius filiam ſpuriam, hæres beneficiatus an poſſit ſibi appropriare bona hæreditarii pro ſuis creditis, & an teneatur prius accipere mobilia, & an poſſit ſoluere debita creditoribus primò venientibus, hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni ſi promittat Teſtatori ſeruare eius voluntatem an teneatur dictam promiſſionem implere; contractus an poſſint celebrari in vltima voluntate, hæres an teneatur ſeruare voluntatem defuncti, hæres promiſſoris dotis quando teneatur ad vſuras dotales, hæredes viri quando teneantur ſoluere viduæ vſuras dotis poſt annum luctus, & quando teneantur ei tradere alimenta intra annum luctus, & veſtes lugubres, Vir, & illius hæredes quando teneantur reſtituere viduæ dotem ſoluto matrimonio, & an vidua teneatur probare exactionem dotis factam per virum, & vir quando teneatur reſtituere dotem non exactam propter illius negligentiam, & quæ negligentia requiratur, & quid ſi dos fuerit promiſſa non a patre, ſed ab extraneo, Inuentarium an ſit faciendum ab hærede coram Iudice laico, vel coram Eccleſiaſtico etiam ſi defunctus ſit Clericus, & quid ſi ſit Clericus hæres, & an Clerici poſſint citari coram Iudice laico ad intereſſendum Inuentario cum clauſula Quatenus putent eorum intereſſe, cætera habes in Summario.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona hæredis non ſunt obligata pro debito defuncti.*

Quicquid aliqui contrarium teneant, num. 2.

Itaut neque ſint obligata ſi agatur de fauore dotis, num. 3.

Fallit ſi defunctus bona hæredis expreſſè obligauit, num. 4.

Licet aliqui contrarium teneant, numer. 6.

5 *Teſtator poteſt diſponere de bonis hæredis ſicut de bonis proprijs.*

7 *Hæres adeundo cenſetur ratificare obligationem factam per defunctum de bonis proprijs.*

Fallit ſi adiuit hæreditatem cum beneficio Inueatarij, num 10.

Si tamen bona hæreditatis deficiant, ſecus ſi ſuperſint, num. 11.

8 *Hæres tenetur ſeruare factum defuncti.*

Itaut illi non poſſit contrauenire, numer. 9.

12 *Teſtator poteſt bona hæredis ſupponere fideicommiſſo, & illa legare.*

13 *Bona hæredis veniunt in hipoteca appoſita per defunctum ſtante obligatione Camerali.*

Niſi ex verbis appareat, quod defunctus voluerit obligare eius bona tantum, num. 20.

Author tamen diſtinguit, num. 21.

Id tamen non extenditur ad bona hæredis hæredis, num. 14.

Eſt tamen neceſſarium, quod expreſſè obligentur bona hæredis, num. 16.

Et non ſufficit, quod defunctus obliget ſe ipſum, & bona, & cætera, numero 17.

Neque quod obliget ſe ipſum, hæredes, & omnia, & ſingula bona, numero 18.

Secus ſi obliget ſe ipſum hæredes, & bona omnia, & quecumque, num. 19.

15 *Hæredem appellatione veniunt omnes hæredes in infinitum.*

22 *Hæredis bona in dubio non veniunt in hipoteca appoſita per defunctum.*

23 *Defunctus cenſetur voluiſſe grauare hæredem minus quam fieri poteſt.*

24 *Hæres adeundo cenſetur ratificare obligationem factam per defunctum de ſuis bonis etiam ſi de illa non habuerit ſcientiam.*

Licet contrarium teneant aliqui, num. 25.

26 *Defunctus obligando omnia bona hæredis non poteſt ei auferre facultatem teſtandi.*

Et dicta obligatio non debet excedere emolumentum, quod hæres conſequitur ex hæreditate, num. 27.

28 *Creditores defuncti poſſunt agere Saluiano contra bona hæredis obligata per defunctum.*

29 *Hipoteca quando detur in bonis hæredis ob malam eius adminiſtrationem, & ſic ratione doli remiſſiuè.*

30 *Hæres ſoluendo debita hæreditaria non poteſt petere ceſſionem contra dicta bona.*

31 *Hæres ſoluens debitum hæreditarium poteſt petere ceſſionem contra cohæredem.*

32 *Hæres ſoluens ſolidum repetit a cohærede pro rata.*

33 *Hæres etiam hæredis tenetur ſoluere debita hæreditaria.*

34 *Grauamen impoſitum hæredi non tranſit ad hæredem hæredis in odioſis.*

35 *Hæredem appellatione in pace, vel promiſſione de non offendendo veniunt tantum primi hæredes.*

36 *Hæres hæredis non venit appellatione hæredis quando fuit nominatus cũ dictione, Prædictus, infraſcriptus, & ſimil.*

Niſi tamen eadem ratio militaret tam in primo, quam in ſecundo hærede, numer. 37.
Vel niſi onus impoſitum dict. hæredi ita nominato eſſet perpetuum, num. 38.
Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 41.
Maximè venirent fauore piæ cauſæ, numer. 39.
Licet contrarium quando non adeſt verbum Perpetuo tenuerit Capic. Latro. num. 40.
42 Hæres tenetur præſtare alimenta ei, cui tenebatur defunctus.
Quod procedit tam in primo hærede, quam in hærede hæredis, num. 42.
Secus ſi Teſtator mandauit, illa præſtari per hæredem infraſcriptum, & ſimil. num. 43.
Licet ſecus ſit, ſi illa ſint præſtanda perſonæ adhuc viuenti, num. 44.
45 Alendi onus tranſit ad quemcumquè bonorum poſſeſſorum.
Itaut dictus onus tranſeat etiam ad fiſcum, num. 46.
Procedit quo ad bona, quæ tranſeunt titulo lucratiuo, ſecus ſi titulo venditionis, & ſimil. num. 47.
48 Via executiua non datur contra hæredem beneficiatum niſi conſtito, illum non feciſſe inuentarium, vel ſi citatus ad illud exhibendum, & reddendum rationes id facere non curat.
Et eſt contumax in reddendo rationes, num. 49.
50 Executio facta contra bona propria hæredis beneficiati eſt nulla, & exceſſiua.
51 Hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita hæreditaria, vel legata, niſi firmato ſtatu hæreditatis, & reddita per eum ratione.
52 Hæres beneficiatus vt gaudeat beneficio Inuentarij tenetur docere de Inuentario, & illud in iudicio exhibere.
Quod tenetur exhibere proprijs expenſis, num. 53.
54 Hæres beneficiatus tenetur reddere rationem de bonis inuentariatis.
Integrè, & ſufficienter, num. 55.
Cum idem ſit actum non facere, & minus legitimè facere, num. 56.
Et cum factum nullum, & inutile æquiparetur non facto, num. 57.
58 Hæres beneficiatus non reddita ratione de bonis inuentariatis poteſt moleſtari in perſona, & bonis proprijs.
Et idem tenetur facere ſi vult iuſtificare cautelam Angeli, num. 59.
60 Redditio rationum facta cum vno creditore iuuat quo ad omnes ceſſante colluſionis ſuſpicione.
61 Status hæreditatis firmatus cum vno defenſore facit ius quo ad omnes.
62 Debitum ſolutum per hæredem beneficiatum debet eſſe verum, & legale.
Itaut ex ſolis quietantijs non iuſtificetur, num. 63.
64 Hæres beneficiatus tenetur conficere libros rationum ad effectum illas reddi.
65 Hæres beneficiatus dicitur adminiſtrator hæreditatis:
Et ideò tenetur conficere libros pro reddendis rationibus, num. 66.
Licet rationes poſſint reddi etiam ſine libris, num. 67.
68 Via executiua procedi non poteſt contra hæredem beneficiatum exhibito Inuentario, & redditis rationibus, licet prætendatur illas non fuiſſe benè redditas.
69 Hæres beneficiatus non tenetur reddere rationem de creditis non exactis.
70 Hæres beneficiatus non tenetur exigere credita hæreditaria.
71 Hæres beneficiatus tenetur ſi credita

bæ-

hæreditaria ob eius culpam ſacta fuerint non ſoluendo.

72 *Hæres beneficiatus non tenetur vendicare bona quæ ſunt apud tertios poſſeſſores.*

Sed tenetur reddere rationem tantum de bonis ad eum peruentis, num. 74.

Cum ipſe ſit liberatur etiam a vexationibu facti, num. 73.

Neque tenetur reddere rationem de pecuniјs breui tempore peruentis ad defunctum, num. 75.

76 *Hæres beneficiatus tenetur reddere rationem de bonis mobilibus inuentariatis licet conſumptis poſtquam detecti ſunt creditores.*

Quicquid ſit quo ad hæredem grauatum fideicommiſſo, num. 77.

78 *Hæres grauatus tenetur reddere rationem de fructibus perceptis ex bonis hæreditarijs.*

Procedit ſi creditores ſint detecti, & vrgeant, alias ſecus, num. 79.

80 *Fructus bonorum hæreditariorum præſumuntur percepti ab hærede poſſeſſore.*

81 *Ratio bonorum hæreditariorum non eſt reddenda quando de ſtatu hæreditatis conſtat aliundè.*

82 *Pater tenetur præſtare dotem filiæ legittimæ, & naturali etiam ſi ipſa habeat de proprio.*

83 *Hæres patris non tenetur dotare eius filiam quando habet de proprio, nec tenetur aliquid ei tradere vltra legittimam relictam per patrem.*

Ratio affertur, num. 84.

Reſpondetur contrarijs, num. 85.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 86.

Secus tamen eſt ſi filia non habeat de proprio, num. 87.

88 *Filia quando habet bona, cum quibus poſſit nubere an poſſint alienari bona fideicommiſſaria remiſsiuè.*

89 *Hæres patris, vel aui tenetur ſoluere dotem, & alimenta filiæ ſpuriæ.*

Et etiam tenetur hæres aui paterni, numer. 90.

Et hæres aui materni, num. 91.

Etiam ſi bona ſint fideicommiſſo ſuppoſita, num. 92.

Prius tamen tenetur hæres patris, quam matris, num. 93.

94 *Hæres ſine inuentario tenetur ſoluere legittimam filio Teſtatoris.*

95 *Hæres Clerico, vel alius ſucceſſor lucratiuus quando teneatur dotare eius ſobolem ſpuriam, remiſsiuè.*

96 *Hæres beneficiatus poteſt ſibi appropriare bona hæreditaria pro ſuis creditis.*

Prius tamen tenetur accipere mobilia, numer. 97.

De vrbanitate tamen, quia ſecus faciendo approriatio non eſt nulla, num. 98.

Et fallit ſtante cbligatione Camerali, & quarantigia, num. 99.

Et eo magis ſi mobilia ſint modici valoris, num. 100.

101 *Hæres non tenetur ſoluere vltra vires, quando ſtatus hæreditatis eſt certus.*

102 *Hæres beneficiatus poteſt ſoluere creditoribus primo venientibus.*

Procedit ſi neſciebat adeſſe creditores anteriores, alias ſecus, num. 103.

Ratio affertur, num. 104.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 105.

Et idem eſt ſi hæres ſuſpicetur adeſſe creditores anteriores, num. 106.

Licet contrarium ſuaderi poſsit ex notatis, num. 107.

Et concluſio eo magis procedit, ſi creditor poſterior, cui fuit ſolutum eſſet non ſoluendo, num. 108.

Niſi

Niſi hæres ſolueret poſteriori præſente creditore anteriori, num. 109.
Vel ſi ſoluent de mandato Iudicis, numer. 110.
111 *Hæres qui paritur controuerſiam ſuper hæreditate non tenetur ſoluere legata, niſi præſtita cautione de reſtituendo.*
112 *Creditores anteriores quando poſſint auocare pecuniam ſolutam poſterioribus remiſſiuè.*
113 *Hæres tenetur ſoluere debita defuncti non ſolum pura, ſed etiam conditionalia.*
114 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni ſi promittat Teſtatori ſeruare eius voluntatem tenetur ſoluere, & implere ab eo diſpoſita.*
Licet aliqui contrarium teneant, numero 117.
Rationes afferuntur, num. 118.
Affertur diſtinctio, num. 120.
115 *Contractus poſſunt celebrari etiam in vltima voluntate.*
Licet aliqui contrarium teneant, numero 116.
119 *Stipulari alteri nemo poteſt.*
121 *Hæredis promiſsio de ſoluendo legatum particulare fuit approbata à Senatu Mantuano.*
122 *Promiſsio filij facta patri de ſoluendo eius debita valet in foro conſcientiæ.*
123 *Teſtator poteſt ſtipulari pro hærede, & pro legatario.*
124 *Debitor poteſt ſtipulari pro ſuo creditore.*
Maximè ſtante iuramento, num. 125.
126 *Hæres ſoluens legatum nullum non tenetur ſoluere alia legata.*
127 *Hæres an teneatur ſoluere legata relicta in teſtamento nullo remiſſiuè.*
128 *Hæres tenetur ſeruare factum defuncti.*
Et illi non poteſt contrauenire, neque ex perſona propria, numer. 129.
Licet aliqui contrarium teneant, numero 130.
Neque poteſt contrauenire hæres hæredis, num. 131.
Cum hæres hæredis primi defuncti dicatur hæres, num. 132.
Poteſt tamen contrauenire hæres beneficiatus, num. 133.
Procedit quò ad quantitatem bonorum excedentem bona hæreditaria, alias ſecus, num. 134.
Et pro illa parte, pro qua eſt hæres, alias ſecus, num. 135.
Et poteſt contrauenire facto, cui defunctus ſolum conſenſit, num. 136.
Et quando actus eſt nullus, num. 137.
Et quando actus factus fuit in fraudem hæredis, num. 138.
Et poteſt contrauenire facto defuncti contra l. hac edictali, C. de ſec. nupt. numer. 139.
140 *Hæres promiſſoris dotis non tenetur ad fructus, ſi ipſe non fuit certioratus de obligatione defuncti, & conſtitutus in mora.*
Procedit in mora incurrenda poſt mortem defuncti, ſecus ſi illa fuiſſet iam incurſa per defunctum, num. 141.
Cum ſufficiat, moram ſimul fuiſſe commiſſa, num. 142.
Etiam ſi hæres promiſſoris dotis ſit minor, num. 143.
144 *Hæres mortuo patre non tenetur ſoluere fructus dotis vti tales, ſed loco alimentorum, vel vti fructus legitimæ.*
145 *Hæres conuentus pro ſolutione debiti defuncti non poteſt vti eius particulari priuilegio.*
146 *Hæres tenetur ſoluere pœnam conuentionalem appoſitam in pace, vel promiſsione de non offendendo.*
Ratio affertur, num. 147.

Quod

Quod procedit etiam ad fauorem fiſci, num. 148.

149 *Actiones pœnales quando tranſeant ad hæredes remiſsiuè.*

150 *Hæres quando tenetur pro delicto defuncti non tenetur vltra vires.*

151 *Hæredes viri poſt annum luctus tenentur ſoluere vſuras, ſeu alimenta viduæ, ſi ſint in mora reſtituendi dotem.*

Contrarium vti verius tenent plures Doctores, num. 152.

Et eo magis non tenentur ſoluere vſuras durante anno luctus, num. 153.

Licet teneantur ei ſoluere alimenta pro dicto anno, num. 154.

Si tamen vidua ſit pauper, alias ſecus, num. 155.

Licet contrarium teneant aliqui, numero 156.

Tenentur tamen illa præſtare, ſi vidua ſit prægnans, num. 157.

Et tenentur præſtare alimenta intra annum luctus etiam ſi fructus dotis non ſufficiant, num. 158.

Si tamen vidua potuit illa petere, & non petijt hæredes non tenentur, numero 159.

Neque tenentur illa præſtare ſi vidua denuò nubat, num. 160.

Vel ſi dotem ei reſtituant ante dictum annum, num. 161.

Cum dictus annus in fauorem hæredis fuerit introductus, num. 162.

163 *Hæredes viri non tenentur poſt annum luctus præſtare alimenta viduæ, etiam ſtante conuentione inter eos facta.*

Contrarium tamen conuentionem eſſe validam tenent alij, num. 164.

Quæ contraria opinio eo magis procedit quò ad alimenta debita intra annum luctus num. 165.

Et ſi vidua poſsideat aliqua bona viri an tenetur fructus illorum imputare in ſortem, num. 166.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 167.

Et hæredes non tenetur ſoluere viduæ dictas vſuras, etiam ſi Teſtator id mandauerit, num. 168.

Teſtatoris enim perceptum de ſoluendo vſuras donec legatum præſtetur non valet, num. 169.

Licet contrarium teneant alij, num. 170.

Tenentur tamen illas ſoluere ſtante ſtatuto id mandante, num. 171.

Licet dictum Statutum non valere voluerint aliqui, num. 172.

Et tenentur illas ſoluere quando vidua eſt pauper, & fecit diligentias pro recuperatione dotis, num. 173.

Prædicta tamen non requiruntur copulatiuè, num. 174.

Licet prædicta requiri copulatiuè teneant alij, num. 175.

Vidua tamen in dicto caſu non tenetur probare paupertatem, num. 176.

Licet paupertatem eſſe probandam per viduam tamen alij, num. 179.

177 *Præſumptionem habens pro ſe dicitur habere intentionem fundatam.*

178 *Præſumptio iuris transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

180 *Hæredes viri tenentur ſoluere vſuras viduæ poſt annum luctus probato intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.*

Quomodo vero vidua teneatur probare dict. intereſſe remiſsiuè, numero 181.

182 *Hæredes viri tenentur intra annum luctus tradere viduæ veſtes lugubres, & lectum viduale.*

Et non ſolum veſtes hiemalis, ſed etiam æſtiuas, num. 183.

Itaut ſi vidua expendat pro dictis veſtibus

ſtibus poſſit id repetere ab hæredibus, num. 184.

Si tamen vidua intra dict. annus tranſit ad ſecundas nuptias tenetur dict. veſtes reſtituere, num. 185.

Hæredes viri tenentur tradere viduæ veſtes lugubres, etiam poſt anum luctus, ſi ita adſit conſuetudo, numero 186.

187 Conſuetudo eſt quid facti, & ideo illa debet probari.

Et eſt probanda in indiuiduo caſus controuerſi, num. 188.

189 Vidua an teneatur compenſare legatum mobilium et factum per virum cum veſtibus lugubribus remiſſiuè.

190 Hæredes viri tenentur ſoluto matrimonio reſtituere dotem conſiſtentem in immobilibus ſtatim, & conſiſtentem in mobilibus, & in pecunia poſt annum. art. 3.

Cum dos defuncti viri dicatur æs alienum. ibi. num. 191.

Etiam ſi hæredes ſint diuites, & ſoluendo. ibi. num. 192.

Licet contrarium teneant aliqui. ibi. numer. 193.

Si tamen vir prælegaſſet vxori dotem, reſtitutio eſt facienda ſtatim. ibi. numer. 194.

195 Hæredes viri tenentur reſtituere dotem vt ſupra probata exactione per vxorem, art. 3.

Cum nec vir, nec hæredes teneantur reſtituere dotem, niſi exactam, & ſolutam. ibi. num. 196.

197 Hæredes viri, nec vir tenentur reſtituere mobilia vxori, niſi probata traditione. art. 3.

Contrarium tenent alij. ibi. numero 198.

199 Deponens aliquid in domo alicuius non poteſt cogere dominum domus ad reſtitutionem, niſi probata conſignatione. art. 3.

200 Hæredes viri non probata conſignatione dotis liberantur cedendo actiones, art. 3.

201 Dos dicitur exacta non ſolum ſi de illa conſtet per Inſtrumenta, vel per teſtes. art. 3.

Sed etiam quando de illa conſtat per præſumptiones, & coniecturas. ibi. numer. 202.

Cum dos probetur leuioribus probationibus ibi. num. 203.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores. ibi. num. 204.

205 Vir, & eius hæredes tenentur reſtituere vxori etiam dotem non exactam ſtante negligentia viri in exigendo, art. 3.

Ita ut in dicto caſu non liberentur reddendo actiones; ibi. numer. 206.

Negligentia autem eſt probanda per vxorem. ibi. num. 207.

Et non ſufficit ad dictum effectum quælibet negligentia. ibi. num. 208.

Quæ tamen non habent locum quando dos fuit promiſſa per patrem. ibi. numero 209.

Ac etiam a Matre, Auo, & alijs, quibus debetur reuerentia. ibi. numero 210.

Etiam ſi maritus antequam pater labatur facultatibus fuerit in mora exigendi. ibi. num. 211.

Licet contrarium teneant plures Doctores. ibi. num. 212.

Quæ tamen non habent locum quo ad hæredes patris promittentis. ibi. numer. 213.

214 Maritus qui conſtante matrimonio dotem remiſit ſocero tenetur dotem reddere vxori. ibi.

215 Maritus, & eius hæres non tenetur de

de proprio ob non exactam dotem ab extraneo dotante voluntariè, art. 3.

Contrarium tenent plures Doctores, ibi num. 216.

Tenentur tamen, ſi dos ſit promiſſa ab extraneo ex neceſsitate dotante, ibi num. 216. & 217.

218 *Maritus quando teneatur vxori ob non exactis nomen debitoris in dotem datum, art. 3.*

219 *Hæres laicus tenetur facere inuentarium coram Iudice ſeculari, etiam ſi defunctus ſit clericus, art. 3.*

Et etiam ſi hæres inſtitutus eſſet Clericus, ibi num. 220.

221 *Clerici poſſunt citari coram Iudice laico ad Inuentarium, qui putent eorum intereſſe, art. 3.*

Licet contrarium teneant aliqui Doctor. ibi num. 222.

Appendix ad Primum Articulum, ſeu

ARTICVLVS TERTIVS.

SCripſi in *primo articulo, num.* 27. *&* 28. quod hæres tenentur ſoluere debita defuncti illius creditoribus non ſolum actione perſonali, ſed etiam actione reali ſuper proprijs bonis, quando defunctus illius bona obligauit, & ipſe ſimpliciter adiuit illius hæreditatem ſine beneficio Inuentarij, pro cuius concluſione confirmatione, & clariori declara-
1 tione addendum cenſui, Quod licet bona hæredis non ſint obligata, & hipotecata pro debito defuncti, *leg. paulus, 29. in princ. & ibi Bart. ff. de pignor.* & tradunt *Surd. deciſ. 315. ſub num. 7. & ibi Hodiern. num. 1. & ſeq. Neguſ. de pignor. par. 2. membr. 2. numer. 53. verſ. ſexto limita &c. Scapuc. de Saluian. lib. 2. cap. 12. num. 1.* latè *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. par. 1. cap. 9. gloſ. 5. num. 49. Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 4. num. 16. Ciriac. contr. 5. num. 89. & controuerſ. 282. num. 13. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſ. 15. in princip.* vbi dat concordantes, & latè materiam proſequitur *Cap c. Latro deciſ. 24. num. 6. tom. 1. Dominus meus Delucain Theatr. verit. & iuſ it. tom. 8. in tit. de credit. & debit. diſcurſ. 36. numer. 2. & diſcurſ. 37. num. 2. & diſcurſ. 38. num 9. D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 21. num. 27. Aloiſ. Manſi. conſult. 56. num 11. & Rota apud Paciſ. de Saluian. deciſ. 136. numer. 10. & deciſ. 343. num. 2. par. 12. recent. & deciſ. 327. numer. 1. apud Duran.*

2 Quicquid contrarium firmauerit vir ſatis doctus *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 39. num. 23.* nec non *Rota* figendo tamen penes apud *Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 187. num. 25.* cum Doctores ab eo adducti non probent illius intentionem, & illis ratio refellatur per *Rota d. deciſ 343. num. 13. 14. & ſeq.*

3 Quæ concluſio habet locum, etiam ſi agatur de fauore dotis, quia adhuc bona hæredis non veniunt in obligatione, & hipoteca conſtituta per defunctum, vt docent *gloſ. in l. aſsiduis, 12. in verbo licet anterioris verſ. item quæro in fin. & ibi Bart. num. 8. C. qui potio. in pign. habe. Bald. in l. vbi adhuc, 29. num. 39 C. de iur. dot. Neguſ. de pignor. par. 2. membr. 2. num. 53. verſ. ſextò limita &c. & Merlin.* qui illos referendo ſequitur in *tractat. de pign. lib. 2. quæſt. 15. num. 34. verſ. ſic propterea &c.*

4 Se-

4 Secus tamen eſt ſi Teſtator bona hæredis expreſsè obligauit, & hipotecauit, quod quidem eſt Teſtatori permiſſum, vt infra dicetur, quia tunc benè illa dicuntur hipotecata pro debitis defuncti, & veniunt in obligatione, vt ſcripſerunt *Scapuc. de Saluian. lib. 2. cap. 12. num. 3. & ſeq. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 225. in fin. & cap. 234. numer. 28. & ſeq. part. 2. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 5. num.* 48. vbi quamplures dat concordantes *Ciriac. controuerſ. 160. numer. 78. Vinc. de Franch. deciſ. 53. numer.* 7. vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, plenè *Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 16. num.* 2. vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, *Capic. Latr. d. deciſ. 24. num. 3. & ibi Adden. num. 6. in fin. D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 8. in titul. de debit. & credit. diſcurſ. 36. numer. 2. D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 21. num. 27. Aloiſ. Manſi. conſult. 56. num.* 10. & dixi *Ego alleg. Forenſ. 50. num. 16. & allegat. 51. numer.* 44. cum quibus pertranſit *Rota apud Merlin. de pignorib. deciſ. 33. num. 27. & ſeq. & deciſ. 127. num. 6. & apud Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 187. num. 20. & deciſ. 343. numer. 4. & ſeq. par. 11. recent. & deciſ. 7. num. 2. par. 12. recent.*

5 Cum Teſtatori ſit permiſſum diſponere de bonis hæredis ſicut de bonis proprij, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, *l. vnum ex familia, 69. §. ſi rem, ff. de legat. 2. l. 1. in princ. ff. de except. rei iudic.* & not. *Capic. deciſ. 175. num. 15. Gratian. diſc. Forenſ. d. cap. 225. num. 77. par. 2. Barz. deciſ. 64. num. 34 Capic. Latro. d. deciſ. 24. num. 3. & ibi Adden. numer. 6. Ciriac. dict. controuer. 160. numer. 82. D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tomo 9. in titul. de teſtam. diſcurſ. 42. numer. 9. Aloiſ. Manſi. dict. conſult. 56. num. 11. Giurb. obſer. 104. numer. 22. & ad Conſuet. Meſſan. d. gloſ. 5. num.* 48. latè comprobans, & dixi *Ego dict. allegat. 50. num. 22. & Rota deciſ. 198. num. 1. & deciſ. 89. num. 2. par. 5. recent. & deciſ. 7. num. 2. & deciſ. 343. num. 3. par. 12. recent. & apud Duran. deciſ. 93. num. 1.*

6 Quicquid malè contrarium tenuerint *Afflict. deciſ. 200. num. 2. verſ. Imo dico & c. Bertaz. de clauſ. clauſ. 12. gloſ. 2. num. 4. verſ. præterea & c. Neguſ. de pignor. par. 2. membr. 2. numer. 55. & 56. Phanuc. de Inuent. par. 7. numer. 142. & ſeq.* & alij relati per *Merlin. de pignor. d. lib. 2. quæſt. 16. num.* 8. & per me *d. allegat. Forenſ. 50. num.* 25. contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, vt teſtatur *Merlin. de pignor. in d. quæſt. 16. num.* 22. qui etiam contrarijs reſpondet.

7 Cum hæres adeundo hæreditatem ſimpliciter dicatur tacitè ratificaſſe dictam obligationem factam per Teſtatorem de illius bonis, ad quam ratificationem etiam tacitus ſufficit conſenſus, vt declarant *Alex. conſ. 173. num. 4. vol. 2. Ceph. conſ. 392. num. 25. & pluribus ſeq. lib. 3. Surd. deciſ. 315. num. 1. 2. & ſeq. Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 234. numer. 25. Merlin. de pignor. d. lib. 2. quæſt. 16. num. 5. & 21. Capic. Latro. d. deciſ. 24. num. 7. & Rota d. deciſ. 7. num. 2. & deciſ. 182. nu. 17. & dec. 343. nu. 6. par. 12. recent. & deciſ. 419. numer. 3. par. 13. recent.* & dixi *Ego d. allegat. Forenſ. 50. num.* 17.

8 Et cum ipſe teneatur ſeruare factum

ctum defuncti *leg. cum a matre*, 14. *C. de rei vendic.* & tradunt *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 633. *num.* 10. *Poſt. reſol.* 44. *numer.* 7. *&* 10. *Aloiſ. Manſin. conſult.* 48. *numer.* 1. *Dom Torre de pact. futur ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 42. *&* *Rota apud Card. Celſum, deciſ.* 111. *numer.* 11. *&* *apud Cardinal. Ottobon. deciſ.* 180. *numer.* 13. & dixi *Ego d. allegat. Forenſ.* 50. *numer.* 21.

9 & illi non poſſit contrauenire, nec illud impugnare, *Poſt. reſolut.* 44. *numer.* 3. *&* *reſolut.* 63. *num.* 25. *&* *reſolut.* 64. *numer.* 27. *&* *reſolut.* 73. *numer.* 53. *Torre de pact. futur. ſucceſſ. d. lib.* 1. *capit.* 14. *numer.* 42. *Rota apud Card. Ottobon. deciſ.* 100. *num.* 14. *&* *deciſ.* 105. *numer.* 14. *&* *ſeq.* *&* *deciſ.* 152. *num.* 8. *&* *apud Card. Celſum deciſ.* 159. *num.* 14. *&* *deciſ.* 183. *numer.* 2. & dixi pariter *Ego d. allegat. Forenſ.* 50. *num.* 21.

10 Niſi tamen hæres adiuiſſet hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quia tunc non dicitur propriè hæres, ſed potius ſe abſtinuiſſe ab hæreditate, & ideo non dicitur ratificare hipotecam, & obligationem inductam a defuncto ſuper proprijs bonis, vt declarant *Honded. conſ.* 3. *num.* 65. *lib.* 2. *Scapuc. de Saluian. d. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 5. *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 315. *in fin.* vbi alios dat concordantes, *Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt.* 39. *num.* 22. *Poſt. d. reſolut.* 25. *in fin.* & hanc opinionem dicit veriorem eſſe *Merlin. de pignorib. lib.* 2. *d. quæſt.* 16. *num.* 24. *&* *d. de-*

11 *ciſ.* 7. *num.* 2. *par.* 12. *recentior.* Quicquid dicendum ſit quatenus ſuperſunt bona hæreditaria, quo caſu inuentarium non opitulatur hæredi, vt not. *Pereg. de fideicom. art.* 6. *num.* 48. *Merlin. de pignorib. d. quæſt.* 16. *num.* 23. cum quo videtur pertranſire *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 315. *in fin.* nec non *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 633. *num.* 10. *&* *quæſt.* 649. *num.* 27. *D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 8. *in tit. de credit. & debit. diſcurſ.* 38. *in princ. &* *in d. tom.* 9. *in tit. de teſtam. diſcurſ.* 42. *num.* 10. & dixi *Ego d. allegat. Forenſ.* 50. *num.* 26. & dicam etiam infra num.

12 Itaut Teſtator valeat bona hæredis ſupponere fideicommiſſo, & illa legare, quo caſu dicitur illa hipotecæ ſubijcere, eum quo legato, & fideicommiſſo detur hipoteca tacita, *ad tex. in l. vnum ex familia*, 69. *§. ſi rem*, *ff. de legat.* 2. *&* *in l. filius familias*, 118. *§. cum pater*, *ff. de legat.* 1. & tradunt *Peregrinus de fideicomiſſ articul.* 6. *numer.* 48. *Giurb. ad Conſuetud. Meſſanen. part.* 1. *capitul.* 9. *gl. ſ.* 5. *numer.* 48. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 633. *numer.* 10. *&* *quæſt.* 648. *numer.* 8. *&* *ſequen.* vbi dicit, hoc habere locum ſiuè Teſtator ſciuerit, ſiuè ignorauerit, rem illam grauatam per eum fideicommiſſo eſſe propriam hæredis, vt ibi per eum, & *quæſt.* 649. *numer.* 23. *Cardinal. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *titul.* 8. *numer.* 29. plenè *Merlin. de pignor. lib.* 2. *dict. quæſt.* 16. *n.* 4. vbi quam plures adducit ita ſentientes, & dixi *Ego dict. allegat. Forenſ.* 50. *num.* 23. *&* 24. cum quibus pertranſit *Rota apud Card. Seraph. deciſ.* 848. *num.* 4. *&* *deciſ.* 10. *num.* 1. 2. *&* *ſeq.* *&* *deciſ.* 93. *num.* 1. *&* 2. *apud Duran.* *&* *deciſ.* 4. *num.* 1. *par.* 5. *recen.* *&* *deciſ.* 19. *numer.* 2. *&* 3. *eadem par.* 5. *recentiorum* & alibi paſſim.

13 Et ideo bona hæredis eſſe compræhenſa, & venire in hipoteca appoſita per defunctum ſtante obligatione Camerali, in qua adeſt obligatio etiam hæredum, & bonorum illius non habet difficultatem, vt docent *Zacch. de obligation. Cameral. quæſtion. 4. numer. 7. Adden. ad Buratt. deciſ. 564. numer. 5. Merlin. de pignorib. lib. 2. quæſt. 15. num. 27.* vbi hoc benè declarat, *Dominus Torre in ſuo eleganti tractat. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. capitul. 21. numer. 28. Domin. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 8. in tractat. de credit. & debit. diſcurſ. 36. numer. 4. & diſcurſ. 37. num. 2. & diſcurſ. 38. num. 1. & ſeq.* cum quibus pertranſit *Rota apud Zacch. de oblig at. Cameral. deciſ. 16. numer. 10. & deciſ. 83. in princ. & deciſ. 343. numer. 13. par. 12. recentior.*

14 Licet id non ſit extendendum, vt compræhendat bona hæredis hæredis; ſed tantum bona primi, & immediati hæredis, vt ſatis doctè comprobat more ſuo Dominus meus *Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 8. in tractat. de credit. & debit. diſcurſ. 38. per tot.* licet mentio-

15 nem hæredum compræhendere omnes hæredes in infinitum teneant *Menoch. conſ. 867. numer. 3. & 16. & Ciriac. controuerſ. 711. numer. 77. & ſequen.* dicens, in diſpoſitione faciente mentionem de hæredibus non habere locum regulam *leg. boues, 89. §. hoc ſermone, ff. de verborum ſignificat.* vt ibi per eum.

16 Non ſufficit tamen ad dictum effectum, quod in hipoteca appoſita per defunctum veniant bona hæredis, quod defunctus obliget ſimpliciter ſe, & ſuos hæredes; quia dicta obligatio cenſetur reſtricta ad actionem perſonalem, non autem ad realem; & ad bona propria hæredis, ſed requiritur, quod expreſsè bona hæredis obligauerit, vt docent *Neguſ. de pignorib. part. 2. membr. 2. numer. 54. Vincent. de Franch. deciſ. 13. numer. 7. & deciſ. 321. numero 5. Scaphec. de Saluian. lib. 2. quæſtion. 12. numer. 1. verſ. quinimo &c. Maſcub. ad Capic. deciſ. 174. numer. 19. Giurb. ad Conſuetud. Meſſanen. capitul. 9. gloſ. 5. numer. 49. Merlin. de pignorib. lib. 2. dict. quæſt. 15. numer. 23. verſ. quæ firmata &c. Capic. Latr. dict. deciſ. 24. ſub numer. 8.*

17 Etiam ſi defunctus obligando ſe ipſum, & bona addiderit Et cætera, quia dict. ecceteratio non eſt extendenda, vt compræhendat bona hæredum; ſed illa dicitur concernere qualitatem bonorum, videlicet Omnia bona mobilia, & ſtabilia vel etiã præſentia, & futura, vt declarant *Merlin. de pignorib. lib. 2. dict. quæſt. 15. numer. 24. Adden. ad Capic. Latr. dict. deciſ. 24. numer. 2. Dominus Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. capitul. 21. numer. 27. & Rota apud Pacif. de Saluian. dict. deciſ. 136. ſub numer. 5. & deciſ. 137. numer. 11. & ſequen.*

18 Ac etiam ſi fuiſſet dictum, Obligauit ſe ipſum, hæredes, & omnia, & ſingula bona, cum dicta verba poſſint recipere interpræetationem, vt illa denotent qualitatem, vel quantitatem bonorum, vt tradunt *Merlin de pignorib. in dict. quæſt. 15. numer. 25. Adden. ad Capic. Latr. dict. deciſ. 24. num. 3. & Rot.*

apud

apud Pacific. de Saluian. dict. deciſ. 136. *numer.* 5. licet ſecus ſit quando
19 defunctus obligauit ſe ipſum, & hæredes, & bona omnia, & quæcumquè, quia tunc comprænhendi etiam bona hæredem, voluerunt *Angel. Gratian. de diction. diction.* 206. *numer.* 1. *Merlin. de pignorib. lib.* 2. *dict. quæſt.* 15. *num.* 24. *in fin. & Rota apud eum deciſ.* 33. *num.* 26.

20 Quæ omnia habent locum etiam in terminis obligationis Cameralis, ſub qua licet veniant in hipoteca appoſita per defunctum etiam bona hæredis, hoc tamen non habet locum ſi ex verbis contractus conſtaret, quod debitor voluerit ſe reſtringere ad bona propria tantum, quia cum iſta ſit quæſtio voluntatis, ſemper fictio cedere debet veritati, vt declarant *Merlin. de pignorib. lib.* 2. *dict. quæſt.* 15. *num.* 31. *Domin. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. dict. tom.* 8. *in tract. de credit. & debit. diſcurſ.* 38. *numer.* 4. *& Rota apud Pacif. de Saluian. dict. deciſ.* 136. *numer.* 7. *& ſequen. & deciſ.* 137. *numer.* 10. 11. *& ſequen.*

21 Et ideo *Merlin. de pignorib. in dict. quæſt.* 15. *numer.* 28. ita diſtinguit, quod eſſet clauſula Cameralis eſt tota in imbreuiatura, ideſt taliter concepta, vt habeat relationem ad dictam clauſulam vti ad terminum relatum puta Quia debitor obliget in forma Cameræ ſe ipſum, & hæredes, & omnia &c. tunc cum cæteratura poſſit recipere extenſionem etiam ad bona hæredis, ſcilicet omnia, & ſingula illius bona, & hæredis, vel ſimpliciter ſit dictum *Quæ omnia &c.* ſe in forma Cameræ obligauit &c. & tunc omnia bona tam propria, quam hæredis comprænhenderentur, cum ſic importet obligatio Cameralis, ad quam facta fuit relatio; Aut obligatio non eſt ita concepta, vt apta ſit comprænhendere etiam bona hæredis, ſed aliam congruam poteſt recipere interpretationem, & ſecus concludendum eſt, vt in caſu *dd. deciſ.* 136. *&* 137. *apud Pacific. de Saluian.* nam debitor ſe ipſum, eiuſque hæredes, & omnia, & ſingula bona &c. obligauit in forma Cameræ, illa enim verba antecedentia clauſulæ *In forma Cameræ omnia, & ſingula bona &c.* cum dictione &c. non admittunt extenſionem, niſi iuxta præexiſtentem materiam, id eſt vt compleatur ſermo præcedens, videlicet mobilia, ſtabilia, & ſe mouentia prout in dicta *deciſ.* 136. & 137. vt ibi per eum, & ita ſentit etiam *Dominus Deluca in loco ſupra proximè adducto.*

22 In dubio tamen bona hæredis non præſumuntur hipotecata, nec comprahenſa in diſpoſitione, & hipoteca facta per defunctum, vt docent *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *titul.* 16. *numer.* 9. *Merlin. de pignorib. lib.* 2. *dict. quæſt.* 16. *numer.* 25. *& ſequen.* vbi dicit, ad hoc demonſtrandum ſufficere etiam legittimas coniecturas, cum quibus pertranſit *Rota apud Duran. deciſ.* 93. *numer.* 3. vbi aliæ allegantur, & in *Viterbien. Caſtror.* 14. *Nouembr.* 1616. *coram Cardinal. Sacrato*, §. *quo vero ad vo-*
23 *luntatem &c.* Maxime cum in dubio præſumatur, quod Defunctus voluerit grauare hæredem minus quam fieri poteſt, ad textum in

l. ſi ſeruus, 111. §. *qui margaritam*, *ff. de legat*. 1. *& in leg. vnum ex familia*, 69. §: *ſi rem tuam*, *ff. de legat*. 2. & in his terminis tradunt *Merlin. in dict. quæſt*. 16. *numer*. 27. *&* *Rota apud Dutan. dict. deciſ*. 93. *numer*. 10.

24 Quæ quidem ſupra adducta quod defunctus poteſt obligare bona hæredis, & quod hæres adeundo illius hæreditatem ſimpliciter, & ſine beneficio Inuentarij cenſetur dictam obligationem factam per defunctum acceptare, & ratificare habent locum, etiam ſi hæres adeundo ſimpliciter hæreditatem non habuerit ſcientiam de dict. onere, & hipoteca appoſita per defunctum ſuper proprijs bonis, vt tradit *Merlin. de pignor. lib*. 2. *dict. quæſt*. 16. *num*. 41. *& ſeq.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem; & ſequendam, & illam latè comprobat, & contrarijs reſpondet, cum quo pertranſit *Rota in Viterbien. Caſtror*, 1. *Februar*. 1619. *coram Card. Sacrato*, *& deciſ*. 4. *num*. 10. *& ſeq. par*. 5. *recent. & deciſ*. 4. *numer*. 10. *& ſeq. & deciſ*. 5. *num*. 35. *apud Merlin. de pignor.* in quibus aliæ quamplures recenſentur.

25 Quicquid contrarium, imò in dicto caſu in hærede requiri ſcientiam oneris impoſiti tenuerint *Angel. & Caſtr. in l. ſi quis extraneus*, 25. §. *ſciendum*, *ff. de acq. hæredit. Menoch. conſ*. 707. *per totum*, *lib*. 8. *& Rota apud Puteus*, *deciſ*. 404. *numer*. 3. *&* 4. *& deciſ*. 421. *ferè per totum*, *lib*. 3.

26 Dumodo tamen Defunctus non obliget omnia, & quæcumque bona hæredis, & illius iura, & actiones, itaut ipſe hæres amittat facultatem teſtandi, vt not. *Peregrin de fideicom. art*. 33. *num*. 49. *& ſeq. & D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom*. 10. *in titul. de fideicom. diſcur*. 134. *num*. 16.

27 Et dumodo grauamen non excedat emolumentum, vt quia plus importarent bona propria, in quibus hæres grauatur, quam importent illa, in quibus honoratur, quo caſu dict. grauamen licet non vitietur in totum, illud tamen eſſet moderandum, & reducendum ad limites emolumenti per quamdam ſpeciem reductionis huius quaſi contractus ad iuſtitiam, & æqualitatem, vt tradunt *Peregrin. conſ*. 63. *numer*. . . . *lib*. 4. *& Dominus Deluca* qui illum referendo ſequitur in *dict. titul. de fideicom. diſcurſ*. 134. *numer*. 16. *circa medium*.

28 Et ideo creditoribus defuncti in d. caſu, quādo ſcilicet Defunctus hipotecauit, & obligauit bona hæredis, licere intentare actionē hipotecariam, vel Saluianum contra bona propria hæredis, vt dixi in *d. art*. 1. *num*. 27. *&* 28. tradunt etiam *Scapuc. de Saluian. lib*. 2. *quæſt*. 12. *poſt princip. & num*. 4. & cum hoc ſuppoſito, quod Defunctus poſſit obligare bona hæredis tenet etiam *Pacif. de Saluian. inſpect*. 3. *cap*. 2. *num*. 284. *& ſeq.* & alij Doctores ibi adducti, & in fortioribus terminis nempè ceſſante etiam obligatione defuncti facta de bonis hæredis Saluianum dari contra bona propria hæredis, qui adiuit hæreditatem ſine beneficio Inuentarij tenuit *Rota deciſ*. 438. *numer*. 12. *part*. 5. *recentiorum*, *lib*. 2. vbi dat concordantes.

29 Quando vero detur hipoteca in bonis hæredis beneficiati, vel gra-

grauati reſtituere hæreditatem ob malam illius adminiſtrationem, & diſſipationem bonorum, & ſic ratione doli tractat ex profeſſo *D. Deluca in Theatr. veritat. & Iuſtit. tom. 8. in titul. de credit. & debit. diſcurſ. 36. & diſcurſ. 37. ferè per tot.* ipſum conſulas.

30 Addo etiam ad materiam hæredis, qui tenetur ſoluere debita hæreditaria, vt probaui in *prim. articul. num. 19. & ſeq.* quod dict. hæres ſoluendo debita hæreditaria non poteſt petere ſibi fieri ceſſionem iurium a creditoribus contra bona hæreditaria, de cuius pecunijs ſoluit, cum debitum remanſerit extinctum, & hæreditas liberata, vt not. *Caſtr. in l. 2. num. 4. ff. de ſolut.* & dixit *Rota apud Pacif. de Saluian. deciſ. 164. numer. 9. & deciſ. 165. num. 7. & deciſ. 262. num. 15. par. 13. recent. & deciſ. 94. in fin. apud D. Torre de pact. futur. ſucceſſ.* Quicquid dicendum ſit quando ſoluiſſet de proprijs pecunijs iuxta terminos de quibus Rotæ in Peruſina pecuniaria 10. Maij 1628. coram Eminentiſsimo Cardinal. Vbaldo apud *Giglia ad Stat. Peruſ. deciſ. 112. numer. 10.*

31 Si tamen plures adeſſent hæredes, & vnus ex eis ſoluat debitum hæreditarium creditori poteſt deſiderare, vt creditor ei aduerſus alios cohæredes actiones ſuas cedat, vt tradunt *Roderic. de execut. cap. 4. numer. 18. Cenc. de Cenſ. quæſt. 104. num. 11.* vbi dicit illam fieri debere dempta eius portione *& Alphon. ab Olea de ceſſion. iur. tit. 4. quæſt. 6. num. 19.* & dixi in *d. art. 1. num. 584.*

32 Cum enim vnus ex hęredibus ſolidum ſoluit quantitatem ab alio cohærede, quam pro eo ſoluit actione negociorum geſtorum ſi hęreditas eſt diuiſa, vel iudicio familiæ erciſcendæ ſi diuiſio facta non ſit conſequi poteſt *l. 3. C. de neg. geſtor. l. 2. §. ex his, ff. de verbor. obligat. leg. hæredes, 25. §. contra, ff. famil. erciſc.* & tradunt *Ant. Gomez variar. reſolut. tom. 2. capit. 10. numer. 31. in fin. Valen. Illuſ. vir. lib. 2. tract. 4 cap. 6. num. 10. in fin. & Alph. ab Olea de ceſsion. iur. tit. 4. quæſt. 6. num. 18.* & dixi etiam in *d. art. 1. num. 583.*

33 Dixi vlterius in *dict. articul. 1. num. 50.* quod non ſolum primus, & immediatus hæres tenetur ſoluere debita defuncti, ſed etiam tenetur hæres hæredis, quibus nunc addo, quod cum dicta concluſione pertranſeunt etiam *Gratian. diſceptat. Forenſ. capit. 743. numer. 18. par. 4. & D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. veritat. & Iuſtit. tom. 8. in tract. de credit. & debit. diſcurſ. 38. numer. 10.* benè comprobans more ſuo.

34 Dum verò in dicto *prim. artic. num. 53. in fine* ſcripſi, Quod in odioſis, & pænalibus grauamen impoſitum hæredi non dicitur impoſitum hæredi hæredis *ex Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 344. in fin.* addendum cenſui, quod in odioſis, & grauantibus obſtrictam, & rigoroſam interpretationem capiendum regulariter appellatione hæredis venit ſolum primus hæres, & immediatus, non autem ſecundus, & mediatus *ad tex. in l. in cauſæ, 17. §. Pomponius, ff. de minor. 25. annis, & in leg. vnic. §. ſin autem, C. de caduc. tollen.* & tradunt *Bald. in leg. fin. num. 60. & ſeq. C. de hæred. inſtitut. Peregr. de fideicom. art. 32. numer. 69. Fuſar. ſubſtit. quæſt. 344. num. 9. Ca-*

ſtill. lib. 2. controu. cap. 22. num. 65. & *lib. 5. cap. 96. numer. 3. & D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 4. num. 2. & tom. 8. in tit. de credit. & debit. diſcur. 38. num. 2. & 3.* vbi teſtatur de veriori opinione, & etiam affert diſtinctionem inter vocationem factam a lege, & factam ab homine, vt ibi per eum.

35 Ex quibus poteſt inferri, quod in pace, vel promiſſione de non offendendo licet veniant hæredes actiuè, & paſſiuè, vt quia de eis fuerit facta expreſſa mentio, non veniunt tamen hæredes in infinitum, ſed tantum primi hæredes, vt latè comprobat *Hercul. de caut. de non offen. cap. 4. num. 1. & ſeq. & cap. 42. num. 14. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, cum quo pertranſeunt *Nicol. Moron. de treg. & pace, quæſt. 144. num. 5. verſ. & vbi pro hærede &c. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 366. & ſeq. & Guazzin. de pace, part. 1. quæſt. 69. numer. 9.*

Quibus pariter addendum cenſui, quod dum in *prim. art. num. 54. & ſeq.* ſcripſi, quod licet regulariter appellatione hæredis veniat etiam hæres hæ-
36 redis, id tamen non habet locum, quando hæres fuit nominatus cum adiuncto *Prædicto, Supradicto, Infraſcripto, dicto,* & ſimil. per authoritates ibi adductas, addo, inquam, quod cum dicta limitatione pertranſeunt *Surd. de aliment. tit. 5. quæſt. 6. num. 26. & ſeq. & conſ. 230. num. 17. lib. 2. Menoch. conſ. 86. numer. 43. & conſ. 95. num. 128. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vlt. volum. lib. 8. tit. 14. in fin.* idem *Surd. conſ. 123. num. 13. lib. 1. & conſ. 395. num. 39. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 79. Fuſar. de ſubſt. quæſt 343. num. 14. Grattan. diſcept. Forenſ. cap. 104. num. 4. & ſeq. par. 1. Mar. Anton. reſol. 52. num. 9. & 10. lib. 2. Barboſ. de appellat. verb. ſignif. appell. 113. num. 36. D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 11. in titul. de legat. diſcur. 34. num. 8. & Copic. Latro. conſult. 23. num. 24. & Rota apud D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 162. num. 17.*

37 Niſi tamen eadem militaret ratio tam in primo, quam in ſecundo hærede, quia tunc non obſtantibus verbis relatiuis, de quibus ſupra proximè, hæres hæredis compræhenderetur, vt declarant *Dec. num. 4. & Cagnol. num. 6. & 9. in l. qui per ſucceſſionem, 155. ff. de reg. iur. Alciat. in l. hæredis appellatione, 170. ſub num. 2. ff. de verb. ſignif. Caph. conſ. 258. num. 44. lib. 2. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 32. num. 70. Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 343. num. 15.* vbi dicit, idem eſſe vbi nulla veriſimilis affectio conſiderari poteſt magis in hæredibus ſcriptis, quam in non ſcriptis, vt ibi per eum, cum quo ſentit etiam *Barboſ. in d. appellat. 113. num. 36.* nec non *Grattian. diſcept. Forenſ. cap. 131. num. 9. par. 1.* Cum ratio generalior dicto illud extendat *Bart. in l. pater filium, 36. §. fundum. ff. de legat. 3. Fuſar. d. quæſt. 343. num. 15. Barboſ. axiom. 197. num. 10. & 11.* vbi dat concordantes.

38 Vel niſi onus impoſitum hæredi ſcripto cum dicta dictione *Infraſcripto, prædicto,* & ſimil. eſſet perpetuum, quia tunc debet præualere perpetuitas, conſiderata a Teſtatore dictis dictionibus relatiuis, ita vt onus compræhendat, & extendatur etiam ad hæredem hæredis, vt ſcripſe-

pſerunt *Corn. conſ. 69. lib. 4. ferè per tot. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 70. in fin. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 131. num. 10. par. 1. & cap. 612. num. 17. par. 4. Fuſar. conſ. 24. ſub numer. 70. Merlin. deciſ. 260. num. 3 & deciſ. 420. num. 12. & ſeq. D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 11. in tit. de legat. diſcurſ. 42. num. 10. verſ. vltra hanc &c.* cum quibus pertranſit *Rot. in Vrbinaten. prædij 12. Iunij 1654. coram R. P. D. Bichio, §. nec obſtat &c.* & rurſus in *eadem cauſa 10. Decembris 1659. coram Reuerend. Dec. §. ſecundo quod hæc &c.* Cum alias dict. onus per teſtatorem impoſitum non eſſet perpetuum, ſi hæres hæredis non teneretur illud adimplere, vt conſiderat *Rota in dict. Vrbinaten. prædij in §§. adductis.*

39 Maxime fauore piæ cauſæ, pro qua lata eſt facienda interpretatio, *Card. Mantic. de coniect. lib. 8. titul. 2. num. 16. & 17. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 108. numer. 37. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 555. num. 1. verſ. hæc autem &c. P. Dian. in Sum. in verb. legatum, num. 15. D. Deluca in d. tom. 11. in tit. de legat. d. diſcurſ. 34. num. 6. & 7. & diſcurſ. 42. num. 8. & 9.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctor. opinione *Rota deciſ. 140. num. 3. par. 2. diuerſ. & deciſ. 77. num. 3. par. 10. recen.*

40 Licet contrarium quando non adeſt verbum *Perpetuo* tenuerit *Capic. Latro. conſult. 23. num. 53. & ſeq. & conſult. 24. num. 1. & ſeq.* Vbi dat concordantes.

41 Et licet contrariam opinionem, imò non cenſeri compræhenſum hæredem hæredis ſtantibus dictis verbis relatiuis etiam ſi adſit dictio *in perpetuum* tenuerit *Crot. in l. 2. num. 4. ff. ſolut. matrim.* quem referendo ſequitur *Surd. conſ. 123. num. 17. lib. 1.* qui loquitur in terminis piæ cauſæ, & ſentit *Rota apud Buratt. deciſ. 387. numer. 10. & deciſ. 231. num. 13. par. 8. recentior.*

42 Dixi etiam in *articul. 1. num. 72.* quod hæres tenetur præſtare alimenta ei, cui tenebatur illa præſtare defunctus, & dixi etiam *Rota deciſ. 412. num. 13. par. 12. recent.* addo nunc, quod dicta concluſio habet locum non ſolum in primo hærede, & immediato, ſed etiam in hærede hæredis, & mediato, qui pariter ad illa præſtanda tenetur, vti tenebatur primus hæres, vt poſt *Intrigl. de ſubſtit. quæſt. 26. num. 7. centur. 2.* per eum relatum tradit *Vrſell. in exam. apum, concl. 89. num. 29.* nec non *Bellon. Iun. conſ. 93. num. 17.* & ſentit *Surd. de alimen. tit. 5. quæſt. 6. num. 27. in fin. Giurb. deciſ. 6. numer. 7. & Rota apud Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 90. num. 13. & deciſ. 369. num. 5. & ſeq. par. 4. recentior. tom. 2.*

43 Quod tamen licet non habere locum, quando Teſtator mandauit dicta alimenta eſſe præſtanda per Infraſcriptum, Supradictum eius hæredem, & per ſimilia verba, quia tunc ad illa præſtanda non teneri, niſi hæredem nominatum, non autem hæredem hæredis voluerint *Crot. in l. 2. numer. 4. & ſeq. ff. ſolut. matr. & Surd. de aliment. d. tit. 5. quæſt. 6. num. 26. & 27.* latè comprobans, & diſtinguat in hoc *Vrſell. in d. concl. 89. numer. 30. & ſeq.*

44 Contrarium tamen imò ad illa præſtanda teneri etiam hæredem hæredis quando illa fuerunt relicta certæ perſonæ adhuc viuenti poſt text.

in

in *l. libertis*, 4. §. *lucius*, *ff. de alim. & cibat. legat & in l. alimenta*, 16. *ff. eod. titul. & poſt gloſ. Bart. Roman. & Tiraquell.* per eum adductos firmat *Rot. d. deciſ.* 369. *num.* 5. *& ſeq. par.* 4. *recent. tom.* 2. benè comprobans, & dicens hoc eſſe ſpeciale in materia alimentorum, *& Vrſell. in exam. apum, concl.* 89. *num.* 66. *&* 67. *& Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 131. *numer.* 7. *& ſeq. par.* 1. *& cap.* 104. *num.* 30. *& ſeq. d. part.* 1.

Quibus etiam eo magis locus eſſe debet quando alimenta debentur non ex diſpoſitione hominis, ſed officio Iudicis, & ex diſpoſitione legis, cum tunc onus illa præſtandi benè tran-
45 ſeat ad hæredem hæredis, cum dictus onus tranſeat ad quemcumque poſſeſſorem bonorum, vt tradunt *Franch. Becc. conſ.* 8. *num.* 9. *lib.* 1. *Surdus de aliment. tit.* 8. *priuil.* 51. *num.* 1. *& ſeq. Carpa. ad Stat. Mediol. cap.* 313. *num.* 35. *Theſaur. deciſ. pedemont.* 211. *num.* 10. *Pacif. de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 97. *Gratian. deciſ. March.* 129. *num.* 11. *Giurb. deciſ.* 5. *num.* 13. *Ciriac. controuerſ.* 480. *num.* 16. *& Rota in Romana dotis* 1. *Iulij* 1641. *coram R. P. D. Carillo*, §. *quæ quidem*, vbi dat concordantes.

46 Itaut dictus onus alendi filias tranſeat etiam ad fiſcum veluti ad hæredem, cuius loco ipſe dicitur ſuccedere, vt tradunt *Crauett. conſ.* 263. *num.* 7. *Peregr. de iure fiſci*, *lib.* 5. *tit.* 1. *numer.* 75. *Vrſell. in exam. apum, concluſ.* 89. *num.* 46. *Surd. de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 1. *& ſeq. & tit.* 9. *quæſt.* 32. *num.* 21. *Farinacc. de delict. & pæn. quæſt.* 24. *num.* 46. *Maſsin. de confiſc. bonor. quæſt.* 35 *num.* 28. *Lucidor. de illegit. clerico, & regul. cap.* 19. *num.* 11. qui loquitur in terminis alimentorum, & dotis præſtandorum filiæ ſpuriæ, ad quæ fiſcus tenetur, vt ibi per eum, & *Rota deciſ.* 747. *num.* 5. 6. *& ſeq. par.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 82. *num.* 2. *poſt conſil. Farinac. lib.* 2. & dixi latè. *Ego allegat Forenſ.* 40. *num.* 37. *& in Reſolut. crimin in verbo Fiſcus reſolut.* 2. *numer.* 10. vbi alios retuli ita ſentientes.

47 Declara dictam concluſionem, quod onus alendi filios tranſit ad hæredes, & ad quemcumquè poſſeſſorem bonorum obligati, de qua dixi etiam in *d. art.* 1. *num.* 73. & dixit *Rota deciſ.* 369. *num.* 2. *par.* 4. *recent. tom.* 2. vt habeat locum quo ad bona, quæ tranſeunt ad hæredes, ſeu alios repræſentantes patrum, auum, & ſimil. ſecus tamen eſt dum dicta bona tranſeunt ad extraneos extra titulum hæreditarium, puta ex venditione, & ſimil. quia tunc cum pater de bonis ſuis valeat diſponere ad ſui libitum, dum non facit in fraudem legis, in eos qui ſuccedunt titulo oneroſo non tranſeunt bona cum d. onera alendi filius, vel dotandi filias, licet ſecus ſit in ſuccedentibus titul. lucratiuo, vt declarant *Cordub. in l. ſi quis a liberis*, §. *idem reſcripſit*, *num.* 81. *ff. de liber. agnoſc. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *par* 1. *num.* 119. *&* 120. *& P. Boſſ.* qui illum refert *in tract. de dote*, *cap.* 6. *num.* 10. *& Lucidor. de illegit. cleric. & regul. cap.* 19. *num.* 1. *& ferè per totum*, vbi plures dat concordantes.

48 Scripſi etiam in *dict. artic.* 1. *num.* 223. quod via executiua non datur creditori contra hæredem beneficiatum, niſi quando a parte conſtat, non fuiſſe per eum confectum Inuentarium,

rium, & quando hæres beneficiatus citatus iuxta praxim *Tiber. Saluſt. lib.* 1. *cap.* 45. ad docendum de legittimo inuentario, & ad reddendam rationem de bonis inuentariatis in termino ei aſſignato comparere non curat, & præmiſſa adimplere ad notata per *Domin. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 9. *in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 21. *num.* 9. *& tom.* 7. *in titul. de donat. diſcurſ.* 45. *num.* 19. *cum ibi per eum adductis*, & in eius contu-
49 macia in non comparendo ad reddendam rationem de bonis inuentariatis poſſe hæredem beneficiatum conueniri in perſona, & bonis voluerunt *Bald. in l. fin.* §. *& ſi præfatam, num.* 3 *C. de iure delib. Phanuc. de Inuent. par.* 5. *num.* 130. *& Rota apud Merlin. deciſ.* 721. *num.* 1. *&* 2. *tom.* 2. *& deciſ.* 39. *num.* 1. *& ſeq. par.* 6. *recentior. & deciſ.* 28. *num.* 5. *& deciſ.* 143. *num.* 4. *par.* 14. *recent. & in Beneuent. dotis* 25. *Iunij* 1666. §. *prout iuſtitia &c. coram Reuerend. Patr. D. Beuilaqua.*

50 Cum alias regulariter executio facta contra bona propria hæredis beneficiati dicatur nulla, & exceſſiua, vt docent *Ruin. conſ.* 1. *num.* 16. *& conſ.* 38. *num.* 21. *lib.* 1. *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 18. *num.* 76. *Rota apud eundem Poſt. ibi deciſ.* 61. *numer.* 3. *& deciſ.* 181. *num.* 1. *par.* 6. *recent. & deciſ.* 407. *num.* 3. *par.* 12. *recent.* & vti talis corruit ad not. per *gloſ. in l. a Diuo Pio*, 15. §. *ſi ſuper rebus*, & ibi etiam *Angel. num.* 1. *ff. de re iudic. Rota apud Buratt. deciſ.* 908. *num.* 5. *& d. deciſ.* 407. *num.* 3. *in fin.*

Quibus nunc addendum pariter cenſui pro clariori dict. concluſionis, & ferè totius materiæ inuentarij, & illius beneficij dilucidatione Primo quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita hæreditaria vel legata, niſi prius firmato ſtatu hæreditatis, & reddita per eum ratione de bonis inuentariatis, vt tradit *Rota apud Cardinal. Ottobon. deciſ.* 47. *numer.* 4. *& ſeq.* vbi dat concordantes quamplures, & apud *Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 60 *num.* 8. quæ eſt repetita *deciſ.* 265. *numer.* 12. *part.* 14. *recentior.*

52 Secundo, quod vt hæres beneficiatus beneficio inuentarij gaudere valeat tenetur primò docere de inuentario, & illud in iudicio exhibere vt tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. capit.* 981. *num.* 24. *par.* 5. vbi dicit d. exhibitionem eſſe debere realem, non verbalem, vt ibi per eum *Munoz. de eſcob. de ratioc. cap.* 9 *num.* 6. *& poſt Bald. Phanuc. Tiber. Saluſt. & Rotam* per eum adductos firmat *Ridolph. in pract. par.* 1. *cap.* 8 *num.* 253 *& cap.* 9. *num.* 20. *Poſt. reſol.* 111. *num.* 11. *&* 12. cum quibus pertranſit *Rota deciſ.* 39. *num.* 8. *& ſeq. par.* 6. *recentior. & apud Card. Ottob. deciſ.* 105. *num.* 15.

53 Et illud tenetur exhibere proprijs expenſis, cum ea quæ litigans adere tenetur teneatur adere proprijs expenſis, vt docent *Sola ad Decret. Sabaud. gloſ. vnic. par.* 1. *numer.* 26. vbi dicit, ita fuiſſe in illo Senatu iudicatum, quem referendo ſequi videtur *Theſaur. quæſt. Forenſ.* 10. *in fin. lib.* 1. licet poſtea in filio, vel alio prætendente ſuccedere in hæreditate dicat, fuiſſe reſolutum, dandam eſſe copiam ſumptibus hæreditatis, quo ad alios verò ſufficere communicationem, vel copiam vſquè ad Signum Crucis, ſi Inuentarium eſt de magna hære-

hæreditate, vt ibi per eum, cum quo pertranſit *Ca'.in.de æquitat. dict. cap. 182. num. 12. & ſeq. lib.* 2 licet contrarium illud eſſe exhibendum ſumptibus petentis dixerit *Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tractat. variar. tom. 1. in tract. de Inuent. tit. 23. in princ.*

54 Tertio debet reddere rationem de bonis inuentariatis, alias dict. priuilegio Inuentarij gaudere non poteſt, vt tradunt *Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 931. num. 26. par. 5. Phanuc. de Inuentar. part. 5. numer. 130. Munoz. de ratiocin. cap. 3. numer. 14. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 15. num. 46. Pract. Ridolph. part. 1. cap. 8. numer. 253. & Rota apud Merlin. deciſ. 721. num. 1. & ſeq. & deciſ. 304. numer. 6. par. 5. recent. & deciſ. 535. numer. 1. & ſeq. dict. part. 5. recent. lib. 2. & deciſ. 2. numer. 5. part. 6. recentior. & deciſ. 147. num. 46. par. 11. recent. & deciſ. 407. num. 4. par 12. recent. & deciſ. 31. num. 3. par. 13. recentior.* vbi habetur, quod vt Inuentarium proſit hæredi eſt exhibendus legittimus calculus dati, & accepti cum ſuis iuſtificationibus, & promiſſione reſtituendi quicquid apud eum remanſerit, vt ibi per eum, & *deciſ. 143. numer. 4. & deciſ. 521. num. 4. part. 14. recent. & apud Card. Celſum deciſ. 3. numer. 1. & ſequen. & deciſ. 350. numer. 2.*

55 Et tenetur rationem reddere integrè, & ſufficienter, alias non dicitur rationem reddidiſſe, & ſemper intrat præſumptio conſumptionis, & vſurpationis bonorum hæreditariorum, vt firmat *Rota deciſ. 535. num. 1. & ſeq. par. 5. recent. lib. 2. & deciſ. 2. numer. 5. par. 6. recentior.* Cum idem ſit

56 actum non facere, & minus legittime, & inſufficienter facere, *l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogan. Surd. conſ. 359. numer. 1. lib. 3. Monach. deciſ. Floren. 26. num. 2. Nouar. quæſt. Forenſ. lib. 1. quæſt. 126. num. 9. & Barboſ. axiom. 162. num. 5.* in termin. *Pract. Ridolphin. par. 1. cap. 9. num. 29.* & factum

57 inutile, inuallidum, & inefficax equiparatur non facto, *Coſta de fact. ſcien. & ignor. inſpect. 23. per tot. Barboſ. axiom. 93. numer. 20. Rota deciſ. 345. num. 3. part. 2. recent. & apud Gregor. XV. deciſ. 496. num. 9. Pract. Ridolph. vbi ſupra.*

58 Itaut non reddita ratione de bonis inuentariatis hæres poſſit moleſtari in perſona, & bonis proprijs, vt dicit *Pract. Ridolph. par. 1. cap. 8. num. 253. & Rota apud Card. Celſum deciſ. 3. num. 2. & deciſ. 350. num. 2.* vbi quamplures aliæ recenſentur, *& deciſ. 87. num. 12. & deciſ. 407. numer. 4. par. 12. recentior. & in Bononien. fideicommiſſ. de Rubeis, 11. Martij 1648. coram R. P. D. Dunozetto, & deciſ. 39. num. 8. & ſeq. par. 6. recent.*

59 Et eandem rationem hæres beneficiatus reddere tenetur quando vult iuſtificare cautelam *Angeli*, vt ſcripſit *Ridolph. in ſua pract. par. 1. capit. 9. num. 20.*

60 Benè verum eſt quod redditio rationum facta cum vno creditore ceſſante colluſionis ſuſpicione facit ſtatum quo ad omnes, & operatur contra alios creditores, vt docent *Dom. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. to. 9. in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 25. n. 4.*

61 Cum ſtatus hæreditatis legittimè, & non colluſiuè formatus cum vno legittimo defenſore faciat ius quò ad omnes, vt not. *Iaſ. in l. decem, 116. numer. 38. ff. de verbor. oblig. Peregr.*

de

de fideicommiſſ. artic. 53. *num.* 52. *in fin. & ſeq. D. Delucata d. tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 25. *num.* 3. *& Rota deciſ.* 102. *num.* 10. *par.* 11. *recent.* & fuit dictum *in Romana Saluiani* 15. *Ianuar.* 1644. *coram R. P. D. Leone Veroſpio*, §. *cum enim &c.* quæ eſt apud *Merlin. de pignorib. deciſ.* 79. *numer.* 4. *& ſeq.* vbi reprobat *Surd. deciſ.* 256. *num.* 5. *& ſeq.* contrarium ſentientem.

62 Creditum verò perſolutum creditoribus per hæredem beneficiatum, vt de eo in redditione rationum ſit habenda ratio, & ſit attendendum debet eſſe verum, & legale *Cephal. conſ.* 344. *numer.* 19. *lib.* 3. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 141. *numer.* 2. *Rota deciſ.* 39. *num.* 5. *&* 6. vbi aliæ plures allegantur *& deciſ.* 521. *num.* 11. *part.* 14. *recent. & in Romana fideicommiſſi de Donatis* 7. *Iunij* 1660. *coram Card. Cerro, & deciſ.* 350. *numer.* 5. *apud*

63 *Card. Celſum*, Ita vt ſimplices quietantiæ non dicantur ſufficientes ad probandam realitatem dicti crediti in præiudicium aliorum creditorum, vt benè declarat *Rota d. deciſ.* 39. *numer.* 5. *&* 6. *& d. deciſ.* 521. *num.* 11. *par.* 14. *recent.* in quibus dantur concordantes.

64 Et inſuper hæres beneficiatus ad dictum effectum reddendi rationes, & gaudendi beneficio Inuentarij tenetur conficere libros rationum, vt tradunt *Gabr. conſ.* 148. *num.* 3. *lib.* 1. *& Rota deciſ.* 39. *numer.* 4. *& deciſ.* 521. *num.* 6. *par.* 14. *recent.* & illos in iudicio exhibere ad dictum effectum diſpungendi rationes, vt not. *Saluſt. in pract. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 9. *& Rota d. deciſ.* 39. *num.* 4. *& ſeq. part.* 14. *recent.* & ſenſit eadem *Rota d. deciſ.* 521. *numer.* 5. *dict. par.* 14. *recentiorum*.

65 Cum enim hæres beneficiatus dicatur adminiſtrator legalis bonorum hæreditariorum, & inter adminiſtratores computetur, ex deductis per *Salgad. in laber. creditor. par.* 3. *cap.* 7. *num* 20. *& ſeq.* & not. *Domin. meus Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 8. *in tit. de credit. & debit. diſcurſ.* 36. *num.* 23. *& diſcurſ.* 37. *num.* 3. *& tom.* 9. *in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 25. *num.* 10. intrat concluſio, quod teneatur conficere libros, ſine qui-

66 bus ratio reddi non valet, vt tradunt *Ruin. conſ.* 94. *num.* 6. *lib.* 5. *Rolan. conſ.* 49. *num.* 22. *& ſeq. vol.* 1. *Gabr. conſ.* 148. *num.* 3. *lib.* 1. *Munoz. de ratiocin. cap.* 10. *num.* 1 *& num.* 13. vbi dicit, quod confectio libri rationum eſt de ſubſtantia actus adminiſtratorij, vt ibi per eum, & latè comprobat *Farinacc. conſ.* 96. *numer.* 45. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, *Ciriac. controuerſ.* 544. *num.* 13. vbi plures dat concordantes.

67 Licet prædicta non ſint tuta, cum imò rationes reddi poſſe aliunde, & ſine libris, & ſic adminiſtratorem non teneri illos conficere tenuerit *Calcan. conſ.* 93. & poſt *Crauet. Plot. Seraph. Rot. Ianuen. Borgnin. Menoch. Cornaz. Palm.* & alios per eum adductos firmat *Andreol. controuerſ* 106. *in fin.* & tenuit *Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 199. *num.* 5. vbi tres aliæ deciſiones eiuſdem *Rotæ* allegantur, & ibi *Adden. num.* 8. dicentes, ab opinione *Rotæ* non eſſe recedendum, & *deciſ.* 247. *num.* 5. & fuit dictum in *Romana legatorum* 2. *Decembr.* 1619. *coram R. P. D. Remboldo*, Quicquid dicendum ſit in adminiſtratore publico

blico, de quo habetur per *Rot. apud Greg. XV. d. deciſ. 199. & dict. deciſ. 274. & ibi Adden.*

68 Benè verum eſt, quod ſi hæres beneficiatus inuentarium in iudicio exhibuit, & de bonis in eo deſcriptis rationem reddidit, & prætendatur pro parte creditorum, rationes non fuiſſe benè redditas, & diſpunctas, non poteſt contra eum procedi via executiua, ſed ordinaria tantum, & appellabili, vt tradit *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in titul. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 19. num. 2. & diſcurſ. 22. num. 17.* & idem eſt ſi de Inuentario conſtet, ſed prætendatur, illud eſſe nullum & inuallidum, vt not. idem *D. Deluca in d. titul. de hæred. & hæredit. d. diſcur. 19. numer. 2. & diſcurſ. 21. num. 7.* vbi dicit, ita obtinuiſſe in Signatura, & in *Rota coram Card. Cerro.*

Sicuti etiam verum eſt, quod licet hæres beneficiatus, vt gaudeat beneficio Inuentarij teneatur reddere rationem de bonis inuentariatis,

69 non tamen tenetur reddere rationem de nominibus debitorum non exactis per eum, vt tradunt *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 10. num. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 625. num. 1.* qui loquitur in hærede grauato *D. Deluca licet dubius in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in tit. de hærede, & hæreditate diſcurſ. 7. num. 7. & Rota deciſ. 310. num. 5. 6. & ſeq. par. 5. recent.*

70 Cum hæres beneficiatus non teneatur exigere credita hæreditaria, vt tradunt *Iaſ. in l. fin. §. & ſi præfatam, num. 1. verſ. quarta vtilitas, C. de iure deliber. Cancer. variar. reſolut. par. 3. in titul. de Inuent. numer. 139. Ciriac. controuerſ. 610. num. 26. & Rota apud Duran. deciſ. 612. num. 10. & deciſ. 82. in fin. par. 14. recent. & deciſ. 313. numer. 9. eadem par. 14. recent.* licet ſi ob

71 eius culpam in exigendo credita hæreditaria ab initio exigibilia fuiſſent effecta inexigibilia, & non ſoluendo, ipſe hæres teneretur de damno ex eo reſultante *Peregr. de fideicommiſſ. art. 41. num. 18. Ciriac. d. controuer. 310. num. 24.* vbi habetur quando dicatur conſtare de negligentia hæredis in exigendo, *& Rota d. deciſ. 313. num. 7. & 8. par. 14. recent.*

72 Prout neque tenetur vendicare bona quæ ſunt apud tertios poſſeſſores, vt docent *Pariſ. conſ. 45. num. 26. lib. 2. Monticul. de inuentar. capit. 10. num. 30.* quos referendo ſequitur *Rota apud Duran. d. deciſ. 212. num. 7. & d. deciſ. 310. num. 6. par. 5. recent. & in Anconit. cenſus 11. Decembr. 1641. coram Cardinal. Cerro, §. quo verò ad valorem, &c.* Neque tenetur d. de cauſa litigare, *Iaſ. in d. l. fin. §. & ſi præfatam, ſub num. 1. C. de iur. deliber. Pariſ. d. conſ. 45. num. 26. lib. 2. Montic. de inuent. d. cap. 10. numer. 30. & Rot. d. deciſ. 310. num. 6. par. 5. recent.*

73 Cum hæres beneficiatus adeo a lege ſeruetur indemnis, vt a quibuſcumquè vexationibus etiam nudi facti liberetur, vt declarant *Bald. Corn. & alij in l. fin. §. & ſi præfatam, C. de iure delib. Spin. de teſtam. gloſ. 35. num. 49. Valaſc. deciſ. 52. num. 39. in fin. par. 1. Cancer. variar. reſol. d. par. 3. capit. 2. de Inuent. num. 139. & Rot. d. deciſ. 310. num. 7. par. 5. recentior.* & ideo

74 quod hæres beneficiatus non teneatur reddere rationem, niſi de bonis ad eum peruentis ſcripſit *D. Io: Bapt. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 9. in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 17.*

num.

num. 13. authoritate *Rotæ*, *deciſ.* 380. *par.* 4. *rec. tom.* 2. addo eandem *Rot. apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. dec.* 103. *in fin.* & *deciſ.* 153. *num.* 14. *par.* 13. *rec.*

75 Neque etiam tenetur reddere rationem de pecunijs, quæ breui tempore deuenerunt ad defunctum, niſi conſtito ad ipſum hæredem beneficiatum illas perueniſſe, vt pariter tradit *D. meus Deluca in d. tom.* 9. *in tit. de hæred.* & *hæredit. diſcur.* 17. *num.* 13. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in Rota *in Anconit. hæredit.* 28. *Ianuar.* 1665. *coram R. P. D. Veroſpio* § *nec vrget* &c.

76 Licet ipſe hæres beneficiatus teneatur ad reddendam rationem de mobilibus inuentariatis, licet conſumptis non tantum illorum, qui cum ſint ſolidæ materiæ in eis non intrat præſumptio conſumptionis, quæ in alijs mobilibus cadit, vt benè declarat *D. Deluca in d. tom.* 9. *in tit. de hæred.* & *hæredit. diſcurſ.* 20. *num.* 15. Sed etiam de alijs mobilibus, quæ vſu conſumuntur poſt habitam ſcientiam de exiſtentia creditorum, & inſufficientia hæreditatis, cum tunc dicatur conſumere bona creditorum, non autem hæreditatis, cuius ipſe non eſt dominus, ſed tantum eſt adminiſtrator, vt pariter declarat *D. Deluca in d. tit. de hæred.* & *hæredit. diſcur.* 20. *num.* 15. & ante eum ſcripſerunt *Peregr. de fideicom. art.* 10. *num.* 36. & 37. & *art.* 49. *num.* 77. *in fin.* & fuit dictum in *Maceraten. dotis*, 26. *Aprilis* 1619. & 18. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Pirouano*, & *in Romana cenſus* 3 *Decembr.* 1635. *coram R. P. D. Veroſpio*, § *non enim viſa fuerunt* &c. in qua *dec. cor. Pirouano* receſſum fuit ab alia dec. facta in eadem cauſa *ſub die* 14. *Martij* 1619. licet ſtante præſumptione conſumptionis bonorum, hæredem non teneri de illis reddere rationem dixerit eadem *Rota apud Card. Ottobon. deciſ.* 47. *num.* 3.

77 Quicquid dicendum ſit in terminis reſtitutionis bonorum faciendæ per hæredem grauatum fideicommiſſo, cui de iure non erat prohibitus vſus mobilium hæreditariorum, vt bene declarat eadem *Rot. in d. Roman. cenſus coram Veroſpio, d.* § *non etiam viſa fuerunt* &c. & ſcripſit etiam *Antonell. de tempor. legal lib.* 1. *cap.* 68. *numer.* 1. & *ſeq.* vbi dat limitationes, & *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 54. nec non *D. Deluca in d. tom.* 9. *in tit. de hæred* & *hæredit. diſcurſ.* 20. *num.* 15. & *tom.* 10. *in tit. de fideic. diſcurſ.* 200. *nu.* 5. & 6. præter quam in mobilibus ſolidæ materiæ, & plures adducit Rotæ deciſ.

78 Amplia ſupradicta, vt hæres beneficiatus teneatur etiam reddere rationem de fructibus per eum perceptis ex bonis hæreditarijs, qui non debent cedere in commodum hæredis habentis ſcientiam de oneribus, quibus hæreditas ſubiacet, ita vt ſi de illis rationem non reddat mandatum executiuum relaxatum contra defunctum veniat exequendum contra ipſum hæredem, & eius bona, vt ex *Bald. Iaſ. Guid. Pap. Surd.* & *Peregr.* per eum adductos firmat *Rota deciſ.* 521. *num.* 7. & *ſeq. par.* 14. *recent.*

Et quod hæres beneficiatus detectis creditoribus vti in mala fide non faciat fructus ſuos, ſed illos teneatur reſtituere, & de eis reddere rationem tenuit *Rota deciſ.* 304. *num.* 3. & *ſeq.* & *deciſ.* 535. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* & *apud Card. Celſum deciſ.* 3. *numer.* 7. & *deciſ.* 350. *num.* 10. & *deciſ.* 391. *n.* 7. vbi aliæ quamplures enunciantur.

79 Quod tamen crediderim habere locum quando hæres beneficiatus nõ ſolum habet ſcientiam de exiſtentia creditorum hæreditatis, ſed etiam ipſi creditores vrgent pro ſatisfactione propriorum creditorum, quo caſu hæres beneficiatus dicitur conſtitutus in mala fide, ſecus autem ſi agatur de fructibus decurſis antequam d. creditores vrgeant, quia illos hæres facit ſuos titulo Pro hærede, & ex bona fide, ſeu ſaltem non mala, ita vt non ſufficiat ſola ſcientia de exiſtentia creditorum, & ſic non tenetur de illis rationem reddere, vt ego probaui ſupra *in prim. art. num* 436. *& ſequen.* & benè comprobat diſtinguendo *Munoz de ratiocin. cap. 9. num.* 83. *& Rota deciſ* 131. *num*. 2. *& ſeq. par. 6. recent. & apud Card. Ottobon. d. deciſ.* 47. *numer.* 6. *&* 7. & cum hac opinione pertranſit eadem *Rota* quando creditores diu diſtulerunt petere eorum credita, & pulſare hæredem beneficiatum *deciſ.* 304. *num.* 23. *& ſeq. par.* 5 *recent.* & hæredem beneficiatum non dici bene reddidiſſe rationem ſi non reddit illam de fructibus per eum perceptis poſtquã fuit citatus a creditoribus dixit *Rot. dec.* 701. *n.* 11. *par.* 11. *recent.* & quando conſtat hæredem eſſe debitorem hæreditatis *Rot. d. deciſ.* 701. *num.* 12.

80 Fructus autem bonorum hæreditariorum præſumuntur percepti ab hærede poſſeſſore, *Rota apud Gregor. XV. deciſ* 50. *num.* 2. *& ibi Adden. littera B. & deciſ.* 269. *num.* 2. *par.* 1. *recen. & apud Poſt. de ſubhaſt. deciſ.* 50. *num.* 13. *& apud Card. Seraph. deciſ.* 1245. *num.* 6. *& deciſ.* 1364 *in princip. & apud Merlin. de pignor. deciſ.* 46. *num.* 4. *& deciſ.* 74. *numer.* 2. *& apud Buratt. deciſ.* 173. *num.* 3. *& ibi Adden. num.* 9. ſi bona erant fructifera, & niſi conſtaret, quod poſſeſſor non ſe ingeſſerit in perceptione fructuum, vt not. *Adden. ad Buratt. d. deciſ.* 173. *num.* 9. *& Adden. ad Gregor. XV. d. deciſ.* 50. *littera B.*

81 Non omittendo tamen, quod rationem bonorum hæreditariorum non eſt opus reddi, quando de ſtatu hæreditatis aliundè conſtat, vt in ſimili dixit *Rota apud Roius. deciſ.* 389. *num.* 12. *& deciſ.* 428. *num.* 6. *& apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 179. *in fin. & in Roman. ſeu Nepeſina reſtitut. in integr.* 18. *Martij* 1652. *coram Card. dinal. Cerro.*

Scripſi vlterius ſupra *in prim. art. num.* 68. *& ſeq* quod hæres patris tenetur dotem præſtare, & ſoluere illius filiæ, cum dict. onus dotandi tranſeat ad
82 hæredes patris, & aui in defectum filij, pro cuius concluſionis declaratione addendum exiſtimaui, quod licet pater teneatur præſtare dotem filiæ legitimæ, & naturali, licet ipſa ſit diues, & habeat vndè ſe dotare poſſit de proprio, vt tradunt *Ripa, Crot. Soc. Iun. Bolognet. Ponta. & alij in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* nec non *Card. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 15. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *numer.* 110. *Gratian. diſcep. Forenſ. capit.* 269. *num* 5. *par.* 2. *Giurb. deciſ.* 45. *num.* 27. *Peregr. deciſ* 13. *numer.* 25. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 8. *& ſeq. Add. ad Bon. deciſ.* 460. *numer.* 152 *par.* 4. *recen. tom.* 2. latè *P. Boſſ. de dote, cap.* 4. *num.* 25. qui plures dat concordantes; *Dom. meus Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 6. *in titul. de dote, diſcurſ.* 142. *numer.* 25. benè *Paulus Rubeus de* *va-*

lidit. legal. cap. 66. num. 126. vbi teſtatur de magis communi opinione *Rota apud Coccin. deciſ.* 143. *num.* 9. vbi teſtatur de communi opinione, & *deciſ.* 252. *in fin. par.* 11. *recentior. & in Roman. dotationis, 26. Iunij 1635. R. P. D. Buccabella.*

83 Hæres tamen patris, vel aui non tenetur illam dotare, quando ipſa habet bona propria, ex quibus valeat ſe dotare, nequè tenetur aliquid ei tradere vltra legittimam ei per patrem relictam, licet illa pro congruenti dote non ſit ſufficiens, vt tradunt *Peregr. de fideicom. art.* 42. *num.* 66. *& ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *par.* 1. *num.* 112. *Dominus Deluca in d. titul. de dote, diſcurſ.* 142. *numer.* 40. vbi dicit, hæredem in dict. caſu teneri tantum in ſubſidium, & quod in hoc omnes conueniunt, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Rota apud Card. Seraph. deciſ.* 1483. *numer.* 5. *& ſeq. & apud Coccin. dict. deciſ.* 143. *num.* 9. *& ſeq.* quæ eſt repetita *deciſ.* 66. *par.* 1. *recent.*

84 Et ratio differentiæ eſt inter patrem, & illius hæredem, quia pater relicta filiæ legittima poteſt de reliquis bonis ad ſui libitum diſponere, *l. parentibus*, 8. *& ibi Bart. C. de inoffic. teſtam. Surd. deciſ.* 21. *num.* 14. *Soccin. Iun. conſ.* 64. *num.* [illegible] *lib.* 4. *Crauett. conſ.* 142. *num.* 1. *Rolan. conſ.* 62. *num.* 25. *vol.* 1. *Clemen. de patr. poteſt. effect.* 16. *num.* 57. Vnde relicta ei legittima iam pater ſatisfecit officio ſuo, & ſic ad aliud non tenetur, ita nec eius hæres teneri debet, vt declarant *Alciat. de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 26. *ſub num.* 4. *Cuman. in l. mulier*, 22. *§. cum proponeretur, num.* 11. *ff. ad Trebell. Peregr. de fideicommiſſ. dict. articul.* 42. *numer.* 68. *Fontanell. de pact. nuptial. dict. clauſul.* 5. *gloſ.* 1. *part.* 1. *numer.* 112. *& Rota. apud Cardinal. Seraphin. dict. deciſ.* 1483. *num.* 7. *& apud Coccin. dict. deciſ.* 143. *num.* 10.

85 Quibus non obſtat, quod bona patris tranſeunt ad hæredem cum ſua cauſa ideſt cum onere dotandi etiam filiam diuitem, vt not. *Bart. & Caſtr. in l. ſi marito*, 32. *§. ſi voluntate, num.* 4. *ff. ſolut. matr. Cordub. de liber. agnoſc. §. non tantum, numer.* 2. & generaliter ſcripſit *Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. littera O. concluſ.* 145. *num.* 1. *& ſeq.* Quia hæres tenetur ſolum vſque ad legittimam quæ ſi non eſt ſufficiens, tenetur quoquè vltra, ſi mulier non habeat aliundè, ſecus autem ſi habeat, vt not. *Abb. conſ.* 12. *ſub num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *& Peregr. Fontanell. D. Deluca, & Rota in locis ſupra proximè adductis.*

86 Licet contrariam opinionem, imò hæredem patris teneri ad dotandam filiam congruenter etiam vltra legittimam ei relictam per patrem, ſi illa non ſit ſufficiens ad illam congruenter dotandam etiam ſi filia habeat de proprio, vndè ſe congruenter dotare valeat tenuerint *Ruin. conſ.* 200. *num.* 4. *lib.* 1. *Car. Mart. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 12. *tit.* 19. *num.* 16. *Barboſ. in l.* 1. *par.* 4. *num.* 11. *ff. ſolut. matr. & P. Boſſ. de dote d. cap.* 6. *num.* 16. Qui mouentur ex eo, quia ſicut pater tenetur dotare filiam congruè, & decenter etiam ſi illa ſit diues, & habeat de proprio, ita teneri debet illius hæres, in quem tranſit obligatio patris, cui iam ſupra fuit ſatisfactum, *num.* 79. *&* 80.

87 Benè verum eſt, quod ſi filia

non habeat de proprio, & legitima ei relicta a patre non ſit ſufficiens ad illam congruè dotandam, tunc hæres patris tenetur ſupplere de bonis paternis etiam vltra legittimam vſquè ad congruam dotem, vt declarat *P. Boſſ. de dote in d. cap. 6. numer.* 16. cum quo concordant omnes ferè Doctores ſupra proximè adducti.

88 Vtrum vero in dict. caſu quando filia habet bona materna, & aduentitia, cum quibus ipſa poſſit commodè nubere, pro illa congruenter dotanda alienari poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta ad materiam *auth. res quæ, C. commun. de legat.* differint *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 531. *num.* 144. *& ſeq.* vbi duas refert inter ſe contrarias Doctorum opiniones, nec non *Paul. Rube. de valid. legal. cap.* 70. *ferè per tot. & Rota apud Coccin. deciſ.* 143. *numer.* 2. *& ſeq.* ipſos conſulas.

Amplia dicta ſupra *num.* 77. *& ſequen.* quod hæres Patris, vel Aui in defectum filij tenetur perſoluere dotem, & alimenta filiæ legittimæ, & natu-

89 rali, ſed etiam tenetur ſoluere dotem, & alimenta filiæ ſpuriæ, & illegittimæ, cui tenebantur illa præſtare Pater, & Auus vt ſupra vt ex Modernioribus tradunt *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 14. *Peregr. de iure fiſc. lib.* 3. *titul.* 18. *numer.* 65. *Surd. de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 14. *&* 19. *& quæſt.* 50. *numer.* 1. *Cancer. variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 21. *num.* 223. *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. part.* 1. *cap.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 13. *in fin. & deciſ.* 5. *num.* 19. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 7. *num.* 28. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *part.* 1. *numer.* 118. *Paſcal. de patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 25. *& ſeq.* latè *Lucidor. de illegitt. cleric. & regul. cap.* 19. *num.* 4. vbi alios dat concordantes quamplures, & teſtatur de communiſſima opinione, & *num.* 6. ampliat hoc habere locum, etiam ſi Aſcendentes prohibuiſſent, quod hæres nec dotem, nec alimenta Soboli illegittimæ præſtarent, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *P. Boſſ. de dote, cap.* 6. *num.* 20. *& ſeq.* vbi hoc ampliat eo magis habere locum quo ad filiam legittimam, & quando filia, vel neptis habet matrem & fratres diuites a quibus poſſit dotari, vt ibi per eum, & *Rota apud Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ.* 52. *in fin. & deciſ.* 224. *num.* 1. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 82. *num.* 1. *& deciſ.* 91. *numer.* 2. *poſt ſec. vol. conſil. Farinac.*

90 Et idem eſſe tam quo ad hæredem aui paterni, quem pariter teneri ad ſoluendam dotem, nepti, ſpuriæ, & illegittimæ pauperi, vel alimenta ſcripſerunt *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 12. *tit.* 18. *num.* 14. *Vinc. de Franch. deciſ.* 686. *num.* 2. *Anton. a Gama. deciſ.* 11. *num.* 9. *Rota apud Fenzo. ad Stat. Vrb. deciſ.* 23. *verſ. nihilominus* benè comprobans, & alij quos refert, & ſequitur *Lucidor. de illegit. clericor. & regul. cap.* 19. *num.* 5. *& P. Boſſ. de dote capitul.* 6. *numer.* 20.

91 Quam quoad hæredem, & ſucceſſorem aui materni, in quem pariter tranſire dict. onus not. *Mareſc. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 83. *num* 38. *& ſeq. Rota apud Card. Seraph. deciſ.* 41. *num.* 5. *& deciſ.* 58. *num.* 7. *& deciſ.* 314. *numer.* 24. *par.* 6. *recent.* quos referendo ſequitur *Lucidor. d. cap.* 19. *num.* 5.

92 Et tenentur hæredes, & ſucceſſores ex bonis aſcendentium præſtare alimenta

menta

menta, & dotare filias ſpurias etiam ſi dicta bona fideicommiſſo, vel primogenituræ fuerint ſuppoſita, vt docent *Peregr. conſ.* 115. *numer.* 4. *lib.* 5. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 10. *num.* 28. *& art.* 17. *num.* 69. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 531. *num.* 13. *& quæſt.* 536. *num.* 4. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 641. *num.* 28. *Lucidor. de illegit. Cleric. & regul. d. cap.* 19. *num.* 7. vbi alios dat concordantes, & dicit hoc procedere etiam ſtante præcepto Teſtatoris in contrarium, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Rota apud Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ.* 53. *verſ. quod facilius &c. & deciſ.* 314. *num.* 21. *par.* 6. *recen.*

93 Aduertendum tamen eſt, quod ſi ex vtraquè parte tam Patris, quam Matris adſint hæredes, & ſucceſſores bonorum, prius ſunt petenda alimenta, vel dotes ab hæredibus Paternis, quam maternis, nam cum prius ad illa præſtanda teneretur Pater, quam Mater, ita teneri debet illius hæres, vt not. *Lucidor. de illegitt. Clericor. & regul. d. cap.* 19. *num.* 31. *& Rota apud Duran. deciſ.* 26. *num.* 8. *& ſeq.* & prius ſunt petenda alimenta, & dotes a fratre, vel à patruo ex latere paterno, quam materno, vt probat idem *Lucidor. in d. tract. de illeg. Cler. & reg. cap.* 18. *n.* 17. benè comprobans.

94 Amplia ſupradictam concluſionē, quod hæres tenetur ſoluere, & tradere dotem filiæ teſtatoris, vt ſupra, quod hæres, qui adiuit hæreditatem ſine beneficio inuentarij teneatur nō ſolum ſoluere æs alienum, & legata a teſtatore relicta, ſed etiam teneatur ſoluere legittimam filio debitam, vt tradunt *Alciat. Rip. Soccin. Iun. Picus, Ruin. & alij in l. in quartam,* 90. *ff. ad leg. falc. Oſaſch. conſ.* 56. *num.* 9. *& ſeq. Craſſ. de ſucceſſ.* §. *legittima, quæſt.* 18. *num.* 2. *ad fin.* qui ita receptum eſſe teſtatur, & *Redenaſ. conſ.* 100. *num.* 10. vbi alios dat concordantes, & dicit de hoc non eſſe dubitandum, & benè comprobat, vt ibi per eum.

95 Quando verò hæres Clerici, vel alius eiuſdem lucratiuus ſucceſſor teneatur alere, vel dotare eius Sobolem Spuriam ex bonis eiuſdem Clerici patrimonialibus, vel quaſi, & de redditibus Eccleſiaſticis tractat latè *Lucid. de illegit. Cler. & regul. d. cap.* 19. *num.* 17. *& ſeq.* ipſum conſulas, non voluerim hic omnia ad ſupradictam materiam de dotanda, vel alenda filia ſpuria referre.

96 Dum verò dixi in 1. *art. num.* 365. quod hæres beneficiatus creditor defuncti quo ad effectum lucradi fructus poteſt ſine dolo, & fraude etiam non citatis creditoribus ſibi appropriare aliqua bona ſtabilia pro concurrenti quantitate ſui crediti, non autem ad effectum acquirendi dominium illorum, licet tutius ſit id facere cum authoritate Iudicis, dixerit *Rot apud Poſt. de ſubhaſt. deciſ.* 196. *num.* 12. *in addit.* imò cenſeri factam d. appropriationem ipſo iure ad d. effectum lucrandi fructus, & tradit etiam *D. Deluc. in Theat. verit. & iuſt. tom.* 9. *in tit. de hæred. & hæredit. diſcur.* 28. *num.* 15. ad-
97 dendum exiſtimaui, quod licet exiſtentibus bonis mobilibus in hæreditate illa debeat hæres prius accipere in ſatisfactionem ſui crediti, vt ſentiunt *Surd. deciſ.* 170. *num.* 2. *& ſeq. Gratian. diſceptat. Forenſ. capitul.* 214. *numer.* 16. *part.* 2. *idem Dominus Deluca in dict. tutul. de hærede, & hæreditat. diſcurſ.* 28. *numer.* 16. *&*

Rota deciſ. 680. numer. 7. part. 1. diuerſ. & deciſ. 127. num. 13. part. 7. recentior.

98 Tamen omiſſo quod dict. ordo potius eſt ſeruandus ex vrbanitate, & benignitate vt fiat cum minori debitoris incommodo, itaut illo non ſeruato executio, ſeu adiudicatio non ſit nulla, ſed poſſit ab illa appellari, vt docent *Aſin. de execut. §. 4. cap. 90. num. 12. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 7. num. 26. par. 1. & cap. 353. num. 13. & ſeq. part. 2. & capit. 479. num. 40. & 41. par. 3. Antonel. conſ. 27. num. 6. Fenzo. ad Stat. Vrb. cap. 195. num. 10. & ſeq. Gallerat. de renunc. tom. 2. cent. 2. renunciat. 187. num. 3.* latè *Poſt. de ſubbaſt. inſpect. 14. num. 21.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit dictum ordinem non eſſe ſubſtantialem, nec datum pro forma, & latè comprobat, & teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & quamplures refert caſus in quibus dict. ordo non eſt neceſſarius, cum qua pertranſit *Rota apud Nigrum de ſubbaſt. deciſ. 34. numer. 7. & apud Card. Caualer. deciſ. 564. num. 2.*

99 Quia inquam in omnem caſum prædicta non videntur habere locum ſtante obligatione Camerali, quarantigia, & obligatione reali, cuius vigore creditor pro ſui crediti ſatiſfactione non adſtringitur ſeruare dictum ordinem, ſed bona quæcumquè etiam fructifera meliora, & prætioſiora ſibi magis benè viſa eligere poteſt *ad tex. in l. creditoris, 8. ff. de diſtract. pignor. & in l. qui generaliter, 2. cum ibi not. per Doctor. ff. qui potior. in pign. habe.* & tradunt *Surd. deciſ. 44. num. 6. & ſeq. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 7. num. 8. par. 1. & cap. 479. num. 42. par. 3. Antonel. conſ. 27. num. 7. Zacch. de oblig. Cameral. quæſt. 15. numer. 18.* plenè *Poſt. de ſubbaſtation. inſpect. 14. num. 42. & ſequen. & Rota apud Poſt. vbi ſupra deciſ. 42. numer. 12. & deciſ. 72. num. 12. & deciſ. 741. num. 5. par. 3. recent. & deciſ. 37. numer. 5. par. 11. recent.* cum alijs relatis in *Romana dotis 27. Maij 1647. §. concluſio procedit & coram Cardinal. Cerro.*

100 Et eo magis ſi mobilia ſint modici valoris, vt conſiderat *Rota d. deciſ. 127. num. 13. par. 7. recent.* Ne hæres per dictam fictam ſolutionem grauetur, quæ cum per legem in eius fauorem inducatur non debet ideo in eius odium retorqueri, vti aduertunt *Peregr. de fideicommiſſ. art. 35. num. 22. & ſeq. & Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 214. num. 18. par. 2.*

Dum vero dixi *in dict. prim. art. num. 443.* Quod hæres beneficiatus non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditarias quando creditores fatentur, in hæreditate non adeſſe alia

101 bona, quibus nunc addo, idem eſſe ſtatuendum quando ſtatus hæreditatis eſt certus, quia tunc omiſſio Inuentarij non præiudicat, & hæres non tenetur ſoluere debita defuncti vltra vires hæreditatis, vt tradunt *Dominus Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 9. in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ. 23. num. 10 & Rota apud Rojas deciſ. 428. numer. . . . .* & hæredem beneficiatum non teneri reddere rationem quando de ſtatu hæreditatis aliunde conſtat dixi *ſupra numer. 81.* ex *Rota apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 179. in fin. & alijs ibi allegatis.*

102 Ad-

102 Addo vlterius pro clariori materiæ elucidatione, quod hæres beneficiatus poteſt ſoluere debita hæreditaria creditoribus primò venientibus, & ſibi magis gratis, & ita ſoluendo liberatur, ita vt per alios creditores anteriores non poſſit moleſtari, vt tradunt *Rolan. conſ.* 14. *num.* 20. *& ſeq. lib.* 1. *Craſſ. de ſucceſſ. par.* 2. *art. Inuentarium, quæſt.* 20. *numer.* 4. *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 26. dicens anteriores tantum contra poſteriores creditores agere poſſe, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 532. *numer.* 5. *par.* 1. *Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tractat. variar. tom.* 1. *in tract. de Inuent. titul.* 13. *cap.* 9. *num.* 119. vbi quamplures dat concordantes, *Cancer. variar. reſolut. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 145. *Caluin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 34. *in princip. Poſt. reſolut.* 17. *num.* 105. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap. vlt. num.* 95. *& Domin. meus Deluca in Theatr. veritat. & iuſt. tom.* 9 *in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 25. *num.* 5.

103 Quod tamen habet locum quando ipſe hæres beneficiatus ſoluit bona fide, puta quia neſciebat adeſſe creditores anteriores, quia ſi habebat ſcientiam adeſſe creditores anteriores ſoluendo poſterioribus creditoribus tenetur ab eis exigere cautionem de reſtituendo ſolutum creditoribus anterioribus, alias ſoluendo poſterioribus ſine dicta cautione vti exiſtens in dolo, non remanet liberatus, vt declarant *Rolan. de Inuentar. part.* 4. *verſ. octaua eſt vtilitas, num.* 1. *Gratian. diſcept. Forenſ cap.* 532. *num.* 6. *& ſeq. par.* 3. *Craſſ. de ſucceſſ. d. par.* 2. *art. Inuentarium, quæſt.* 20. *num.* 4. *Cancer. variar. reſolut. d. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 146. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, *Balth. Tomaſ. in d. tract. de inuentar. tit.* 13. *cap.* 9. *numer.* 123. *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ.* 16. *numer.* 17. *par.* 2. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 7. *num.* 24. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 4. *cap. vlt. num.* 96. *Dona. Anton. de Marin. variar reſol. lib.* 2. *cap.* 105. *num.* 9. *Salgad. in laber. creditor. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 26. *Domin. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 6. *in tit. de dote, diſcurſ.* 72. *num.* 23. *& tom.* 9. *in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 25. *num.* 5. *verſ. è conuerſo &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *& tom.* 8. *in tit. de credit. & debit. diſcurſ.* 53. *num.* 10. cum quibus pertranſit *Rota apud Cardinal. Seraph. deciſ.* 1311. *num.* 3. *& deciſ.* 202. *in fin. apud Zacch. de oblig. Camer. & deciſ.* 211. *num.* 1. *par.* 10. *recentior.* vbi dicit, ſcientiam probari ex inuentario, & leuioribus probationibus *& deciſ.* 201. *num.* 41. *par.* 11. *recent. & deciſ.* 39. *num.* 8. *par.* 14. *recent. & deciſ.* 521. *num.* 15. *eadem par.* 14. *recent. & apud Cardinal. Celſum deciſ.* 185. *num.* 5. vbi aliæ recenſentur.

104 Ne alias in facultate hæredis poſitum ſit colludendo cum creditoribus poſterioribus ius auferre creditoribus anterioribus abſentibus anterioribus, vel qui ratione ætatis vel ignorantiæ, ſeu alterius impedimenti ius ſuum proſequi non poſſunt, vt benè conſiderat *Domin. Deluca in dict. tom.* 9. *in titul. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 25. *ſub num.* 10.

105 Quicquid contrarium imò hæredem beneficiatum ſoluentem creditori poſteriori, etiam ſi ſciat adeſſe creditores anteriores eſſe liberatum ſcripſerint *Valaſc. conſult.* 52. *numer.* 38. vbi hanc opinione dicit verio-

rem

rem *Phanuc. de inuentar. par. 5. num.* 137. *Gannauer. deciſ.* 8. *num.* 11. *& ſeq. & Andreol.* latè comprobans *controuerſ.* 362. *per tot.* contra quos adeſt communis, & Rotæ Romanæ opinio de qua ſupra.

106 Quæ quidem concluſio habet locum, & procedit non ſolum quando hæres beneficiatus habet ſcientiam certam, adeſſe creditores anteriores, ſed etiam quando veriſimiliter ſuſpicari poteſt, quod hæreditas non ſit idonea, ſed illam eſſe quamplùribus debitis inuolutam, vt tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 532. *num.* 6. *& ſeq. par.* 3. *Ciriac. controuer.* 160. *num.* 166. vbi dat concordantes, *& D. Deluca in d. tom.* 9. *in tract. de hæred. & hæreditate, diſcurſ.* 25. *numer.* 9. benè comprobans *& Rota d. deciſ.* 211. *num.* 7. *& ſeq. par.* 10. *recent. & deciſ.* 39. *numer.* 8. *par.* 14. *recentior. & in Roman. reſtitut dotis* 15. *Iuny* 1648. *coràm Reuerendiſs. Decano,* §. *ideoque non applicatur &c.*

107 Licet eum in dicto caſu agi dicatur de graui præiudicio hæredis requiri ſcientiam veram, & poſitiuam, non autem ſufficere præſumptam ſuaderi videatur ex not. per *Adden. ad Gregor. XV. deciſ.* 127. *ſub num.* 11. *& per Adden. ad Rotam deciſ.* 542. *numer.* 90. *& ſequen. part.* 4. *recentiorum, tomo* 3.

108 Quibus eo magis locus eſſe debet, quando creditor poſterior cui fuit ſolutum eſſet non ſoluendo, vt not. *Vinc. de Franch. deciſ.* 298. *num.* 9. *& Balthaſ. Tomaſ in d. tract. de Inuentar. tit.* 13. *cap* 9. *num.* 127.

109 Niſi tamen hæres beneficiatus ſolueret poſteriori creditori præſente creditore anteriori, & ipſo tacente, & non contradicente, quia tunc ita ſoluendo eſſet tutus, vt ſcribit *Theſ. Iun. quæſt. Forenſ.* 16. *num.* 18. *lib.* 2. quem ſequitur *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 9. *in tit. de hæred. & hæredit. diſcurſ.* 25. *num.* 8. licet hoc non eſſe tutum dicat *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 28. *num.* 36.

110 Vel ſi ſolueret de mandato Iudicis, quo caſu ita ſoluendo ſibi non præiudicat, vt dixit *Rota deciſ.* 192. *in fin. par.* 9. *recent. tom.* 1. licet creditorem anteriorem in dict. caſu poſſe pecuniam repetere a poſteriori poſt *Anton. variar reſol lib.* 2. *reſol.* 60. *caſu* 15. per eum relatum dixerit *Merlin. de pignor. lib.* 4 *quæſt.* 28. *num.* 31.

111 Quæ omnia habent locum etiam in hærede qui patitur controuerſiam ſuper hæreditate, qui non tenetur ſoluere legata, niſi præſtita cautione per legatarios de reſtituendo, *l. fin. & ibi Bald num.* 7. *& a ij, C. de petit. hæredit. Achil. Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. ſub num.* 699 *& ſequen. Hering. de fideiuſ. cap.* 5. *num.* 306 quos referendo ſequitur *Ciriac. controuerſ.* 716. *numer.* 2. Itaut ſi non procuret dictam cautionem dicatur in dolo, & ſimpliciter ſolueret, & perderet hæreditatem, non poſſet tantundem retinere in hæreditate, nec repetere a vero hærede, ſed remaneret in damno, vt tradunt *gloſ in l. quod ſi poſſeſſor,* 19. *ff. de petit. hæredit. Socc. Iun. conſ.* 150. *num.* 51. *& ſeq. vol.* 1. *Achill. Perſonal. in d. tract. de adipiſc. poſſeſſ. num.* 703. *& Ciriac. d. controuerſ.* 716. *numer.* 3. *&* 4.

112 Quando autem creditoribus anterioribus competat actio reuocatoria aduerſus creditores poſteriores, quibus fuerunt eorum credita ſoluta per hæ-

hæredem beneficiatum vide *Caluin. de æquitat. lib. 1. cap. 34. num. 2. & ſe. quen. Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. vlt. num. 66. & ſeq. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 28. per tot. & Balthaſ. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom. 3. in titul. de execut. vlt. volum. tit. 12. num. 1051. & pluribus ſeq. Pir. Maur. de ſolut. cap. 68. num. 1. & ſeq. Adden. ad Scapuc. de Saluian. lib. 2. quæſt. 13. Coſta de ſcien. & ignor. cent. 1. diſtinct. 7. per tot. Theſar. Iun. quæſt. Forenſ. 16. num. 16. lib. 2. Salgad. in laber. credit. par. 3. cap. 14. num. 19. Ciriac. controuerſ. 339. & Poſt. de ſubhaſt. Inſpect. 19. in fine, & d. deciſ. 211. part. 10. recentior.*

113 Addo etiam ſupradictis *in d. prim. art.* quod hæres tenetur ſoluere debita defuncti non ſolum pura, ſed etiam conditionalia, cum ſtipulationes conditionales ad hæredes, & in hæredes tranſeant, vt late probat *Ant. Piccard. ad §. ex conditionali, num. 7. & ibi Io. Oinot. numer. 2. & Arnol. Vinn. num. 5. & ſeq. Inſtit. de verbor. oblig. Donat. Ant. de Marin. quotid. quæſt. lib. 1. cap. 86. D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 2. num. 67. & ſeq.* Purificata tamen conditione, cum obligatio conditionalis nihil operetur non purificata conditione, *l. cedere diem, 213. ff. de verbor. ſignif. Neguſ. de pignor. in prim. membr. 5. par. num. 14. Cephal. conſ. 385. num. 20. lib. 3. & conſ. 754. numer. 11. lib. 5. Paitell. expedit. ciuil. 47. num. 24. Graff. de except. except. 33. num. 4. & ſeq. Rota deciſ. 361. numer. 5. par. 14. recent.* & perinde eſt, ac ſi facta non fuiſſet, *l. pecuniam, 36. ff. ſi cert. petat. l. neceſſario, 8. poſt princip. ff. de perien. & commo. rei vendit.* & tradunt *Pariſ. conſ. 5. numer. 7. lib. 4. Paitell. expedit. ciuil. 38. num. 27. Graff. de except. 33. num. 12.* vbi quamplures adducit concordantes, *Rota apud Cardinal. Seraph. deciſ. 838. num. 6. & deciſ. 203. num. 6. par. 14. recentior. & apud Gregor. XV. deciſ. 187. num. 10. & deciſ. 428. num. 3. & deciſ. 555. numer. 3.*

114 Addo vlterius pro complemento materiæ ſolutionis faciendæ per hæredem, quod hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni ſi Teſtatori promittat ſeruare illius voluntatem tenetur illam ſeruare, & ſoluere, & adimplere in dict. teſtamento minus ſolemni per Teſtatorem diſpoſita *ad tex. in l. ſpadonem, 17. §. 1. ff. de excuſ. tutor.* & per dict. tex. tradit *Bart. in l. nemo poteſt 58. in princ.* quem ſequitur ibi *Iaſ. num. 18. & Ripa num. 26. ff. de legat. 1. Craſſ. de ſucceſſ. §. teſtamentum, quæſt. 55. numer. 21.* vbi dicit ſufficere duos teſtes ad probandam dict. promiſſionem late *Surd. deciſ. 149. numer. 12. & ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe in illo Senatu iudicatum, & cum eo ibi pertranſire videtur *Hodier. in prin. & Magdal. de num. teſt. in teſt. requiſ. par. 1. quæſt. 27. num. 24. & ſeq.* idem *Surd. conſ. 398. num. 32. vol. 3.* Ita ut hæres ſaltem in vim contractus, & promiſſionis teneatur ad ſoluendum promiſſa per Teſtatorem, vt volunt *Craſſ. in dict. quæſt. 55. num. 21. Surd. d. conſ. 398. num. 32.* & alij Do-

115 ctores ſupra adducti, Cum non ſit prohibitum etiam in vltima voluntate fieri, & celebrari contractus, vt tradunt *gloſ. Bart. Bald. Caſtr. Iaſ. Salic. & alij in l. cum antiquitas, 18. C. de teſtam. Magdal. de num. teſt. in teſta. requiſ. par. 1. cap. 27. num. 25. Cardinal. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 1. num. 35.*

& lib.

& lib. 3. tit. 11. numer. 11. lateque comprobat Surd. d. deciſ. 149. numer. 13. & 14. Carpzou. in Iuriſprud. Foren. part. 3 conſtitut. 5. diffin. 20. numer. 2.

116 Licet aliqui contrarium teneant, quos referendo ſequi videtur *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 15.*

117 Contrariam tamen opinionem, imò hęredem inſtitutum in teſtamento nullo vigore d. prouiſionis Teſtatori factæ a d prædicta non teneri voluerunt *Alciat. paradox. lib. 4. cap. 4.* latè comprobans, *Deci. conſ. 494 nu. 2. Facbin. controu. iur. lib. 6. cap. 71. verſ. ſed videamus &c. vſque ad fin. Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 3. artic. 3. num. 4. Peregr. de fideic. art. 51. nu. 42.* cum quibus pertranſit nouiſſimè *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 12.* vbi teſtatur de veriori opinione.

118 Qui mouentur præcipuè ex duobus, & primò quia ſi d. contraria opinio eſſet vera, d. promiſſio facta per hæredem diceretur continere pactum de hæreditate, vel quacumque eius portione, quod eſt in iure improbatum, vt tradunt *Alciat. & Torre & in locis ſup. proximè adductis*, & ſe-
119 cundo, quia alteri per alterum non poteſt ſtipulari, *l. ſtipulatio iſta habere 33. §. alteri. & l. ita ſtipulatus fuero 126. §. Chriſogonus. ff. de verb. obligat. & §. ſi quis alij. & §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipul.* & not. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 14. tit. 15. num. 3. & tit. 27. in princ. Seraph. de priuil. iura. priuil. 24. in princ.* & ideo per d. promiſſionem factam ab hærede Teſtatori nulla dicitur acquiri actio creditoribus, vti argumentantur *Alciat. Marta, Torre*, & alij Doctores ſupra pro d. contraria opinione adducti.

120 Crederem tamen dict. contrarias opiniones poſſe ad concordiam reduci nempè, vt ſecunda procedat, & habeat locum, quando promiſſio hæredis facta Teſtatori verſatur circa hæreditatem, vel aliquam ipſius portionem, quæ cum dicatur de iure improbata, promiſſio hæredis non videtur poſſe illam per indirectum alterare, vt tradunt *Alciat. Marta, D. Torre*, & alij Doctores per eum adducti, Prima verò opinio ſaluari poſſit, vt habeat locum quando promiſſio hæredis facta Teſtatori verſatur circa præſtationem legati, debiti, vel alterius rei particularis præſtandæ, & perſoluendæ, quò caſu ceſſat ratio, quod alias hæreditas, vel illius portio daretur per pactum, & non videtur diſſentire idem *Marta de ſucceſſ. legal. dict. par. 4. quæſt. 3. art. 2. num. 15. & Surd. d. deciſ. 149. num. 12. & ſeq.*

121 Hinc videmus quod promiſſio hęredis facta Teſtatori de præſtando, & ſoluendo vnum legatum particulare fuit approbata pro vallida, & efficaci à Senatu Mantuano, vt teſtatur *Surd. d. deciſ. 149. numer. 12. & ſeqq.*

122 Prout pariter videmus, quod promiſſio facta per filium Patri de ſoluendo illius debita poſt eius mortem illius creditoribus ſecluſo metu reuerentiali, & læſione obligat filium ad illa ſoluenda, & præſtanda in foro conſcientiæ, vt latè comprobant *P. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 9. numer. 16.*

123 Neque obſtare videtur, quod Teſta-

Teſtator non poteſt ſtipulari pro legatario, & ideo illi nulla quæritur actio ex dicta promiſſione pro conſequtione illius, quia dicta opinio non eſt vera, quia imò Teſtatorem ſicut poteſt ſtipulari pro hærede, ita ſtipulari poſſe pro legatario, qui habetur loco hæredis verius tenuerunt poſt *Imol. Alex. Io: Annib. Crot. & Iaſ.* per eum adductos *Surd. d. deciſ. 149. num. 21. & ſeq. & ibi Hodier. in princip. & Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 14. tit. 28. numer. 45. & 46.* vbi plures dat concordantes, etiam de communi opinione atteſtantes, licèt contra ium tenuiſſe videatur *in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 13. ante fin.* & legatarium in re legata dici propriè hæredem tradunt *Andreol. controuer. 27. num. 7. & D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. capitul. 6. numer. 30.*

124 Sicuti etiam debitor ſuo creditori poſſit ſtipulari, quia ſua intereſt quod liberetur, vel ne pignora diſtrahantur, vel ne pæna committatur ab eo, *§ ſed, & quis Inſtit. de inutil. ſtipul. gloſ. in §. ſi quis alij Inſt. eod. titul. de inutil. ſtipul. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, 33. §. ſi ſtipuler. num. 8. ff. de verbor. oblig. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 28. num. 5.* Maxi-

125 mè ſtante iuramento promiſſoris, cum iuramentum ſemper ſit ſeruandum, quando ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, vt tradunt *Bart. Imol. Abb. & alij in cap. cum contingat, 28. de iureiur. Roman. conſ. 76. ſub num. 1. Hier. Grat. conſ. 12. numer. 9 lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione *Pariſ. conſ. 107. num. 51. lib. 3. Rolan. conſ. 19. num. 29. & ſeq. lib. 1. Rim. Iun. conſ. 7. numer. 47. & ſeq. & num. 63.* & latius *conſ. 242. num. 155. & ſeq.* plenè *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. dict. lib. 14. tit. 28. numer. 53.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, cum quibus pertranſit *Vinc. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 23. numer. 1. & ſeq.* vbi diſputat, an requiratur ratificatio abſentis, vt ibi per eum, nec non *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 24. num. 1. & ſeq.* qui num. 7. dicit in terris Eccleſiæ valere ſtipulationem ad fauorem alterius de æquitate canonica, etiam abſque iuramento, vt ibi per eum.

126 Nolo tamen occaſione prædictorum hic omittere, quod ſi hæres promiſerit ſoluere, vel ſoluerit vnum legatum nullum non remanet obligatus ad ſolutionem alterius, vt tradunt *Bald. in l. non dubium, 16. in 5. oppoſ. & ibi Iaſ. num. 5. C. de teſtam. Cephal. conſ. 377. num. 54. & ſeq. lib. 3. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 90. in fin. Phanuc. de inuent. par. 6. num. 121. Surd. deciſ. 132. num. 10. & in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 14.* vbi dicit, quod ſi ſoluerit partem legati tenetur ſoluere alteram partem, vt ibi per eum, circa quod latè diſtinguit *Coſta de re integr. diſtin. 46. num. 13. Marta de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 7. art. 2 num. 15. & Pirr. Maur. de ſolut. cap. 22. num. 24.* Et ſi dictum legatum ſoluit ſcienter non poteſt illud repetere a legatario, *Cardin. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 14. num. 17. Rubeus de teſtam. cap. 58. num. 252* Et latè probat nouiſſimè doctus Iur. Conſ. *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ lib. 3. cap. 12. num. 267. & ſeq.*

127 Vtrum verò hæres teneatur in foro conſcientiæ ſoluere legatum relictum in teſtamento minus ſolemni, maximè

mè ad pias cauſas videas ſi cupis per *P. Dian. in Sum. in verb. legatum, numer.* 14. *per Card. Mantic. de conіect. d. lib.* 2. *tit.* 14. *ferè per tot. per Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *par.* 1. *numer.* 16. *per Paul. Rub. de teſtam. capit.* 59. *num.* 275. *& ſeq. Cardinal. de Lugo de iuſtit. & iur. de contract. in gener. diſput.* 22. *ſection.* 9. *num.* 249. *per Ciriac. controuerſ.* 445. *num.* 13. *&* 14. *per P. Laiman. in Theolog. moral. par.* 1. *tract.* 4. *cap.* 17. *per tot. per Sperell. deciſ.* 163. *num.* 7. *& ſeq. par.* 2. *per Domin. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 6. *in titul. de dote diſcurſ.* 32. *numer.* 16. & latiſſimè per *Domin. Torrè in ſuo eleganti tractat. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 210. *& pluribus ſeq.* vbi nihil intactum reliquit.

128 Dixi etiam pluries in *d.* 1. *art.* quod hæres tenetur ſeruare factum defuncti, & illi non poteſt contrauenire, & præcipuè ſupra in hoc *tertio art. num.* 8. *& ſeq. ad text. in l. cum a matre*, 14. *C. de rei vendic.* & tradunt etiam *Surd. conſ.* 73. *num.* 34. *& conſ.* 143. *num.* 9. *vol.* 1. latè *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 12. *art.* 6. *num.* 1. *& ſeq. Sperell. deciſ.* 170. *num.* 11. *par.* 2. *Capic. Latro deciſ.* 3. *num.* 33. *tom.* 1. *D. Aloiſ. Manſi. conſult.* 48. *num.* 1. *Altograd. conſ.* 71. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 1. *D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *capitul.* 14. *num.* 43. *&* 44. *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 6. *in tit. de dote diſcurſ.* 24. *num.* 26. *& diſcurſ.* 44. *numer.* 11. *& diſcurſ.* 90. *num.* 3. *& Rota deciſ.* 130. *num.* 9. *& deciſ.* 127. *numer.* 31. *& deciſ.* 378. *num.* 6. *par.* 11. *recent. & deciſ.* 324. *num.* 21. *eadem par.* 11. *& apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 40. *num.* 11. & alibi paſſim, quibus pro vlteriori declaratione

129 ne materiæ addendum cenſui, quod hæres non poteſt contrauenire facto defuncti neque ex proprio iure, & ex propria perſona, *dict. leg. cum à matre*; 14. *vbi Bald. ita intelligit, C. de rei vendic.* & poſt *Tiraq. Pinell. Gabr. & Cauan.* per eum relatos firmat *Surd. conſ.* 355. *numer.* 42. *lib.* 3. *& conſ.* 571. *num.* 55. *lib.* 4. *Gabr. conſ.* 125. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *Barz. deciſ.* 64. *num.* 33. *& ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi, & magis communi opinione *Marta de ſucceſſ. legal. d. art.* 6. *num.* 2. *Ciriac. controuerſ.* 604. *num.* 58. *Poſt. reſolut.* 44. *num.* 4 plenè *Altograd. conſ.* 25. *num.* 25. *lib.* 1. vbi dicit, hoc eſſe verius, & receptius, cum quibus pertranſit *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 6. *in tit. de dote, diſcurſ.* 24. *num.* 26. vbi dicit, hoc hodie communiter receptum eſſe, & *diſcurſ.* 44. *num.* 11. vbi limitat non procedere quando agitur ad bona fideicommiſſaria, ad quæ teſtator habuit particularem affectionem, vt ibi per eum, & *diſcurſ.* 90. *num.* 3. *Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 418. *num.* 5. *& deciſ.* 41. *num.* 6. *par.* 11. *recentior.* & quando defunctus obligauit etiam hæredes *Rota deciſ.* 206. *num.* 16. *par.* 9. *recent.*

130 Licet poſt *Bardello, & Galua.* per eum adductos contrarium ſcripſerint *Andreol. controuerſ.* 112. *numer.* 11. *Sperell. deciſ.* 170. *num.* 24. *& Hodiern. ad l. hac edictali, quæſt.* 18. *numer.* 20. vbi quamplures dat concordantes, *C. de ſecun. nupt.*

131 Itaut neque poſſit contrauenire hæres hæredis facto defuncti, vt tradunt *Menoch. conſ.* 89. *num.* 126. *& ſeq. Ceph. conſ.* 393. *num.* 58. *& ſeq. &*

num.

num. 135. *& ſeq. lib.* 3. *Ioſeph. Ludou. concluſ.* 16. *illat.* 43. *numer.* 4. *ampliat. & illat.* 82. *ampl.* 11. vbi teſtatur de magis communi opinione, *Surd. conſ.* 353. *num.* 4. *lib.* 3. *Hond. conſ.* 3. *numer.* 54 *lib.* 1. *Sperell. dict. deciſ.* 170. *num.* 18. *& Rota in Florentina Oratorij* 18. *Martij* 1630. *coram R. P. D. Queipo*, §. *neque obſtat &c.* & apud *Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 40. *numer.* 12.

132 Cum hæres hæredis primi defuncti dicatur hæres, *ad tex. in l. ſi quis filium*, 7. §. *fin. ff. de acquir. hæred. & in l. fin. & ibi not. Doctor. C. de hæred. inſtit.* & not. *Curt. Iun. conſ.* 171. *num.* 8. *Ceph. d. conſ.* 393. *num.* 59. *Soc. Iun. conſ.* 13. *num.* 13. *lib.* 2. *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *hæreditas, quæſt.* 10. *num.* 1. *& Ciriac. controuerſ.* 622. *in princ.* & dixi in *d.* 1. *art. num.* 51. *& ſeq.*

133 Quæ tamen non habent locum in hærede beneficiato, qui non prohibetur contrauenire facto defuncti, vt ſcripſerunt *Dec. in l. ex qua perſona*, 190 *num.* 2. *ff. de reg. iur. Gabr. conſ.* 125. *num.* 9. *vol.* 1. *Laderch. conſ.* 138. *num.* 4. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 52. *num.* 97. *Rota deciſ.* 298. *num.* 5. *&* 8. *par.* 6. *recent. & deciſ.* 202. *numer.* 5. *par.* 11. *recent* plenè eadem *Rota in Roman fideicommiſſ. de Zuccaris*, 4. *Februr.* 1650. *coram Reuer. Dunozetto Decano*, §. *præterea non obſtat, & in Bononien. fideicomm. de Boatteris*, 8. *Aprilis* 1644. §. *& licet ijdem fratres &c. coram Reuerendiſſimo Salamantino*, & dixi *ſupra*, *num.* 10.

134 Quæ concluſio declaratur, vt habeat locum quò ad illam quantitatem bonorum quæ excedunt bona hæreditaria, quia quatenus ſuppetunt bona hæreditaria pro dicta rata hæres beneficiatus tenetur ſeruare factum defuncti, & illi non poteſt contrauenire, vt declarant *Surd. conſ.* 150. *num.* 84. *lib.* 1. *& conſ.* 354. *numer.* 8. *lib.* 3. *Andreol. controuerſ.* 240. *num.* 53. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt* 12. *art.* 6. *num.* 6. *& ſeq. Gabr. d. conſ.* 125. *numer.* 9. *lib.* 1. *Paſcal. de patr. poteſt. par.* 1. *capit.* 2. *numer.* 64. *Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 711. *num.* 25. 26. *& ſequen. par.* 3. vbi teſtatur de magis communi opinione, & *cap.* 766. *num.* 21. *& ſeq. part.* 4. vbi quamplures adducit ita ſentientes, cum quibus pertranſit *Rota apud Greg. XV. deciſ.* 67. *num.* 13. *& deciſ.* 418. *num.* 6. *& ibi Adden. num.* 15. & apud *Merlin. de pignor. deciſ.* 85. *in fin. & deciſ.* 135. *num.* 3. *& apud Card. Celſum deciſ.* 101. *numer.* 2. *& deciſ.* 183. *num.* 5. & apud *Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 40. *num.* 13. *& deciſ.* 197. *numer.* 13. *par.* 12. *recentior.* & dixi pariter *ſupra num.* 11.

135 Et habet locum d. concluſio quod hæres tenetur ſeruare factum defuncti pro illa rata tantum pro qua eſt hæres, cum pro d. rata tantum hæres repræſentet defunctum, pro alijs autem partibus dicitur extraneus, vt declarat *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 12. *art.* 6. *num.* 6. *& ſeq.* & poſt *Bart. Tiraq. Pinell. Menoch. Gomez. Fuſar. Suarez*, & alios per eam relatos firmat *Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 123. *num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 413. *num.* 4. *par.* 9. *recent. tom.* 2. & dixi Ego latius *in d.* 1. *art. num.* 556. *& ſeq.*

136 Poteſt autem hæres contrauenire facto defuncti, cui ipſe defunctus non ſe explicitè obligauit, ſed ſolum ſimpliciter conſenſit, vt declarant *Surd. conſ.* 25. *num.* 30. *& conſ.* 105. *nu.* 40.

lib 1. *& conſ.*421. *num.* 13. *lib.* 3 vbi dat concordantes, & *Rota in Florent. Oratorij* 18. *Martij* 1630. *coram R. P. D. Quetpo*, §. *neque obſtat &c.*

137 Et quando actus eſt nullus, vt not. *Marta de ſucceſſ. legal. d. par.* 4 *quæſt.* 12. *art.* 6. *num.* 10. *& ſeq. Nerli. Pignatel. controuer.* 81. *num.* 16. *cent.* 2. *Sperell. deciſ.* 170. *num.* 20. *par.* 2. *& Rota deciſ.* 142. *num.* 9. *par.* 11. *recent. & deciſ.* 324. *num.* 24. *ead. par.* 11. *recentior.* & ego dixi latius in *d. art.* 1. *num.* 489. *& ſeq.* quæ non repeto.

138 Et quando actus factus fuit in fraudem hæredis, vt probant *Surd. conſ.* 196. *num.* 54. *lib.* 2. *& conſ.* 237. *numer.* 21. *eod. lib.* 2. *& Marta de ſucceſſ. legal. d. par.* 4. *quæſt.* 12. *art.* 6. *num.* 25. *& ſeq.* vbi benè exemplificat, & alios caſus ſubuertit, quos hic longum eſſet recenſere, videas ibi per eum, cum quibus pertranſit *Sperell. d. deciſ.* 170. *num.* 26. *par.* 2. *& Paſcal. de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 46.

139 Ex quibus infertur, quod filius hæres parentum poteſt contrauenire facto eorundem in terminis *l. hac edictali*, 6. *C. de ſec. nupt.* dum contra illius diſpoſitionem in præiudicium filij diſpoſuerunt, vt tradunt *Bald. conſ.* 161. *num.* 1. *verſ. In contrarium*, *par.* 1. *Grama. deciſ.* 93 *num.* 9. *Crauet. conſ.* 200. *num.* 5. *Menoch. conſ.* 11. *num.* 25. *lib.* 1. *Gallia ad Conſuet. Alex. in verb. Non poſſit*, *quæſt.* 15. *numer.* 3. *Gabr. commun. concluſ. de ſecund. nupt. concluſ.* 4. *num.* 42. *Surd. conſ.* 91. *numer.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 196. *numer.* 55. *lib.* 2. *& conſ.* 237. *num.* 20. *vol.* 2. cum quibus pertranſit *Hodiern. ad d. l. hac edictali*, *quæſt.* 18. *numer.* 12. *& ſeq.* benè comprobans, & *Cancer. variar. reſolut. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 78. vbi dicit, ita obtinuiſſe in hærede, qui non confecit inuentarium, vt ibi per eum, & hæredem non teneri ſeruare factum defuncti a iure reprobatum, ſcripſit *Sperell. deciſ.* 170. *numer.* 19. *part.* 2.

140 Addo etiam ſupradictis, quod hæres promiſſoris dotis non tenetur ad ſolutionem fructuum dotalium, ſi ipſe non fuit certioratus de debito defuncti promiſſoris dotis, nec in mora conſtitutus, vt probant *Menoch. conſ.* 641. *num.* 21. *lib.* 7. *Peregr. conſ.* 88. *num* 9. *lib.* 2. *Turrett. conſ.* 43 *num.* 17. *& ſeq lib.* 3 vbi dicit, non ſufficere interpellationem extraiudicialẽ, ſed requiri iudicialem, vt ibi per eum, *Aldou. conſ* 82 *num.* 9. *Rota in Romana Saluiani*, 4. *Decembr.* 1643. *coram R. P. D. Veroſpio*, §. *demum &c. & deciſ.* 330. *num.* 33. *par.* 11. *recent.*

141 Quæ tamen habent locum in mora incurrenda poſt mortem defuncti, non autem quando mora per defunctum iam fuerat commiſſa, & incurſa, quia tunc illa tranſit in hæredem, & contra hæredem abſquè alicuius interpellationis auxilio iuxta *tex. in l. cum patri familias*, 27. *& ibi* hoc not. *gloſ. Bald. Alber. Angel. Salic. & alij, ff. de vſur.* & declarant *Franch. Schenar. conſ.* 62. *num.* 77. *& ſeq. Vincent. de Franch. deciſ.* 16. *nu.* 9. *&* 10. *Coſta de ſcient. & ignor. cent.* 2. *diſtinct.* 21. *numer.* 11. *Carpa. ad Stat. Mediol. cap.* 43. *num.* 12. *Gratian. diſcep. Forenſ. capit.* 241. *num.* 53. *par.* 2. *Ciriac. controuer.* 277. *num.* 11. *Altograd. conſ.* 32. *num.* 10. *vol.* 1. *& Rota apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ.* 275. *num.* 27. *&* 28.

142 Cum ſufficiat moram ſemel eſſe commiſſam, vt vſuræ perpetuò debeantur, vt docent *Vincen. de Franch.*

Shenar.

Schenar. Carpa. Gratian. Ciriac. Altogr. & Rota in locis proximè adductis, & Rota apud Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ. 48. verſ. nec fuit &c.

143 Quæ habent locum etiam ſi hæres promiſſoris dotis ſit minor, quia etiam ad ipſum tranſit mora incurſa per defunctum, vt tradunt *Bart. in d. l. eum filius familias, 49. §. in hac ſtipulatione, num 3. ff. de verbor. oblig. Gratian. diſcep. Ferenſ. d. cap. 241. num. 53. & 54. Vinc. de Franch d. deciſ. 16. num. 9. & 10. Hodiern. ad Surd. deciſ. 262. num. 7.* licet *Theſaur. deciſ. 247. num. 2.* dicat, quod quando mora eſſet contracta cum defuncto, & intereſſe deberetur officio Iudicis non tranſit in pupillum, licet pupillus fuiſſet interpellatus, vel habuiſſet ſcientiam de debito, dicens in hanc ſententiam illum Senatum inclinaſſe, vt ibi per eum.

144 Benè verum eſt, quod patre mortuo hæres non tenetur ſoluere vſuras dotalis tanquam vſuras dotales ex diſpoſitione *tex. in cap. ſalubriter, 16. de vſur.* ſed vel loco alimentorum, vel verius tanquam fructus legittimæ, in cuius locum dos maximè ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, ſubrogari ſolet, vt tradunt *Barboſ. in l. de diuiſione, 5. num. 13. ff. ſolut. matr. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 42. num. 2. Mareſcot. variar. reſol. lib. 2. cap. 83. num. 52.* benè *Leotar. de vſur. quæſt. 30. num. 31.* latè *Sperell. deciſ. 84. num. 43.* vbi plures dat concordantes, plenè *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. in tom. 6. in tit. de dote, diſcurſ. 113. num. 5.* & latius *diſcurſ. 161. num. 62. verſ. patre verò &c.* vbi hoc extendit etiam ad hæredes matris, vel aui, aliorumque aſcendentium, in quibus ratio legittimæ, vel alimentorum viget, & ſubdit, quod ſi dos non ſuccedit loco legittimæ dicta concluſio procedit ad fauorem ipſius mulieris tantum, non autem ipſius hæredis, neque ad fauorem filiæ diuitis, vel alias de alimentis prouiſæ, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Rota apud Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 81. in fin. & deciſ. 84. ferè per tot. & in Roman. Saluiani, 4. Decembr. 1643. coram R. P. D. Veroſpio. & in Bononien. dotis, 18. Martij 1648. coram R. P. D. Dunozz. & in Rauennaten. dotis 11. Iunij 1660. coram R. P. D. Albergato.*

145 Nolo tamen hic omittere ad ornatum materiæ hæredis ſoluentis debita hæreditaria, quod hæres conuentus ad ſoluendum debitum hæreditarium non poteſt vti eius particulari priuilegio, tex. eſt in *l. hæres abſens, 19. ff. de iudic. & in l. ſi is qui, 34. ff. eod. tit.* & tradit *Surd. deciſ. 297. num. 2. & conſ. 112. num. 68. vol. 1.*

146 Prout etiam non eſt hic omittendum, quod hæres tenetur ſoluere pœnam conuentionalem appoſitam in contractu pacis, ſeu promiſſionis de non offendendo licet defunctus qui viuens offendit non fuerit conuentus, vt tradunt *Hercul. de caut. de non offend. cap. 46. num. 7. & ſeq. Farinac. de variar. ac diuer. criminib. quæſt. 107. num. 358. Guazzi. de pace, par. 1. quæſt. 69. num. 5. & de caution. de non offen. par. 2. §. 3. num. 54. per totum,* & latè comprobat cōtra Anonimum ſcriptorem modernus, & doctus *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 15. num. 24. & ſequen.* & dixi *Ego in reſolut. criminal. in verbo Pœna, reſolut. 2. numer. 1.*

147 Ratio eſt, quia vt etiam ibi dixi,

cum non omnes habeant librum d. reſolutionum, quia inquam in continenti, quod facta fuit offenſa fuit factus locus pænæ conuentæ, vt in ſimili de omni alio contractu poſt impletam conditionem docent *Maſsin. d. quæſt. 15. num. 27. & Rota apud Zacchia de oblig. Camer. deciſ. 160. num. 2.* & ſic eo ipſo, quod illud ius paſſiuum fuit formatum in vita defuncti intelligitur etiam tranſmiſſum ad hærede, vt docent *Surd. deciſ. 297. numer. 3. Gratian. diſcep. Foren. cap. 981. num. 18. par. 5. Maſsin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 15. num. 29. Sperell. deciſ. 169. num. 27. par. 2. & deciſ. 170. num. 8. d. par. 2.* & dixi Ego ſupra in *d. 1. art. num. 491.* in quem quælibet defuncti obligatio tranſit de ſui natura tam actiuè, quam paſſiuè *l. 1. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. &c.* & tradunt *Guazz. de pace d. quæſt. 69. num. 5. Maſsin. dict. quæſt. 15. num. 26. Ciriac. controuer. 24. num. 22. & controuer. 327. numer. 56. Rota deciſ. 206. num. 2. apud Cenc. de Cenſ. & deciſ. 270. num. 11. apud Zacchia de oblig. Camer. & deciſ. 669. num. 3. par. 2. recent.* & dixi in *dict. reſol. 2. numer. 2.*

148 Quæ quidem concluſio habet locum non ſolum ad fauorem partis offenſæ, ſed etiam ad fauorem fiſci, vt latè comprobat *Maſsin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 15. num. 30. & ſequen.* quem videas ſi cupis.

149 Quando vero actiones pœnales tranſeant ad hæredem, & hæres teneatur pro delicto defuncti latè tractant *Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 10. num. 36. & pluribus ſeq. Balth. Tomaſ. tract. variar. tom. 1. in tract. de Inuent. tit. 15. num. 64. Guazz. defen. 33. cap. 26. per tot. Maſsin. de confiſcat. bonor. d. quæſt. 15. num. 6. & pluribus ſeq.* & quid in hæretico, vel de hæreſi ſuſpecto *Caren. de offic. S. Inquiſ. tit. 19. num. 1. & ſeq.* ipſos conſulas, cum non omnia hic ſint referenda.

150 Benè verum eſt, quod quando hæres teneretur de delicto defuncti, & pœna tranſit ad hæredem, id intelligitur quatenus vires hæreditariæ ſufficiant, & non vltra etiam quod inuentarium non confecerit, vt tradunt *Phanuc. de inuent. par. 7. num. 71. & ſeq. Rolan. de inuentar. part. vlt. verſ. Nam hæres non confecto inuent. per tot. Boſſ. in pract. crim. in tit. de pæn. num. 34. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 51. verſ. ſcias tamen &c. Ant. Gomez variar. reſol. tom. 3. in tit. de delict. cap. 1. num. 85. in fin. Fachin. controuer. iur. lib. 9. cap. 5.* vbi teſtatur de magis communi Doctor. opinione *Balth. Tomaſ. tract. variar. tom. 1 in tract. de inuent. tit. 15. num. 64. Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 10. num. 65.* vbi quamplures dat concordantes *Caball. reſolut. crim. caſu 298. num. 44. cent. 3. & Guazz. d. defen. 33. cap. 26. num. 5.*

151 Vtrum verò hæredes viri teneantur ſoluere vſuras dotis, vel alimenta viduæ ſoluto matrimonio poſt annum luctus dum ipſa habet aliunde, & ipſi ſunt in mora illam reſtituendi non eſt vna omnium ſententia, ſed circa dictam quæſtionem maximè ſe torquent ſcribentes, ita vt hanc difficilem, & periculoſam quæſtionem dicat *Rot. apud Gregor. XV. deciſ. 204. in fin.* cum quamplures ex eis teneant opinionem fauorabilem pro vidua, quod hæredes teneantur alimenta, ſeu vſuras loco alimentorum viduæ perſoluere, inter quos fuerunt ex Modernioribus,

Min-

Minſing. pract. obſeru. cent. 1. *obſeru.* 64. *num.* 2. vbi dicit, ita in Camera Imperiali fuiſſe ſaſſolutum, *Seſſe deciſ.* 68. *num.* 27. *&* 47. *&* 49. *Menoch. conſ.* 8. *num.* 20. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 703. *numer.* 15. *lib.* 8. *Theſaur. deciſ.* 43. *num.* 4. *Fachin. contr. iur. lib.* 3. *cap.* 101. *per tot. & lib.* 10. *cap.* 7. *per tot. Ant. Fabr. in Cod. lib.* 5. *tit.* 8. *diffin* 5. *Gratia.* qui loquitur quo ad alimenta *diſcep. Foren. cap.* 240. *num.* 21. *par.* 1. & alij plures, quos refert, & ſequitur *P. Boſſ. in tract. de alimen. cap.* 14. *num.* 872. *& in tract. de dote, cap.* 20. *numer.* 95. vbi dicit, quod vidua debet conſequi alimenta, vel alimentorum æſtimationem, & *Leotar. de vſur.* qui pariter loquitur quo ad alimenta *quæſt.* 30. *num.* 41. vbi hanc opinionem dicit æquiorem, vt ibi per eum, *& Andreol. controuerſ.* 405. *num.* 4.

152 Contrariã tamen opinionẽ vti veriorem, & magis receptam, quod imò hæredes viri tranſacto anno luctus non teneantur præſtare viduæ vſuras dotis, nec alimenta etiam ſi ſint in mora illam reſtituendi tenuerunt *Couar. variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. vbi teſtatur de communi opinione *Caph. conſ.* 133. *num.* 131. *lib.* 1. vbi dicit hoc eſſe de mente omnium *Honded. conſ.* 36. *num.* 8. vbi quamplures adducit concordantes etiam de magis communi opinione teſtantes, *Ciriac. controuerſ.* 542. *num.* 1. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 11. vbi contrarijs reſpondet, *& conſ.* 194. *num.* 13. *lib.* 2. *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 240. *num.* 3. vbi teſtatur de veriori opinione *par.* 2. *& cap.* 244. *numer.* 1. *d. par.* 2. *Theſaur. d. deciſ.* 43. *num.* 2. vbi teſtatur de communi opinione *Hodier. ad Surd. deciſ.* 240. *numer.* 7. *& ſequen.* vbi quamplures dat concordantes, *& controu.* 38 *num* 78. *Fontanell. de pact nupt. clauſ.* 8. *gloſ.* 1. *num.* 25. *& ſeq.* vbi dicit ita fuiſſe in illo Senatu iudicatum, & hanc opinionem receptam eſſe communiter fatetur *Leotar. de vſur. d. quæſt.* 30. *num* 39. cum quibus pertranſeunt *Larrea. deciſ.* 34. *num.* 17. *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 15. *numer.* 23. vbi innumeros ferè adducit ita ſentientes, *Capic. Latro. deciſ.* 97. *num.* 6. *& ſeq.* vbi pariter quamplures refert concordantes *par.* 1. *Anton. de Amat. variar. reſol. lib.* 1. *capit.* 49. *num.* 84. *Mareſcott. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 42. *& ſeq. Pattell. expedit.* 50. *num.* 5. *& ibi Adden. numer.* 7. qui teſtantur de communi opinione, & plures dant concordantes *Sperell. deciſ.* 84. *num* 44. *part* 1. *Dominus meus De Luca in Theatr. verit. & inſtit. tom.* 6. *in tit. de dote, diſcurſ.* 161. *num.* 66. *verſ. tertio vero &c.* vbi teſtatur, hanc poſtremam opinionem eſſe veriorem, & grauiori Doctorum calculo receptam, & in Romana Curia adhuc iſtam, cum qua pertranſit *Rota apud Card. Maniſc. deciſ.* 53. *num.* 1. *& deciſ.* 171 *numer.* 4. *& apud Gregor. XV. deciſ.* 204. *n.* 29. *& ibi Adden. in fin & deciſ.* 3. *num.* 1. *& ſeq. apud Merl. de pign.*

153 Amplia primo d. contrariam opinionem, vt eo magis habeat locum durante anno luctus, quia dilatione pendente ad reſtituendam dotem cõſiſtentem in rebus mobilibus, & in pecunia ceſſat curſus vſurarum *ad tex. in l. vnic. §. ex actio, C. de rei vxo. actio.* & tenent Doctores communiter, quos referendo ſequitur *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 44. *numer.* 1. *& ſeq. Amat. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 49. *numer.* 53.

Leotar. de vſur. d. quæſt. 30. *numer.* 35. *P. Boſſ. de dote, d. cap.* 20. *numer.* 85. *D. Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote, d. diſcurſ.* 161. *num.* 65. *verſ. durante, &c.* vbi dicit hoc tranſire ſine controuerſia, vt ibi per eum, & *Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 70. *in princip.*

154 Benè verum eſt, quod durante dicto primo anno luctus, dote conſiſtente in mobilibus, & in pecunia, licet hæredes viri non teneantur viduæ ſoluere vſuras, tenentur tamen ei præſtare alimenta, vt docent *Anton. Gomez ad leg.* 50. *Taur. num.* 48. *Theſaur. d. deciſ.* 43. *in princip. Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 42. 43. *& ſeq. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 44. *numer.* 11. *Rimin. Iun. conſ.* 451. *num.* 26. *Vinc. de Franch. deciſ.* 489. *num.* 1. 2. *& ſeq. & deciſ.* 562. *num.* 3. plenè *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. capit.* 15. *gloſ.* 15. *num.* 9. vbi quamplures refert ita ſentientes, *Graſſ. de except. except.* 32. *num.* 3. & in his terminis intelligo *Vrſell. in exam. apum, concluſ.* 89. *num.* 339. *P. Boſſ. de dote, d. cap.* 20. *num.* 85. *& in tractat. de aliment. cap.* 11. *num.* 259. *& cap.* 14. *part.* 5. *num.* 871. *Antonell. de tempor. legal. caput.* 20. *num.* 1. *lib.* 2. *Leotar. de vſur. d. quæſt.* 30. *numer.* 33. *& Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 350. *num.* 4. *& in Anconit. dotis,* 7. *Februarij* 1642. *coram Card. Cerro, in fin.*

155 Quod tamen habet locum ſi vidua pauper ſit, itaut non habeat vndè ſe alere poſſit, ſecus ſi habeat, quia tunc hæredes viri non tenentur ad aliquam præſtationem alimentorum, vt tradunt *Rolan. conſ.* 55. *num.* 4. *lib.* 2. *Turret. conſ.* 13. *num.* 15. *lib.* 2. *Vincent. de Franch. deciſ.* 489. *numer.* 17. *Theſaur. deciſ.* 43. *num.* 1. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 48. plenè *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15. *num.* 10. vbi quamplures dat concordantes, & dicit, viduam dici non habere vnde ſe alere poſſit etiam ſi ex artificio ſe poſſit alere, & alia ſubuertit ad materiam, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Peregr. conſ.* 100. *num.* 16. *lib.* 1. & alij plures quos refert, & ſequitur *Paitel. expedit.* 50. *num.* 4. *& ibi Adden. num.* 3. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 12. vbi teſtatur de veriori, & communiori opinione, *& P. Boſſ. in tract. de aliment. cap.* 11. *num.* 759. *& cap.* 14. *num.* 872. *verſus fin. Caſtro Palaus de iuſtit. & iur. diſputat.* 9. *punct.* 20. §. 2. *num.* 4. *& Rebell. de oblig. iuſtit. par.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 11. *numer.* 5.

156 Licet contrariam opinionem, imò hæredes viri teneri ad præſtanda alimenta viduæ etiam habenti vnde ſe alere poſſit tueantur poſt *Guid. de Suzar. & Alberic.* per eum relatos *Leotar. de vſur. d. quæſt.* 30. *num.* 34. vbi reſpondet argumentis *Surd.* contrarium tenentis, *& P. Boſſ. in d. tract. de aliment. cap.* 11. *num.* 759. *& capit.* 14. *num.* 871. *& in d. tract. de dote, cap.* 20. *num.* 86. latè comprobans, contra quos adeſt verior, & communior opinio de qua ſupra.

157 Quod quidem eſt certum ſi vidua prægnans ſit, quia tunc ei ſunt præſtanda alimenta per hæredes ventris nomine, etiam ſi illa diues ſit, *l.* 1. §. *mulier autem, l. curator,* 5. *ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.* & tradunt *Ant. Gomez ad d. l. Taur.* 50. *num.* 49. *Coler. de alimen. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 57. *& cap.* 11. *num.* 11. *Gratian. diſcept. Forenſ.*

cap.

cap. 243. *num.* 32. *par.* 2. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 31. *num.* 11. *& ſeq. P. Rebell. de oblig. iuſt. d quæſt.* 11. *num.* 7. *& Giurba ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15. *num.* 11. alios referens ita ſentientes, & *Antonel. d. cap* 20. *num.* 22.

158 Et hæredes viri teneri ſoluere, & præſtare viduæ alimenta intra annum luctus etiam ſi fructus dotis ad dicta alimenta præſtanda non ſufficiant ſcriptum reliquerunt *Bart. Ang. Imol. Roman. & Alex. in l. diuortio*, 8. *ff. ſolut. matr.* & alij relati per *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 32. *Adden. ad Paitell. d. expedit.* 50. *numer.* 2. *Font anel. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *par.* 1. *num.* 35. *Vrſel. in exam apum concl.* 89. *num.* 340. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 2. benè *Giurba ad Conſuet. Meſſan. d cap.* 15. *gloſ.* 15. *num.* 13. vbi reprobat *Barboſ.* contrarium ſentientem *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 211. *num.* 6. *Rota apud Gregor. XV. deciſ.* 362. *num.* 342. Cum non ſola dotis quantitas in taxandis alimentis ſpectanda ſit, ſed etiam perſonæ qualitas, cui illa debentur, vt conſiderant *Borgn. deciſ.* 8. *numer.* 58. *par.* 3. *Surd. de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 20. *num.* 6. *& Giurb. d. cap* 15. *gloſ.* 15. *num.* 13. *circa medium*, vbi alios dat concordantes, & ſentit *Rota apud Merlin. deciſ.* 782. *num.* 5. *in fin.*

159 Si tamen vidua inops quæ poſſit petere alimenta ſi intra annum luctus alimenta non petijt elapſo anno illa amplius petere non poſſe, cum hæres mariti teneatur viduam alere in ſubſidium tantum, itaut cum ipſa aliundè fuerit alita ceſſat hæredis obligatio, vti voluerunt *Bart. Caſtr. Alex. Iaſ. & Vinc. in d. l. diuortio*, 8. *ff. ſolut. matrim. Theſaur. deciſ.* 44. *in princ. Gamma. deciſ.* 42. *num.* 4. *Capic. deciſ.* 24. *num.* 2. *Barboſ. in l.* 2. *par.* 1. *num* 32. *ff. ſolut matrim. & Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15. *num.* 48. *& ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de veriori opinione contra *Bald. & alios* ibi per eum relatos, cum quibus pertranſeunt *Adden. ad Paitell. expedit.* 50. *numer.* 11. alios adducentes.

160 Viduæ tamen intra annum luctus debentur alimenta per hæredes viri ſi illa vidua remaneat, quia ſi ante elapſum annum denuò nubat hęredes viri non teneatur præſtare ei alimenta, cum a ſecundo viro ipſa ſit alenda, vt tradunt *Barboſ. in d. l.* 2. *par.* 1. *num.* 31. *ff. ſolut. matrim. Menoch. conſ.* 278. *num.* 36. *lib.* 3. *Couar. de ſponſa. par.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 9. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 44. *numer.* 74. *& quæſt* 45 *num* 54. *& tit.* 7. *quæſt.* 17. *num.* 2. *& ſeq. & quæſt.* 22. *numer.* 9. *P. Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſput.* 87. *num.* 30. *& Giurb. ad Conſtit. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15. *num.* 14. vbi dicit, hoc non habere locum ſi viduæ fuerint legata alimenta per primum virum, vt ibi per eum, addo *Vrſell. in exam. apum, concl.* 89. *num.* . . . *& Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 20. *num* 10.

161 Vel niſi hæredes viri ante elapſum annum ei dotem in mobilibus conſiſtentem, vel in pecunia reſtituiſſent, quia tunc alimenta ei ſubminiſtrare non tenentur, vt not. *Alex Ponta. & alij in dict. l. diuortio*, 8. *ff. ſolut. matr. Barboſ. in d. l.* 2. *par.* 1. *numer.* 29. *in fin. ff. eod. titul. Corn. conſ.* 129. *numer.* 6. *&* 7 *lib.* 1, vbi teſtatur de communi opinione *Anton. Gomez ad leg.* 50

Taur.

Taur. num. 48. *Capic. deciſ.* 24. *num.* 6. *Coler. de aliment. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 13 *Ioſeph. Ludo. concl.* 36. *verſ. ſi autem hæredes &c. & Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15. *num.* 13. vbi dicit, procedere ſi omnia reſtituat, & *num.* 20. vbi pariter dicit hoc procedere, ſi integram dotem reſtituant; vt ibi per eum *Vinc. de Franch. deciſ.* 489. *num.* 23. & *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 7.

162 Cùm dict. annus ad reſtituendam dotem conſiſtentem in mobilibus, vel in pecunia in fauorem hæredis introductus fuerit, fauori autem ſuo quilibet poteſt renunciare, *l. in conſcribendo*, 29. *C. de pact. l. quoties*, 11. *C. de fideicommiſſ. l pen. C. de Epiſc. & Cler.* & in his terminis tradunt *Corn. d. conſ.* 129. *num.* 7. *lib.* 1. *Ludou. d. concluſ.* 36. *verſ. ſi autem hæredes &c. & Giurb. d. gloſ.* 15. *num.* 20.

163 Amplia dictam contrariam opinionem, quod hæredes viri non tenentur poſt annum luctus ſoluere vſuras dotis viduæ etiam ſi ſint in mora illam reſtituendi, vt neque valeat pactum inter hæredes viri, & viduam de ſoluendo ei vſuras puta tot pro centenario vti redolens vſuras, donec ei dos reſtituatur, vt tradunt *Rolan. conſ.* 55 *num.* 20. *vol.* 2. *Ancar. conſ.* 150. *num.* 6. *Barboſ. in d. l.* 2. *par.* 1. *num.* 41. *ff. ſolut. matrim. Coler. de alim. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. *Theſaur. dict. deciſ.* 43. *in fin. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15. *numer.* 28. vbi dat concordantes, *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 45. *numer.* 14. & *titul.* 9. *quæſt.* 18. *num.* 6. *Peregr. d. conſ.* 100. *num.* 13. *lib.* 1. & *Ciriac. d. controuerſ.* 542. *num.* 5. & *ſeq.* vbi dicit, hoc eſſe clarum quando vidua poteſt via iuris conſequi ſuas dotes, *Hodier. controuerſ.* 38. *num.* 78. & *Merlin. de pignor. lib.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 33.

164 Contrariam tamen opinionem, imò conuentionem eſſe vallidam, niſi aliquæ vrgeant coniecturæ deprauatæ intentionis fænerandi, & ſi non excedant menſuram alimentorum tenentur *Gratian. deciſ. Marcb.* 126. *numer.* 8. *Leotar. de vſur. d. quæſt.* 30. *num.* 48. vbi plures dat concordantes, *P. Facund. de iuſtit. & iur. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 4. *P. Boſſ. de dote d. capit.* 20. *num.* 54. circa medium, & *num.* 96. & 97. benè comprobans, & quamplures referens Theologos ita ſentientes, cum quibus pertranſit *D. Deluca in d. tom* 6. *in tractat. de dote, diſcurſ.* 161: *num.* 70. dicens, hoc habere locum etiam ſi vidua ſit diues, vt ibi per eum.

165 Qui tamen contraria opinio eo magis habet locum quo ad alimenta, quæ debentur intra annum luctus, quia illa ſine dubio in ſtipulationem deduci poſſunt, dumodo promiſſio non excedat menſuram alimentorum vt docent *Couar. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *d. verſ. ſexto &c. Nauar. de vſur. num.* 68. *Surd. de aliment. dict. quæſt.* 44. *num* 34. & *quæſt.* 45. *num.* 75. & 76. *Leotar. de vſur. d. quæſt.* 30. *num.* 28 *Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 39. *num.* 69. & 70. *P. Boſſ. de dote d. cap.* 20. *num.* 88. vbi quamplures Theologos refert ita ſentientes, & dicit, ita Doctores communiter tenere, & ſequitur *D. Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote, d. diſcurſ.* 161. *num.* 82. & ante eos *Ciriac. d. controuer.* 542. *num.* 20.

166 Amplia ſecundo dictam contrariam opinionem, quod elapſo anno

luctus

luctus hæres non tenetur ſoluere viduæ vſuras dotis etiam ſi ſit in mora illam reſtituendi, vt ſi vxor poſſideat aliqua bona viri, & dictorum bonorum fructus annuatim percipiat, illos non faciat ſuos, ſed teneatur illos imputare in ſortem, vt tradunt *Innoc. in cap. ſalubriter, 16. in fin. de vſur.* quem ſequntur ibi *Hoſti.* vbi admonet viduam, ne recipiat rem obligatam percipiendo fructus ex ea, ſed potius faciat illam dixtrahi, vel accipiat in ſolutum, alias fructus extenuabunt ſortem, & ibi *Io: Andr. Butr. Abb. & alij Canoniſtæ Alex. conſ. 141. num. 6. & 12. lib. 5. Gabr. conſ. 152. num. 2. lib. 2. Surd. conſ. 194. num. 13. lib. 2.* & alij plures, quos refert, & ſequitur idem *Surd. de alimen. tit. 1. quæſt. 45. num. 13. Theſaur. d. deciſ. 43. ſub num. 3. Barboſ. in d. l. 2. par. 1. ſub num. 40. ff. ſolut. matrimon. Hodiern. ad Surd. deciſ. 240. num. 21.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, ita fuiſſe iudicatum in Senatu Mantuano, & in Conſilio Neapolitano, vt ibi per eum, & idem tradit *controuer. 38. in fin.* & latè comprobat *Capic. Latro deciſ. 97. num. 6. & ſeq.* vbi quamplures pariter adducit concordantes, & dicit, ita in illo Conſilio fuiſſe iudicatum, & ibi *Adden. in princ. Amat. d. reſol. 49. num. 90.* latè etiam *Caſtill. lib. 8. controuer. 49. num. 31.* & generaliter ſcribit *Merlin. de pignorib. lib. 5. quæſt. 45. num. 1. & plurib. ſeq.* cum quibus pertranſit etiam *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap. 15. gloſ. 15. numer. 23. circa medium*, vbi quamplures refert ita ſentientes, & *Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 20. num. 9.*

167 Licet contrariam opinionem imò viduam percipientem fructus non teneri illos in ſortem imputare tenuerint *Leotard. de vſur. d. quæſt. 30. numer. 49. Cyriac. d. controuerſ. 542. ferè per tot.* ex qualitatibus in caſu ſuo concurrentibus, *D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote, d. diſcurſ. 161. num. 68.* vbi dicit, contrariam opinionem de qua ſupra eſſe barbaram, & irrationabilem, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Rota apud Cardinal. Seraph. deciſ. 1406. numer. 6. & apud Buratt. deciſ. 112. per tot. & deciſ. 120. numer. 32. par. 9. recent. tom. 1.*

168 Amplia poſtremò dictam contrariam opinionem, vt hæres non teneatur præſtare vſuras dotis viduæ, etiam ſi ſit in mora illam ſoluendi, licet Teſtator in ſuo Teſtamento mandauerit, illas per ſuum hæredem perſolui, maximè ſi ſit in eius facultate dotem repetere, cum id eſſet permittere vſuras, vt conſtat ex notat. per *Amat. d. reſol. 49. num. 87. & per Caſtill. tom. 8. controuerſ. cap. 48. num. 14. & ſeq.* & not. etiam *Bart. Crot. Ripa, Bolognet. Barboſ. Cagnol. Alex. Rolan. Crauet. Theſaur. Foller. Ruin. Cæphal. Menoch. P. Rebell. Trentacinq. Coler. Spin.* & alij quos refert, & ſequitur *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. capit. 15. gloſ. 15. num. 29. & Capic. Latr. dict. deciſ. 97. num. 7.* Cum non ſit admit-

169 tendum præceptum Teſtatoris de ſoluendo vſuras, donec legatum in ſorte præſtetur, niſi in caſu quo legatarius ſortem petere non poteſt, ſed illius ſolutio eſt repoſita in hæredis arbitrio, vt tradunt *Gratian. diſc. Forenſ. cap. 34. num. 34. & ſeq. par. 1. & cap. 848. num. 9. par. 5. Surd. conſ. 23. num. 12. lib. 1.* plenè *Cenc. de Cenſ. quæſt. 44. num. 10.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur, ita fuiſ-

fuiſſe deciſum in Curia Eccleſiaſtica Peruſinæ Ciuitatis, vt ibi per eum, *Hier. Leo. deciſ.* 14. *num.* 22. *& num.* 32. cum quibus pertranſit *Leotar. de vſur. quæſt.* 18. *numer.* 7. *& ſeq.* latè comprobans, & contrarijs benè reſpondens, nec non *Rota apud Buratt. deciſ.* 144. *num.* 8. *& ibi Adden. numer.* 13. *& apud Card. Caualer. deciſ.* 591. *num.* 2. *& deciſ.* 42. *numer.* 23. *& ſeq. par.* 10. *recent.*

170 Licet contrarium tueri conetur Dominus meus *Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote, diſcurſ.* 161. *numer.* 71. qui tamen pro ſua ingenuitate fatetur, contrariam opinionem eſſe communiter receptam per Doctores, vt ibi per eum.

171 Limita tamen primo dictam contrariam opinionem, quod hæres non tenetur ſoluere vſuras viduæ poſt annum luctus etiam ſi ſit in mora dotem reſtituendi, vt non habeat locum ſtante ſtatuto, vel conſuetudine loci huiuſmodi vſuras etiam in dicto caſu decernente, quia dictum ſtatutum eſſe vallidum ſi vſuræ iuſtæ, & moderatæ ſint non videtur dubitandum, vt probant *Bald. Soccin. Iaſ. Alex. Cagnol. Gratian. Bertaz. Molphe. Campeg. Trentacinq. Mexia, Petr. Greg. Alba. Theſaur. Marc. ſcot. Corrad. Caualer. Couar. Franch. Nauar. Villagu. Lup. Coler. P. Rebell. P. Molin.* & alij quos refert, & ſequitur *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15 *num.* 35. cum quibus pertranſeunt *Amat. d. reſol.* 49. *num.* 98. *Merlin. de pignor. lib.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 43. *Capic. Latro. deciſ.* 97. *num.* 9. *part.* 1. *P. Boſſ. de dote, d. cap.* 20. *num.* 89. qui plures refert ita ſentientes, & benè comprobat, & *D. Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote, d. diſcurſ.* 161. *num.* 75. vbi dicit, hoc admitti per communem ſcolam Doctorum, & ab hac opinione non eſſe recedendum, & Statutum id facere poſſe abſquè aliqua confirmatione Papæ per rationem ab eo adductam contra *Giurb.* qui *dict. gloſ.* 15. *num.* 36. *in fin.* contrarium ſentire videtur, cum quibus pertranſit doctiſſimus *Ioſeph. Pilata Aduocatus Romanus in ſuis deciſ. Pontif. tomo* 1. *lib.* 2. *deciſ.* 9. *num.* 34. vbi dicit de hoc nunquam dubitaſſe Canoniſtas, & *Rota apud Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ.* 86. *in princ.*

172 Quicquid contrarium imò dictum ſtatutum taxans vſuras ad fauorem viduæ in caſu, de quo ſupra non eſſe de iure vallidum vti permittens vſuras tenuerint *Barboſ. in dict. l.* 2. *num.* 43. *ff. ſolut. matrim. Leotard. de vſur. quæſt.* 79. *num.* 47. ſi ſtatutum id concedat tamquam intereſſe, ſecus ſi tamquam alimenta, quam diſtinctionem reprobat *D. Deluca vbi ſupra proximè*, & alij adducti per *Theſaur. dict. deciſ.* 43. *num.* 2. *in fin. per Medic. exam.* 54. *num.* 6. *& per Caſtill. tom.* 8. *dict. cap.* 49. *num.* 36. contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

173 Limita ſecundò d. contrariam, & veriorē opinionem, vt non habeat locum quando vidua eſt inops, itaut illa non habeat vndè ſe alere poſſit, & fecit diligentias pro dote conſequenda in iudicio, itaut per eam non ſteterit, quo minus dotem ab hæredibus viri conſequeretur, quia tunc hæredes viri ſine dubio tenentur ei ad ſolutionem vſurarum, ſaltem loco alimentorum, vt tradunt *gloſ. Din. Bart. Bald. Angel. Imol. Caſtr. Alex. & Iaſ. in d. l. diuortio*, 8. *ff. ſolut. matrim.* nec non *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 44.

num.

num. 44. vbi quamplures dat concordantes, *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 46. *Theſaur. d. deciſ.* 43. *num.* 3. *Paitell. expedit. ciuil.* 50. *num.* 32. *& ibi Adden. num.* 18. *& ſeq. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. capit.* 15. *gloſ.* 15 *num.* 30. *& ſeq. Couar. variar. reſolut. lib.* 3. *cap* 1. *num.* 3. *verſ. ſexxtò &c. P. Boſſ. de dote, d. cap.* 20. *numer.* 92. vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi, & recepta Doctorum opinione, *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 1. *& ſeq.* vbi requirit concurſum intereſſe, *Leotard. de vſur. d. quæſt.* 30. *num.* 40. vbi pariter dicit, hoc receptum eſſe communiter per Doctores, cum quibus pertranſit *Domin. Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote, diſcurſ.* 161. *numer.* 72. *& Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 3. *in princ. & deciſ.* 587. *num* 3. *par.* 3. *recent.* vbi aliæ cumulantur, & *deciſ.* 14. *num.* 13. *par.* 5. *recent.*

174 Aduertendum tamen eſt, quod ad effectum quod vidua pauper conſequatur vſuras, vel alimenta poſt annum luctus ab hæredibus viri exiſtentibus in mora reſtituendi dotem non requiritur copulatiuè quod ipſa ſit pauper, & fecerit diligentias in iudicio contra hæredes pro recuperatione propriæ dotis, cum ad id ſufficiat ſola inopia viduæ cum mora, cum dictas vſuras conſequi valeat in reſtaurationem damni, & ſi vidua ſit diues ſufficiant diligentiæ ad conſequendum dictas vſuras, vel alimenta tamquam intereſſe lucri ceſſantis, vel veruis in reſtauratione damni emergentis in ſuppeditatione illorum alimentorum, quibus dos de ſui natura erat ab initio deſtinata, quod quidem ſatis videtur probatum eo ipſo, quod mulier pro dotis conſequtione diligentias adhibuit, etiam ſi alia requiſita non iuſtificentur, vt declarant *Amat. d. reſol.* 49. *num.* 94. *Paitell. d. expedit.* 50. *num.* 25. *& ſeq. Ciriac. d. controuerſ.* 542. *num.* 15. qui alios adducunt ita ſentientes, & non diſſentit *Leotard. de vſur. d. quæſt.* 30. *num.* 57. & clarius *quæſt.* 79. *numer.* 50. & benè declarat *Dominus meus Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote d. diſcurſ.* 161. *num.* 72. *verſ cæterum &c.*

175 Licet dicta opinio non ſit vndiquè tuta, cum contrariam opinionem, imo requiri coniunctim, quod vidua ſit pauper, & fecerit diligentias pro conſequenda, & recuperanda dote, vt poſſit conſequi vſuras, vel alimenta poſt annum luctus tenuerint quamplures Doctores non leuis authoritatis, & præcipuè *Crauett. conſ.* 189. *numer.* 7. *verſ. ſextus caſus &c. Rolan. conſ.* 55. *num.* 18. *vol.* 2. *Surd. conſ.* 194. *numer.* 16. *verſ. proteſtatio pariter &c. & conſ.* 269. *num.* 22. *vol.* 2. *& de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 45. *numer.* 26. *Peregr. conſ.* 100. *num.* 18. *lib.* 1. & alij plures, quos referunt, & ſequntur *Adden. ad Paitell. expedit. ciuil.* 50. *numer.* 18. *&* 19. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 3. cum quibus pertranſit *Rota deciſ.* 587. *num.* 3. *par.* 3. *recent. & d. deciſ.* 3. *in princip. apud Merli. de pignor.* vbi aliæ cumulantur, & *deciſ.* 14. *numer.* 11. *& ſeq. part.* 5. *recentiorum.*

176 Declaratur etiam ſecundo dicta limitatio, quod mulier non teneatur probare pro fundamento ſuæ intentionis paupertatem, & ipſam non habere aliunde, vndè viuere poſſit, ſed illam dici probatam ex illa iuris præſumptione, quod mulier regulariter

riter non præſumitur habere alia bona præter dotem, itaut hæredes viri teneantur probare illius diuitias, vt docent *Theſ. d. deciſ. 43. num. 5.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *Graſſ. de except. except. 32. num. 6. Leotard. de vſur. d. quæſt. 79. num. 51. Ciriac. d. contr. 542. num. 8. & ſeq. D. Deluca in d. tract. de dote d. diſcur. 161. num. 73.* vbi teſtatur de veriori opinione, & dicit, hæredes teneri probare non ſolum viduam alia bona habere, ſed etiam illa eſſe fructifera, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit etiam *Rota deciſ. 383. num. 4. part. 5. recent. & deciſ. 231. num. 2. par. 6. recent. & deciſ. 398. num. 2. par. 9. recent. tom. 2.* Et generaliter mulierem non præſumi habere alia bona vltra dotem dixit eadem *Rota apud Merlin. de pignor. deciſ. 77. num. 16.* vbi dat concordantes, *& d. deciſ. 398. num. 4.* Et quod filij ſpurij agentes ad alimenta non teneantur probare paupertatem tradit *Vrſell. in exam. apum, concluſ. 89. numer. 133.*

177 Cum qui habet præſumptionem pro ſe dicatur habere intentionem plenè fundatam, vt docent *Surd. deciſ. 170. num. 8. Rimin. Iun. conſ. 362. num. 5. Altograd. conſ. 6. num. 34. lib. 1. D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 32. num. 189.* Et illa transferat onus

178 probandi contrarium concludenter in aduerſarium, *l. generaliter, 25. §. ſi petitum, in fin. ff. de fideic. libert.* & tradunt *Surd. conſ. 61. num. 21. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 33. num 2. Altograd. d. conſ. 6. numer. 35. lib. 1. D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. d. cap. 32. num. 189.* cum quibus pertranſit *Rota deciſ. 207. num. 8. par. 10. recent. & deciſ. 333. num. 8. par. 11. recent. & deciſ. 43. num. 8. par. 13. recent.* & alibi paſſim.

179 Licet contrarium imò paupertatem eſſe probandam per viduam vti fundamentum ſuæ intentionis tenuerint *Ponta. de aliment. cap. 15. num. 13.* & idem fuerit dictum in *Ceſenaten. fructuum dotis 16. Ianuar. 1608. coram R. P. D. Litta*, quam refert, & ſequi videtur eadem *Rota deciſ. 14. num. 14. par. 5. recent.* Pro qua opinione facit, quod paupertas non dicitur probata per præſumptionem, quando illa eſt fundamentum intentionis agentis, vt dicit *Rota deciſ. 398. num. 14. par. 13. recent.* licet paupertas de iure præſumatur, cum nudus quis naſcatur in mundo, itaut illa vti connaturalis, & intrinſeca excludat præſumptionem diuitiarum extrinſecam, & aduentitiam, vt benè probat *Rota d. deciſ. 398 num. 2. & 3. par. 13. recent.* vbi aliæ cumulantur.

180 Quibus addo pro complemento materiæ, quod vſuræ ſemper debentur viduæ per hæredes viri moroſos in reſtitutione dotium etiam poſt annum luctus, quando ipſa parca eſt damnum lucri ceſſantis, vel damni emergentis, & concurrunt requiſita *Paul. de Caſtr. in l. 3. ff. de eo, quod cert. loc.* Cum tunc illa debeantur etiam cuilibet priuato circumſcripto omni priuilegio dotis, vt ſcriptum reliquerunt poſt *Afflict. Neguſ. Menoch. & Neutza.* per eos relatos *Adden. ad Paltell. d. expedit. ciuil. 50. num. 23. & ſeq. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 240. num. 5. & ſeq. & cap 244. num. 11. part. 2. Theſaur. d. deciſ. 43. ſub num. 3. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 45. numer. 28. & ſeq. Barboſ. in d. l. 2. par. 1. ſub num. 43. ff. ſolut. matrim. Ciriac. d. controuer. 542.*

num. 30. *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15 *gloſ.* 15. *num.* 39. vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Capic. Latro. d. deciſ.* 97. *num.* 13. *par.* 1. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 6. *& ſeq. P. Boſſ. de dote capit* 20. *num.* 92. *verſ. dixi & eiuſdem &c.* vbi dicit, in hoc omnes Iuriſconſultos, & Theologos conuenire, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit etiam *D. Pilata Aduoc. Roman. inter. primarios, in deciſ. Pontif. d. lib.* 2. *deciſ.* 9. *num.* 32. nec non Dominus meus *De-luca in d. tom.* 6. *in tract. de dote, d. diſcur.* 161. *num.* 81.

181 Quomodo verò vidua teneatur probare in dict. caſu intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, & an ſufficiat probare, illam eſſe ſolutam negociari cum ſuis pecunijs, vel eas Mercatoribus tradere ad honeſtum lucrum, & quia in loco adſit ſemper occaſio emendo cenſus venales, vel quia vidua ob retardatam dotium reſtitutionem, & ſolutionem coacta fuerit accipere pecunias ad cenſum, & ſimilia vide latè per *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 244. *num.* 12. *& ſeq. part.* 2. per *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap.* 15. *gloſ.* 15. *numer.* 30. 31. *& ſeq.* per *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 7. *&* 8. per *P. Boſſ. de dote, cap.* 20. *num.* 92. *verſ. dixi, & eiuſdem &c.* per *Capic. Latro. d. deciſ.* 97. *numer.* 14. *&* per *Leotard. de vſur. dict. quæſt.* 30. *numer.* 54. qui alios dant concordantes quamplures.

182 Nolo tamen hic omittere, quod hæredes viri intra annum luctus ſi dos conſiſtat in mobilibus, & pecunia; & vidua ſit pauper tenentur tradere viduæ non ſolum alimenta, vt ſupra dixi, ſed etiam veſtes lugubres, & lectum vidualem etiam prætioſas ſecundum perſonarum, & mariti dignitatem, vt tradunt *Io: Lup. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 11. *numer.* 8. *Vital. de Camba. de clauſ. in titul. an alimen. poſſit renunc. numer.* 146. quos ſequitur *Surd. de aliment. titul.* 4. *quæſt.* 2. *numer.* 13. *& ſequen.* vbi dicit, hoc procedere abſquè dubio, vt ibi per eum *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 5. *num.* 26. qui plures dat concordantes, *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 986. *num.* 17. *& ſeq. par.* 5. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *capitul.* 20. *numer.* 3.

Quia cum in dict. caſu hæredes teneantur viduæ præſtare alimenta, ergò tenentur etiam præſtare veſtimenta, quæ veniunt appellatione alimentorum, vt declarant *Vital. de Camba. vbi ſupra, num.* 147. *& Surd. d. quæſt.* 2. *num.* 13 *& ſeq.* & generaliter ſcripſit *Barboſ. de appell. verb. ſignif. appell.* 15. *in princ.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes, & in dict. terminis ſcripſit etiam *Antonel. d. cap.* 20. *num.* 4.

183 Itaut hæredes teneantur viduæ præſtare duplices veſtes lugubres videlicet æſtiuas, & hiemales, maximè viduis alicuius conſiderationis, vt docent *Surd. de aliment. dict. titul.* 4. *quæſt.* 2. *ſub num.* 22. *Fontanel. de pact. nuptial. d. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 5. *num.* 27. *Molphe. ad Conſuet. Neapol. par.* 5. *quæſt.* 9. *numer.* 9. *& Adden. ad Capit. Latro. dict. deciſ.* 94. *numer.* 5. *part.* 1.

184 Et ſi vidua in dicto caſu ſe veſtiat proprijs expenſis poteſt dictas expenſas repetere ab hæredibus

viri, vt voluerunt *Marcia. conſ. 35. num. 2. Adden. ad Capic. Latr. d. deciſ. 94. num. 2. & Cancer. variar. reſolut. par. 3. cap. 11. num. 35.*

185 Benè verum eſt, quod ſi vidua intra dictum annum luctus tranſit ad ſecunda vota, vel luctum deponit, tenetur reſtituere dict. veſtes lugubres hæredibus viri, vt declarant *Bald. conſ. 478. numer. 3. par. 5. Thob. Non. conſ. 91. num. 11. & 12. Surd. de aliment. d. tit. 4. quæſt. 2. num. 20. & ſeq.* vbi diſputat an vidua teneatur reſtituere veſtes tam quotidianas, quam prætioſas, & reſoluit, quod ſi veſtes debeantur de conſuetudine non reſtituuntur, niſi prætioſæ, ſi verò debeantur vti alimenta, & omnes reſtituuntur, vt ibi per eum, cum quibus tranſeunt *Adden. ad Capic. Latr. d. deciſ. 94. num. 4.* vbi dicunt, ita fuiſſe in illo Senatu iudicatum, vt ibi per eos, quibus addo *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 986. num 18. & Antonel. de tempor. legal. dict. cap. 22. in fin.*

186 Quicquid hæredes tenentur tradere viduæ veſtes lugubres non ſolùm intra annum luctus, ſed etiam illo elapſo, ſi ita ſe habeat conſuetudo in Regione, alias ſecus, vt tradunt *Capic. deciſ. 26. per tot. Bald. d. conſ. 478. num. 3. par. 5. Vinc. de Franch. deciſ. 413. num. 1. & 2. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 986. num. 17. par. 5. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 5. numer. 26.* vbi dicit, eidem deberi etiam carrotia, ſi ei ſit dedecus pedeſter incedere, vt ibi per eum, *Rouit. conſ. 9. num. 1. lib. 2. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 2. num. 13. & ſeq.* vbi dicit, illas eſſe præſtandas ſecundum perſonarum, & mariti dignitatem, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Capic. Latro. conſult. 124. num. 39. lib. 2. & dict. deciſ. 94. num. 1. & ſeq. par. 1. & ibi Adden. in princip.* nec non *Vrſell. in exam. apum concluſ. 89. num. 392.* vbi dicit, conſuetudinem contrariam probandam eſſe ab hæredibus, vt ibi per eum, qui plures dat concordantes, & ita votatum fuiſſe pro vidua *in Conſilio Neapolitano* dicit *Capic. d. deciſ. 26. in fine.*

187 Quod tamen Ego non firmo, cùm habeamus claram concluſionem in contrarium, quod conſuetudo eſt quid facti, & ideo illa non præſumitur, ſed debet probari, vt tradunt *Thomat. deciſ. March. 36. num. 12. Ciriac. controuer. 67. num. 43. D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 12. numer. 76. & ſeq. & Rota apud Duran. deciſ. 453. num. 2. & apud Buratt. deciſ. 373. num. 13. & ibi Adden. littera A. & deciſ. 895. num. 4. & dixi Ego alleg. Forenſ. 15. num. 2.* vbi alios adduxi concordantes, Et eſt probanda in indiuiduo caſus controuerſi, *Thomat. d. deciſ. March. 36. num. 12. Marcſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 100. num. 4. Ciriac. controuer. 13. num. 65. & controuer. 23. num. 23. Caren. reſol. 32. num. 6. Rota apud Duran. d. deciſ. 453. num. 2. & apud Buratt. d. deciſ. 373. nu. 13. & ibi Adden. littera A.* & dixi pariter *Ego d. alleg. Foren. 15. n. 3.* vbi alij adducuntur concordantes.

188

189 Vtrùm verò ſi Teſtator relinquat vxori mobilia, d. legatum compenſandum ſit cum dict. veſtibus lugubribus, & lecto viduali, dixerunt *Merlin. controuer. Forenſ. cent. 2. cap. 44. numer. 24. & ſeq. & D. Capic. Latr. d. deciſ. 94. num. 2. 3. & ſeq. & ibi Adden. num. 6. & ſeq.* ipſos conſulas, ſi libet.

190 Prout pariter non venit omittendum

dum pro coronide, quod hæredes viri ſoluto matrimonio per mortem illius teneantur dotem reſtituere, & perſoluere viduæ ſtatim, ſi dos conſiſtat in bonis ſtabilibus, ſi verò illa conſiſtat in bonis mobilibus, vel in pecunia tenentur illam reſtituere poſt annum, *l. vnt*, §. *exactio*, *& ibi not. Doctor. communiter*, *C. de rei vxor. action.* & tradunt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 1. num. 29. Graſſ. de except. excep. 32. num. 2. Surd. conſ. 471. num. 4. lib. 4. Ludou. deciſ. Peruſ. 21. num. 4. Cancer. variar. reſolut. par. 1. cap. 9. num. 98. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 13. gloſ. 6. numer. 21. P. Boſſ. de dote, cap. 19. num. 21. Poſt. reſolut. 1. num. 38. & Antonell. de tempor. legal. lib. 2. capitul. 19. in princip.*

191 Nec mirum quidem cum dos defuncti viri æs alienum ſit, vt not. *Caſtren. conſ. 294. num. 4. volum. 2. Dec. conſ. 485. in fin. Crauett. conſ. 187. numer. 1. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap. 13. gloſ. 3. numer. 3. Merlin. de pignorib. lib. 3. quæſt. 45. numer. 19. & Rota apud Cardinal. Mantic. deciſ. 43. numer. 5.*

192 Itaut hæredes viri habeant annum ad reſtituendam dotem vxori conſiſtentem in pecunia, & bonis mobilibus etiam ſi ipſi ſint diuites, & ſoluendo, itaut illam reſtituendo nullum damnum pati valeant, vt tradunt *Bart. in l. diuortio, 8. §. interdum, numer. 2. ff. ſolut. matrim. Bald. & Salic. in d. l. vnt, §. exactio, C. de rei vxor. action. Iaſ. in §. fuerat, num. 27. & 28. Inſtit. de action.* vbi teſtatur de communi opinione, *Viuian. deciſ. 197. num. 21. par. 1. Graſſ. d. except. 32. num. 8.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & *Surd. d. conſ. 471. num. 4. lib. 4. & in tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 44. numer. 57.* & ab hac opinione in practica difficile eſſe recedere propter claram diſpoſitionem *d. §. exactio.* dicit *P. Boſſ. de dote, d. cap. 19. numer. 47. circa medium.*

193 Licet contrarium imò maritum, ſeu hæredes illius teneri reſtituere ſtatim pecuniam dotalem, quam promptam habent, & ſine incommodo poſſunt ſoluere, & mobilia, in quibus nullum commodum capere poſſunt, & tempore ſoluti matrimonij extant, voluerint *Caſtr. in d. leg. diuortio, 8. §. interdum, num. 3. ff. ſolut. matrim. Cancer. variar. reſolut. par. 1. cap. 9. num. 100. & Fabr. in Codic. lib. 5. tit. 8. diffin. 7.* quam opinionem probabilem dicit *P. Boſſ. de dote, d. cap. 19. num. 47.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

194 Niſi tamen maritus in eius teſtamento prælegaſſet vxori eius dotes, quia tunc ipſa ſtatim lapſu anni non expectato poteſt illas exigere, & hæredes viri tenentur ſtatim illas perſoluere, & reſtituere, etiam ſi conſiſtant in bonis mobilibus, & in pecunia, vt ſcripſerunt *Dilect. de arte teſtan. titul. 6. caut. 17. numer. 1. Ludou. deciſ. Peruſ. 21. numer. 3. & ſeq. Graſſ. d. §. except. 32. num. 6. Cancer. variar. reſolut. par. 1. cap. 9. num. 99. Surd. de alimen. tit. 7. quæſt 22. num. 11. & 12. Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 7. num. 25. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. d. cap. 13. gloſ. 6. par. 1. num. 24.* vbi plures dat concordantes, & *Antonell. de tempor. legal. d. lib. 2. cap. 19. numer. 4.*

195 Hæredes tamen viri tenentur dotem reſtituere ſoluto matrimonio vxori ſtatim ſi dos conſiſtat in bonis ſtabilibus, & elapſo anno ſi conſiſtat in bonis mobilibus, & in pecunia probata tamen pro parte vxoris dict. dotis exactione, & illius conſignatione facta viro, & non alias *ad tex. in l. menia, 50. ff. ſolut. matrimon.* & tradunt *Iaſ. in l. quæ dotis 34. num. 5. verſ. tertio nota, ff. eod. titul. ſolut. matrimon. Pariſ. conſ. 95. numer. 6. lib. 2. Altograd. conſ. 31. numer. 7. lib. 1. Ciriac. controuer. 110. numer. 1. & ſequen. & Rota deciſ. 306. numer. 39. & ſequen. part. 7. recent. & apud Merlin. de pignorib. deciſ. 63. numer. 3. & apud Dom. Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 148. numer. 9. & ſequen. & in Romana dotis 2. Iunij 1661. §. hos autem fructus &c. coram Cardinal. Veroſpio*, vbi aliæ recenſentur.

196 Cum hæredes viri, & ipſe met vir dotem ſolum exburſatam, & ſolutam non autem ſimpliciter promiſſam, & inexactam reſtituere teneantur *dict. l. menia, 50. ff. ſolut. matrim.* & tradunt *Iaſ. in dict. l. quæ dotis, 34. num. 5. verſic. Tertio nota & ca ff. eod. tit. ſolut. matrim. Pariſ. dict. conſ. 95. numer. 6. lib. 2. Ciriac. dict. controuerſ. 110. numer. 1. & ſequen.* vbi ampliat, hoc eo magis habere locum ſi maritus promiſerit dotem reſtituere quatenus exigeretur, vt ibi per eum, *Aldograd. conſ. 31. numer. 7. lib. 1. & Rota in dict. Romana dotis coram Cardinal. Veroſpio, §. hos autem fructus &c.*

197 Hinc videmus quod hæredes viri, & ipſe met vir non tenentur reſtituere vxori mobilia adſportata ab ipſa vxore ad eius domum, niſi probata per eam conſignatione, & traditione facta ipſi viro, *ad tex. in l. ſi ego 10. §. dotis, & ibi Bald. & Salic. ff. de iur. doti.* & comprobant *Bardello. conſ. 193. num. 13. lib. 2. & Andreol.* qui illum refert *contr. 188. in fin.* alios ad-

198 ducens concordantes; & quod deponens aliquam rem in domo alicuius ipſo etiam ſciente, & patiente non poſſit cogere dominum domus ad reſtitutionem illius, niſi ſit data expreſsè ex cauſa cuſtodiæ, & non ſufficiat ſimplex ſcientia domini domus, niſi ipſe teneatur cuſtodire ratione officij ſcripſerunt *Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 2. cap. 7. numer. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 10. tit. 3. numer. 3.* vbi multipliciter declarat *Hodiern. ad Sud. deciſ. 302. numer. 4. & Rot. apud Gregor. XV. deciſ. 146. numer. 15.* qui dant concordantes.

199 Licet ſufficere ſimplicem ſcientiam viri, dicta bona fuiſſe adſportata per vxorem ad eius domum, dixerint *Adden. ad Paitell. expedit. ciuil. 71. num. 4. & Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 677. num. 28. part. 4.*

200 Ita ut hæredes viri non conſtito de receptione dotis per eam facta liberentur cedendo actiones contra promiſſorem illius, vt tradunt *Caſtr. in l. ſi Socer. 45. § lucius titius, numer. 9. ff. ſolut. matrim. Pariſ. dict. conſ. 95. numer. 6. lib. 2. Gabr. conſ. 149. numer. 9. lib. 2. Gratian. diſcept. Foren. capitul. 627. numer. 2. part. 4. Cancer. variar. reſolut. part. 1. cap. 9. numer. 147. circa medium*, vbi limitat, niſi vir feciſſet quietantiam promiſſori de receptione dotium, vt ibi per eum, *Aldograd. conſ. 31. numer. 7. lib. 1. D. Deluca in Theat. ver. & iuſt. tom. 6. in tract. de dote diſcur.*

diſcurſ. 70. numer. 5. & diſcurſ. 71. numer. 9.

201 Aduertendo tamen, quod dos dicitur exacta per virum a promittente non ſolum quando de dicta exactione conſtat per Inſtrumenta, vel per Teſtes, vel propria confeſſione viri, maximè præcedente promiſſione iuxta tradita per *Cala. de modo artic. gloſ. vnic §. 2. num. 1110. & per Maſcard. de probat. concluſ. 567. per tot. & concluſ. 569. per tot. vol. 1. per Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſ. vnic. par. 1. num. 31. & ſeq. per P. Boſſ. de dote, cap. 9. num. 148. & ſeq. per Caren. reſolut. 117. numer. 2. & per Domin. Deluca in Theatr. veritat. & iuſtit. tom. 6. in tractat. de dote, diſcurſ. 74. numer. 2. & 3.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, & Rotæ deciſiones.

202 Sed etiam quandò de illa conſtat per præſumptiones, & coniecturas, per quas dotis exactio benè probari dicitur, vt declarant *Rolan. de lucr. dotis, quæſt. 75. numer. 20.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcard. de probat. concluſ. 566. numer. 5. & 6. vol. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. numer. 68. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 14 numer. 1. Surd. conſ. 94. numer. 18. lib. 1. Grattian. diſcept. Forenſ. capit. 362. num. 7. par. 2. Ciriac. controuerſ. 29. numer. 20. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quam plures, & quamplures recenſet coniecturas id ſuadentes; *Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 455. num. 71. Ludou. deciſ. Peruſ. 99. per tot. part. 2.* latè *Pat. Boſſ. de dote capitul. 8. numer. 95. & ſequen.* vbi pariter recenſet coniecturas quamplures, *& capitul. 9. num. 148. & num. 149.* in quibus locis teſtatur de communi opinione *Caren. reſolut. 117. num. 8. D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote, diſcurſ. 164. in princ.* cum quibus pertranſit *Rot. apud Merlin. de pignor. deciſ. 63. numer. 13. & deciſ. 78. num. 14. & ſeq. & deciſ. 86. num. 6. & 11. par. 11. recent. & deciſ. 227. num. 4. & ſeq. par. 14. recent. & apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 148. in fin. & apud Dunoz. deciſ. 823. num. 6.* & alibi paſſim, & dixi etiam *Ego allegat. Forenſ. 78. num. 15.*

203 Cum dos probetur leuioribus probationibus propter illius fauorem, vt dixerunt *Dec. conſ. 135. ſub num. 2. Maſcar. de probat. d. concluſ. 566. in princip. lib. 1. Ciriac. dict. controuer. 29. num. 17.* & dixi *Ego d. alleg. Forenſ. 78. num. 16.*

204 Quicquid contrarium imò dotem quò ad probationes non eſſe priuilegiatam, ſed illam requirere legitimis probationes dixerint *Soccin. Iun. conſ. 12. num. 15. lib. 2. Alex. conſ. 13. num. 11. lib. 1. & Bald. Nouell. de dote part. 9 priuil. 12. num. 1. verſ. non tamen &c.* contra quos adeſt magis communis Doctorum, & Rotæ Romanæ opinio, de qua ſupra.

205 Supra tamen adducta non habent locum quando conſtat de negligentia viri in exigendo dotem, quia tunc poſt detectam promiſſoris inexigibilitatem vir, & illius hæredes cogi poſſunt ad reſtituendam dotem etiam per virum non exactam, cum illius negligentia vxori nocere non debeat, *ad tex. in l. ſi extraneus 34. ff. de iure dot.* & tradunt *Gabr. conſ. 149. numer. 10. lib. 2. Andreol. controu. 136. numre. 15. & controu. 405. numer. octauo, Fontanel. de pact. nupt. clauſ.*

clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. num. 54. Ciriac. d. controuerſ. 110. num. 5. D. Deluca in Theatr. verit. & inſtit. tom. 6. in tract. de dote diſcurſ. 70. num. 6. & diſcurſ. 71. num. 2. & diſcurſ. 163. num. 2. & Rota deciſ. 35. num. 8. par. 7. recent. & deciſ. 114. num. 16. d. par. 7. recent. & deciſ. 3. n. 16. poſt Salgad. in laberint. credit. & in Romana dotis 22. Iun. 1661. coram Card. Veroſpio, §. neque verò &c.

206 Ita vt in dicto caſu vir, & illius hæredes non liberentur cedendo actiones contra promiſſorem dotis, vt declarant Caſtr. in l. ſi ſocer, 45. §. lucius titius, num. 9. ff. ſolut. matrim. Anton. Fabr. in Codic. lib. 5. tit. 7. diffin. 9. in fine, & D. Deluca in Theatr. verit. & inſt. tom. 6. in tract. de dote diſcurſ. 71. num. 9. verſ. Omnes tamen, &c. vbi diſcedit ab opinione Andreol. & Altograd. volentium, quod ſi non eſt immutata conditio promiſſoris ſufficiat ceſſio, ſi verò eſt immutata ſecus, vt ibi per eum.

207 Quam tamen negligentiam viri in non exigendo dotem a promiſſore non præſumi, ſed illam eſſe probandam per vxorem, voluerunt Ruin. conſ. 93. numer. 8. vol. 5. Franc. Becci. conſ. 37. num. 20. vol. 1. Rolan. de lucr. dot. quæſt. 64. num. 12. & ſeq. Surd. conſ. 228. num. 16. lib. 2. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 125. num. 4. & Rota d. deciſ. 35. num. 9. par. 7. recent.

208 Et vlterius non quamlibet negligentiam viri ſufficere in non exigenda dote a promiſſore, itaut ipſe, vel illius hæredes ad illam reſtituendam vxori teneantur, ſed illam requiri, quæ ſit admodum manifeſta, & quæ latæ culpæ proxima ſit probat Alph. Abolea de ceſſion. iur. tit. 5. quæſt. 12. num. 22. & idem quo ad tutorem tenet Gratian. diſceptat. Forenſ. dict. capitul. 125. numer. 6. & 7. part. 1.

209 Quæ tamen non habent locum quando dos promiſſa fuit filię per patrem; cui cum debeatur reuerentia, ideo non datur actio vxori contra virum, vel eius hæredem, ſi dictam dotem non exegit, vti habetur in d. l. ſi extraneus, 34. ff. de iur. dot. vt declarant Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſa 1. par. 2. num. 68. & clauſ. 7. par. 2. gloſ. 1. num. 49. Alph. Abolea de ceſſion. iur. tit. 5. quæſt. 12. num. 16. qui plures dat concordantes, Andreol. contr. 164. num. 2. P. Boſſ. de dote capit. 19. num. 56. D. Deluca in Theatr. verit. & inſtit. tom. 6. in tract. de dote, diſcurſ. 70. num. 6. & diſcurſ. 71. num. 12. & diſcurſ. 163. num. 1. verſ. quatenus &c. & num. 4. & Rota in dict. Romana dotis 22. Iunij 1661. coram Card. Veroſpio §. ſi quidem &c. & 3. Martij 1662. coram eodem Veroſpio.

210 Quod habet locum non ſolum in patre qui promiſit dotem, verum etiam in matre, auo, & alijs, quibus debetur reuerentia, vt docent P. Boſſ. de dote, d. cap. 19. num. 56. & D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote d. diſcur. 163. numer. 4. qui adducit Rotam in deciſionibus ſupra proximè relatis.

211 Et habet locum etiam ſi maritus antequam pater, qui promiſit dotem, labatur facultatibus fuerit in mora dotem exigendi, cum d. l. ſi extraneus, 34. ff. de iure dot. generaliter loquatur, vti aduertunt Din. Rain. Cuman. & Alex. in l. nupta, 31. §. quoties, ff. ſolut. matr. quos refert, & ſequi videtur Vinc. de Franch. deciſ. 424. numer. 4. vbi dicit, contrariam opinionem Caſtren. eſſe valdè dubiam, & teſtatur de communi opinione, Boer. dec. 329. num.

num. 2. vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, *Ant. Fabr. in Cod. lib. 5. tit. 10. de dote caut. non num. diffin. 8. num. 4. & ibi in Addit. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. num. 70.* vbi pariter teſtatur de veriori opinione; *P. Boſſ. de dote; d. cap. 19. numer. 56.* cum quibus pertranſit etiam *D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote d. diſcurſ. 163. num 4.*

212 Licet contrarium imò quod vir, & illius hæredes teneantur reſtituere dotem vxori etiam promiſſam per patrem quando ipſe factus fuit non ſoluendo poſt negligentiam viri tenuerint *Caſtr. in d. l. nupta, 31. §. quoties, num. 2. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi marito, 32. §. 1. ff. eod. tit. Campegg. de dote, par. 2. quæſt. 77.* & alij relati per *Vinc. de Franch. d. deciſ. 424. num. 2. & 3.* & videtur ſentire *Altograd. d. conſ. 31. num. 2. vol. 1.* & hanc opinionem *Caſtr.* data culpoſa negligentia viri in praxi ſequi poſſe ſentit *D. Deluca in d. diſcurſ. 163. numer. 4. verſ. verum data &c.* remittendo tamen Iudicis arbitrio, vt ibi per eum, licet aliquæ authoritates a tanto viro cuius ſummam eruditionem Orbis totus admiratur adductæ non omninò illius intentioni fauere videantur.

213 Quæ licet benè procedant quò ad patrem, qui dotem promiſit, non tamen habent locum quò ad hæredes patris, a quibus ſi maritus dotem non exegit, cum ipſi non gaudeant priuilegio deducto ne egeant, ipſe maritus, & illius hæredes tenentur dotem non exactam vxori reſtituere, vt docent *Boer. d. deciſ. 329. num. 3. verſ. fallit ſecundo &c. Vinc. de Franch. d. deciſ. 424. num. 5. Medic. deciſ. Senen. exam. 36. num. 23. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. num. 77. Alphon. Abolea de ceſſion. iur. tit. 5. quæſt. 12. num. 16. in fin. Andreol. controuer. 164. num. 2. & controuer. 405. num. 8. P. Boſſ. de dote d. cap. 19. num. 58. & D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote d. diſcurſ. 71. num. 2. & d. diſcurſ. 163. num. 6. verſ. quintus &c.* & in terminis de dotante, qui non ſit pater ſemper ſentit *Rota*, vt habetur in *d. deciſ. 114. num. 16. par 7. recent. & deciſ. 203. num. 6. apud Zacch. de oblig. Camer. & deciſ. 63. num. 6. apud Merlin. de pignor.*

214 Sicuti etiam maritus, & per conſequens illius hæredes, qui conſtante matrimonio remiſit dotem, vel illius partem ſocero, ſoluto poſtea matrimonio tenebantur integram dotem vxori reſtituere, quia imputare ſibi debet maritus, qui dotem habuit pro ſoluta, vti probant *Boer. d. deciſ. 329. num. 3. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. num 76.* vbi dicit, hoc procedere ſi lapſa ſint tempora opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, vt ibi per eum, *P. Sanchez de matrim. lib. 6. diſput. 37 num. 3. Salgad. in laberint. credit. par. 2. cap. 20. num. 6. & P. Boſſ. de dote cap. 18. num. 48. in fin. & cap. 19. num. 55.*

215 Amplia ſupradicta, quæ diximus de non facta exactione dotis, vt habeant locum etiam ſi dos fuerit promiſſa ab extraneo, qui non ex neceſſitate, ſed ex voluntate mulierem dotauit, cum vix extraneus dici poſſit, qui parentis officio fungitur, qui cum gaudeat priuilegio, vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, ideo maritus dotem ab eo non exigendo non debet teneri de proprio, ſi factus fuit non ſoluendo, vti habetur

tur *in d. l. ſi extraneus 34. ff. de iure dotium*, & tradunt *Boer. d. deciſ. 329. numer. 3. verſ. & in primo caſu &c. Ant. Fabr. in Codic. lib. 5. tit. 10. diffin. 8. numer. 4. & ſeq. P. Merlin. de contract. diſput. 427. num. 1.* & non diſſentit *Vinc. de Franch. d. deciſ. 424. num. 7 & Acoſta de priuil. credit. reg. 2. ampliat. 6. numer. 48.*

216 Licet contrariam opinionem; quod imò maritus teneatur dictam promittentem dotem vrgere dum eſt ſoluendo, itaut ſi ille ſua negligentia factus fuerit non ſoluendo, maritus, & per conſequens illius hæres teneantur vxori dotē reſtituere tueantur *Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 6. gloſ. 1. part. 2. num. 72. Alpho. Abolea. de ceſſion. iur. tit. 5 quæſt. 12. num. 20.* cum quibus pertranſit *D. Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom. 6. in tract. de dote diſcur. 163. numer. 5. & 6.* vbi idem ferè tenet ſi dos fuerit promiſſa a coniunctis ex caritate ad dotandum obligatis, vt ibi per eum videndum, cum noluerim illius dicta hic inutiliter tranſcribendo recenſere.

217 Si verò ſumus in dotante ex neceſſitate, quales ſunt hæres patris, ſtuprator, raptor, & alij recenſiti per *D. Deluca in d. diſcur. 163. numer. 6. verſ. quintus eſt caſus &c.* & tunc niſi maritus probet adhibuiſſe omnem diligentiam pro dote exigenda, & per eum non ſtetiſſe, maritus, & eius hæredes tenentur ad dotem vxori reſtituendam, vt docent *Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ 6 gloſ. 1. par. 2. num. 64. & 72. P. Boſsi. de dote cap. 19 num. 59. & D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote d. diſcur. 71. num. 2.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *& d. diſcurſ. 163. num. 6. verſ. quintus eſt caſus &c.* & generaliter de dotante, qui non ſit pater, firmauit *Rot. dict. deciſ. 114. num. 16 part. 7. recent.* & apud *Merlin. de pignor. d. deciſ. 63. num. 6.* & apud Zacch. *de oblig. Camer. deciſ. 203. num. 6.*

218 Quando vero hæres mariti tenatur ad reſtituendam dotem vxori ob non exactam per virum nomen debitoris ei in dotem datum ſiuè æſtimatum, ſiuè non æſtimatum, ne breuitatis metas longe excedere videar, ſufficiat mihi benignum lectorem remittere ad *Mangil. de euict. quæſt. 77. num. 8. & ſeq. ad Alphon. Abolea de ceſſion. iur. d tit. 5. quæſt. 12. numer. 20 21. & ſeq. ad Pat. Boſsi. de dote, cap. 8. num. 136. & plurib. ſequen. & ad D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote, diſcur. 163. num. 7. & ſeq.* vbi doctè, & magiſtraliter more ſuo id declarat *& ad Rot. deciſ. 908. part. 4. diuerſ. & deciſ 409. apud Duran. poſt princ.*

219 Verum quia in prim. articul. ferè totum materiam ad Inuentarium ſpectantem apponere curauit, pro dict. materiæ complemento hic addendum putaui, quod Inuentarium eſt conficiendum per hæredem laicum, etiam ſi defunctus eſſet Clericus, coram Iudice Seculari, non autem coram Iudice Eccleſiaſtico, vt tradunt *Rolan. de inuent. part. 2. quæſt. 17. num. 1. & conſ. 61. num. 9. vol. 4. Phanuc. de inuet. part. 3. numer. 25. Carol. de Graff. de effect. clerical. effect. 1. num. 1010. Bald. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 1. in tract. de inuent. tit. 12. num. 1.* qui plures dat concordantes, *& tom. 4. de Immun. Eccleſ. in tit. de Secul. in Eccleſ. cognoſ. num. 546.* plenè *Carleuall. de iudic. tom. 1. diſput. 2. quæſt. 5. num. 337.* vbi teſtatur de communi

opi-

opinione, & quamplures adducit ita ſentientes, *Salgad. in laberint. credit. part. 1. cap. 6. numer. 25. Thomat. deciſ. March. 89. numer. 13.* & benè comprobat *Buttigl. de ſucceſſ. cap. 1. theor. 12. num. 13.* vbi plures dat concordantes, *& Guttier. pract. quæſt. 49. num. 1. & 2.*

220 Quod habere locum etiam ſi hæres inſtitutus eſſet Clericus probat poſt *Gugl Bened. Rebuff. Carol. de Graſſ. Barboſ. Adden. ad Guid. Pap. & Villadieg.* per eum relatos idem *Carleual. de iudic. d. diſput. 2. quæſt. 5. numer. 346.* licet aliquos contrarium tenentes referat, *num. 345.*

221 Itaut coram Iudice Laico ad dictum effectum citari valeant etiam Clerici cum clauſula *Quatenus eorum putent intereſſe*, cum in dicto caſu Clericus dicatur reus voluntarius, non neceſſarius, vt tenent *Craſſ. de ſucceſſ. part. 2. art Inuentarium quæſt 9. in fin. Farinac. de inquiſ. quæſt 8. numer 89.* vbi tres dat ſublimitationes, plenè *Thomat. d. deciſ. March. 89. numer. 70. & ſequen. Ceuall. de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 78. num. 3. Graſſ. de effect. clerical. effect. 1. num. 471. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 100. Baldaſ. Thomaſ. vbi ſupra numer. 546.* plenè *Baron. de citat. tom. 1. quæſt. 24. nu. 9.* vbi quamplures dat concordantes, & de communi opinione teſtatur *P. Diana in tit. de immunit. Eccleſ. reſol 20.* cum quibus pertranſit *Dom. Deluca in Teatb. veritat. & iuſti. tom. 3. de foro compet. diſcurſ. 60 num. 9.* & in fortioribus terminis nempè in cauſa concurſus faciendi, Clericum citari poſſe coram Iudice Laico, & ipſum non poſſe opponere declinatoriam fori latè comprobat *Salgad. in laberint. credit. part. 1. cap. 6. per tot.* vbi quamplures dat concordantes, & teſtatur de veriſſima opinione.

222 Licet contrarium teneant *Duard. ad Bull. cænæ lib. 2. canon. 15. quæſt. 11. num 50. Marta de iuriſd. part. 4. cent. 1. caſu 38. num. 8. Bonac. de legib. diſput. 10. quæſt 2. punct. 1. §. 1 num. 27. & Ambroſ. de immunit. Eccleſ. cap. 22. num. 73.*

223 Nequè eſt omittendum, quod dum dixi ſupra *art. 1. num. 36.* quod inſtitutus in re certa non dicitur hæres, ſed habetur loco legatarij hoc ampliatur, vt habeat locum etiam ſi Inſtitutio particularis concepta fuerit per verba vniuerſalia, reſtricta tamen ad res, ſeu bona certa puta inſtituit hæredem vniuerſalem in omnibus bonis talis Ciuitatis, vel loci, nam non deſinit eſſe particularis, cum ſufficiat, Inſtitutionem non eſſe de integra, aut de quota hæreditatis, vt reputetur particularis, & de re certa, vt not. *Doct. in l. quoties 13. C. de hæred. inſtit. Bald. in l. cum a matre 14. num. 5. C. de rei vendic. Alex. conſ. 175 in princ. lib. 6. & Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap 8. num. 13. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Rot. apud Merlin. de pign. deciſ. 64. num. 11. & 12.* Maximè ſi ſequatur hæredis vniuerſalis inſtitutio ad fauorem alterius, vt benè declarat *Rota 161. num. 13.* quando habeat locum declarat *D. Deluca in Theat. veritat. & iuſt. tom. 7 in tit. de donat. diſcurſ. 45. num. 3. & ſeq.*

224 Prout etiam addo, quod hæres non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, ſi ei illud fuerit remiſſum per creditores, vel legatarios, quia dictum pactum

eſt

eſt validum, vt tradunt *Montic. de Inuent. cap.* 1. *num.* 17. *&* *num.* 35. *& ſeq. in impreſsione Taurinen. quæſt.* 223. quem refert, & ſequitur *Rota deciſ.* 272. *in fin. par.* 14. *recent.*

225 Addo vlterius, quod dum dixi ſupra *art.* 1. *nu.* 414. quod in confectione Inuentarij non eſt neceſſe citare creditores abſentes, vt non dicantur abſentes qui habitant in Ciuitate propinqua loco, vbi fit Inuentarium, & eſt ſub eodem Principe quando creditores ſunt certi, vt tradunt *Phanuc. de Inuent. par.* 3. *num.* 17. *& Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.* 798. *num,* 8. *par.* 4. quos refert, & ſequitur *Rota apud Bichium deciſ.* 469. *num.* 5. *tom.* 2.

226 Nec non etiam vlterius addo ſcriptis ſupra num. 154. quod hæredes viri tenentur viduæ præſtare alimenta intra annum luctus, vt habeat locum quando dos conſiſtit in bonis mobilibus, & in pecunia, quam non tenentur reſtituere niſi elapſo anno luctus, ſecus tamen eſt ſi illa conſiſtat in bonis immobilibus, quia tunc cum dos ſit ſtatim reſtituenda, ceſſat ratio petendi alimenta ab hæredibus viri, qui tenentur ſolum ratione dotis non reſtitutæ, vt declarant *Imol. Caſtr. Alex. Socin. Iaſ.* & communiter Doctores *in l. diuortio* 8. *ff. ſolut. matrim. & Surd. de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 63. *& ſeq.*

Itaut quando dos conſiſtit in bonis immobilibus ſoluto matrimonio fructus ad hæredibus viri percepti ſpectent in totum ad viduam, & ei ſint reſtituendi, vt poſt *Card. Montic. Surd. Gomez. Barboſ. Gamma Gratian. Fontanel. Hodier.* & alios per eum adductos firmat *P. Boſſi. de dote cap.* 20. *num.* 105. *& ſeq.* vbi dicit, hoc habere locum, etiam ſi vidua permanendo cum hæredibus ab eis percepiſſet alimenta, quia adhuc hæredes fructus intra annum luctus perceptos non faciunt ſuos, ſed illa ex computant pro rata cum alimentis perceptis, vt ibi per eum.

DONA-

DONATARIVS OMNIVM BONORVM, An teneatur ſoluere debita donatoris.

ARTICVLVS QVARTVS.

ARGVMENTVM.

Donatarius omnium bonorum an teneatur ſoluere debita donatoris, creditores donatoris an poſſint agere contra eum via executiua, vel agere debeant actione reuocatoria, & quid ſi donatarius promiſerit illius debita ſoluere, & an teneatur illa ſoluere donatarius particularis, donatarius an teneatur ſoluere debita poſt donationem contracta per donatorem, donatarius cum hipoteca an præferatur creditori poſteriori ex cauſa oneroſa, & quid ſi donatio fraudolenter fuit facta, & plures fraudis coniecturæ recenſentur, & quid ſi donatio contineat reſeruationem facultatis teſtandi, & an illa teneatur ſoluere in ſubſidium, & donatore decedente ſine hærede, vel cum hærede non ſoluendo, donatarius an teneatur quando donatio eſt remuneratoria, & donatio ſuperet merita, & quid ſi donatio ſit cauſa mortis, donatarius omnium bonorum an teneatur ſubminiſtrare alimenta filijs donatoris, & an teneatur donatarius hæreditatis, & ſi bona donata ſint hipotecata creditoribus donatoris, in Iudicio Saluiani an ſit neceſſaria excuſſio, & illud detur etiam extra cauſam locationis, donatarius Principis an teneatur ſoluere debita donatoris, donatarius an teneatur ſoluere debita donatoris vltra quantitatem bonorum donatorum etiam non facto inuentario, & quid ſi donatarius obligauit pro ſolutione propria bona, reliqua habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio quæſtionum reddit negocium clarius.*

Cum diſtincta facilius intelligantur, numer. 2.

3 *Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali.*

Licet contrarium teneant quamplures Doctores, num. 7.

4 *Æs alienum non ſequitur fundum.*

5 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*

6 *Donatarius omnium bonorum non habetur in puncto iuris pro hærede.*

8 *Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris, ſed creditores agere debent reuocatoria.*

9 *Creditores donatoris non poſſint agere contra donatarium via executiua.*

Et

Et eo magis contra donatarium donatarij, num. 10.

11 Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris etiam ſi illa promiſerit ſoluere.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 14.

Ratio affertur, num. 12.

Et cum actio perſonalis non detur contra eum, cum quo nihil actum eſt, numer. 13.

Fallit tamen de equitate canonica, num. 15

Et ſtante ceſsione, num. 16.

Cum ceſsionarius ſuccedat in omnibus iuribus cedentis, num. 17.

Et reputetur eadem perſona cum cedente, num. 18.

Fallit etiam ſtante ſtipulatione Notarij, num. 19.

Et ſtante obligatione Camerali, num. 20.

21 Actio ex ſtipulatione Notarij vt acquiratur abſentia requiratur acceptatio.

22 Donatarius particularis non tenetur ſoluere debita donatoris.

Cum donatarius particularis non repræſentet donatorem, num. 23.

24 Legatarius non tenetur ſoluere debita defuncti.

Cum ipſe non repræſentet defunctum, num. 25.

Neque ſuccedat in iuribus defuncti, num. 26.

27 Legatarius fundi cenſuati non tenetur ſoluere fructus cenſus.

28 Donatio quando dicatur particularis, vel vniuerſalis remiſsiuè.

29 Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris poſt donationem contracta.

Alias eſſet in facultate donatoris reuocare donationem, num. 30.

31 Prohibitum directè non poteſt fieri indirectè.

32 Donatarius non tenetur ſoluere debita donatoris contracta poſt donationem non ſolum quando eſt ſecuta traditio.

Sed etiam quando non eſt ſequta traditio, ſi donatarius habeat hipotecam, numer. 33.

Et eo magis quando eſt ſequta traditio etiam ex clauſula conſtituti, num. 36.

Licet contrarium creditores poſteriores cum titulo oneroſo præferri donatario etiam cum hipoteca habenti titulum lucratiuum tenent aliqui, num. 35.

Affertur diſtinctio, num. 37.

34 Cauſa oneroſa in hipoteca non habet prælationem.

38 Creditoribus poſterioribus donatoris ſuccurritur quando donatio fraudolenter præceſsit etiam ſtante traditione.

Et eo magis quando debita fuerunt ante donationem contracta, num. 39.

Etiam ſi donatarius non fuerit conſcius fraudis, num. 40.

Facta tamen excuſsione contra donantem, num. 41.

Licet contrarium ſenſerit gloſ. communiter reprobata, num. 42.

43 Fraus in dubio non præſumitur.

Illa tamen probatur ex coniecturis, numer. 44.

Vt ſi donatio facta ſit de omnibus bonis, ſeu de maiori illorum parte, num. 45.

Et ſi donans remaneat in poſſeſsione bonorum donatorum, num. 46.

Maximè accedentibus alijs coniecturis, num. 47.

Licet ex dicta coniectura arguatur ſimulatio, ſed non fraus, num. 48.

Et ſi donatio facta fuerit perſonæ coniunctæ, num. 49.

Et ſi donatio facta fuerit in abſcondito, num. 50.

Et ſi poſt factam donationem committatur delictum, num. 51.

Et

Et ſi vſus fructus reſeruetur, num. 52.

53 *Fraus in donatione quando dicatur commiſſa, & de illius coniecturis remiſſiuè.*

54 *Donatarius tenetur ſoluere debita donatoris poſt donationem contracta de quātitate reſeruata per donatorem.*

55 *Donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere debita defuncti in ſubſidium.*

Contrarium tenent aliqui Doctores, n. 58.

Et quando donator deceſſit ſine hærede, vel cum hærede, non ſoluendo, n. 59.

56 *Actio perſonalis in ſubſidium datur etiā contra ſingularem ſucceſſorem.*

Maximè contra poſſidentem titulo lucratiuo, num. 57.

60 *Donatio omnium bonorum non eſt titulus.*

Moriente tamen donatore illa inducit naturam tituli vniuerſalis, num. 61.

62 *Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris neque in ſubſidium, ſi donatio eſt remuneratoria.*

Si tamen merita æquiualeant donationi, alias ſecus, num. 69.

Et ſi aliundè conſtet de meritis, alias ſecus, num. 71.

63 *Donatio remuneratoria non dicitur propria donatio.*

64 *Actio perſonalis neque in ſubſidium datur contra poſſidentem titulo oneroſo.*

65 *Donatarius ex remuneratione non dicitur habere ex cauſa oneroſa.*

Cum obligatus ex naturali obligatione dando dicatur facere ex cauſa lucratiua, num. 66.

Contrarium quod donatio dicatur ex cauſa oneroſa etiam ſi merita non producant obligationem efficacem tenent plures, num. 67. & 68.

70 *Donatio remuneratoria in eo, quod excedit merita dicitur ſimplex donatio.*

72 *Donatio quæ fit a perſona, quæ poteſt liberè donare quò ad merita ſtatur aſſertioni contrahentium.*

Quando verò non poteſt liberè donare, merita ſunt probanda, num. 73.

Ratio affertur, num. 74.

Item affertur alia ratio, num. 75.

76 *Merita quando æquipolleant donationi ſtatur arbitrio Iudicis.*

77 *Merita an præſumantur, vel debeant probari remiſſiuè.*

78 *Donatarius cauſa mortis non tenetur ſoluere debita donatoris.*

79 *Donatarius omnium bonorum tenetur dare alimenta filijs donatoris.*

Etiam filijs ſpurijs, & illegitimis, n. 81.

80 *Alendi onus tranſit in eum, in quem tranſeunt bona donatoris.*

Procedit quando bona tranſeunt ex titulo lucratiuo, alias ſecus, num. 82.

Licet contrarium teneant alij etiam ſi tranſeant ex titulo oneroſo, num. 83.

84 *Donatarius hæreditatis tenetur ſoluere debita donatoris.*

85 *Donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere debita donatoris ſi conuenitur hipotecaria.*

Cum res obligata tranſeat in quemcumq; cum ſuo onere, num. 86.

87 *Excuſſio requiritur quando intentatur actio hipotecaria.*

Secus quando intentatur vtile Saluianum Interdictum, num. 88.

Licet de hoc aliquando dubitauerit Rota Romana, num. 89.

Et contrarium tenuerint plures Doctores, num. 90.

91 *Excuſſionis exceptio dicitur altioris indaginis, & de apicibus iuris.*

92 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Saluiano.*

93 *Excuſſionis exceptio ditur reſpicere petitorium.*

94 *Petitorium concernentia non admittuntur in poſſeſſorio.*

95 *Excuſsionis exceptio non admittitur in Saluiano etiam, ſi agatur ad bona generaliter obligata dimiſsis bonis ſpecialiter obligatis.*

Contrarium tenent alij. num. 96.

97 *Saluianum vtile interdictum datur cuicumquè datur actio hipotecaria.*

Et cuicumquè creditori habenti bona debitoris hipotecata etiam extra cauſam locationis. num. 98.

Licet contrarium teneant aliqui. nu. 99.

Et datur contra quemcumquè tertium bonorum poſſeſſorem. num. 100.

Licet contrarium tenuerint aliqui. n. 102.

Et etiam contra ſingularem poſſeſſorem, & titulo poſsidentem. num. 101.

103 *Donatarius Principis tenetur ſoluere debita donatoris.*

104 *Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita vltra vires donationis.*

Cum d. donatarius non dicatur hæres, ſed ſucceſſor bonorum. num. 105.

Maximè quando eſt donatarius particularis. num. 106.

Et quando reddit rationes de rebus donatis. num. 107.

Et non tenetur de proprio etiam non confecto inuentario. num. 108.

Contrarium tenent aliqui. num. 109.

Licet ſecus ſit in donatario hæreditatis. num. 110.

Niſi tamen donatarius voluerit teneri de proprio. num. 111.

112 *Pactum valet, quod donatarius teneatur ſoluere debita donatoris de proprio.*

113 *Donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere debita de æquitate, & ad euitandum circuitum.*

Quod tamen reuocatur in dubium per authorem. num. 114.

115 *Iudex tenetur ſequi rigorem ſcriptum, & non æquitatem non ſcriptam.*

116 *Æquitas non ſcripta non venit attendenda.*

117 *Guid. Papa deciſ. 105. & ſequaces declarantur.*

118 *Donator poteſt cogere donatarium ad ſoluendum eius debita.*

Donatarius omnium bonorum, an teneatur ſoluere debita donatoris.

ARTICVLVS QVARTVS.

FIrmaui ſup. *in 1. art. num. 283.* quod hæres non autem donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere æs alienum defuncti, Verum quia concluſio prædicta particulari videtur indigere diſcuſsione, cum illa ſatis intricata ſit, & quamplures admittat ampliationes, limitationes, & declarationes, vt ex infra dicendis clarè apparebit, quas ibi apponere non putaui, ne articulus prædictus pluſquam longiſſimus euaderet, Ideo in hoc articulo quarto d. materiam ſpecialiter remanendam duxi, dequè illa hic ſepara-
1 tim diſſerere decreui, cum ex diſtinctione quæſtionum, & articulorum negocium clarius euadat. *cap. ſuper litteris 20. de reſcript.* & not. *Abb. conſ. 96. num. 1. lib. 1. & Choel ad Bull. bon. Regn. in gloſ. 1. cap. 1. num. 2.* & cum diuiſa,
2 ſeu diſtincta facilius intelligantur. *l. 1. in princ. iuncta gloſ. ff. de doli except. § ſed nam vſquè Inſt. de lega.* & ſcripſerunt *Iaſ. conſ. 24. col. 2. vol. 1. & Coſta de ration. ratæ. quæſt. 17. num. 7.*
3 In hoc igitur quarto articulo concluſionē facio negatiuā, quod donatarius

tarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali, *l. æris alieni*, 15. *& ibi gloſ. C. de donat.* & illam firmarunt *Dec. conſ.* 237. *num.* 2. *& ſeq. Guid. Papa deciſ.* 105. *in princ. Caroc. deciſ. ſeu caſu* 125. *numer.* 3. *Couar. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. vbi alios adducit ita ſentientes, *Card. Tuſch. pract. concluſ. littera D. concl.* 658. *num.* 10. vbi teſtatur de communi opinione, & *concl.* 651. *num.* 1. & de communi pariter teſtatur *Peguer. deciſ.* 121. *num.* 1. *Adden. ad Paitell. expedit. ciuil.* 46. *num.* 9. *Theſaur. deciſ.* 211. *num.* 8. latè *Coſta remed. ſubſid.* 108. *num.* 6. *& ſeq. Cancer. variar. reſol. par.* 1. *cap.* 8. *numer.* 68. vbi dat concordantes, & dicit, de rigore iuris, hanc eſſe veram opinionem, & *par.* 3. *cap.* 7. *poſt num.* 129. *Ciriac. controuerſ.* 14. *numer.* 11. *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 143. *num.* 4. *Giurb. deciſ.* 62. *ſub num.* 33. *verſ. reſpondeo, &c.* vbi dicit hoc eſſe clarum, *Cardinal. Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 7. *Adden. ad Capic. Latro. deciſ.* 44. *num.* 6. *Cutell. de donat. tom.* 2. *ſpecial.* 29. *num.* 15. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 16. *Alph. Abolea de ceſsion. iur. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 16. *& numer.* 26. *Alo. Albri. I. Conſ. Placen. apud Andreol. controuer.* 288. *num.* 19. & illam veram in puncto iuris dicit *Domin. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 7. *in tit. de donat. diſcurſ.* 45. *num.* 13. *& Rota apud Cerid. de Cenſ. deciſ.* 284. *num.* 6. *& apud Duran. deciſ.* 348. *num.* 3. Itaut meritò hæc concluſio dici valeat verior, & per Doctores communiter recepta.

4 Æs enim alienum non ſequitur fundum, *d. l.* 1. *§. ſi hæres ff. ad Trebell. l. fin. C. de hæred. action. l. quoties*, 15. *C. de hæred. inſtit.* & not. *gloſ. in d. l. æris alieni*, 15. *C. de donat. & Doctor. in l. cum à matre*, 14. *C. de rei vendic. Dec. in d. conſ.* 237. *poſt num.* 6. *Scapuc. de Saluian. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 4. *Mangil. de euiction. quæſt.* 32. *num.* 9. *Caroc. d. deciſ. ſeu caſu* 125. *num.* 9. *verſ. & prædicta vera ſunt, &c.* & dixi etiam ſupra *art.* 1. *num.* 39. *& num.* 508.

5 Et actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem *d. l.* 1. *§. ſi hæres*, & ibi not. Doctores communiter *ff. ad Trebell.* & tradunt etiam *Magon. deciſ. Floren.* 102. *numer.* 17. *Honded. conſ.* 38. *num.* 47. *lib.* 2. *Paitell. expedit. ciuil.* 51. *numer.* 22. *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 110. *num.* 16. *& ſeq.* in his terminis *Cancer. variar. reſolut. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 129. *Ciriac. controuerſ.* 18. *num.* 1. *& controuer.* 180. *num.* 31. *& controuerſ.* 189. *num.* 8. *& Rota apud Pacif. de Saluian. deciſ.* 178. *num.* 21. *& deciſ.* 179. *num.* 4. Neque contra eum, cum quo nullum geſtum eſt negocium, *Ciriac. controuer.* 599. *num.* 85. *& controuer.* 617. *num.* 7. *Olea de ceſsion. iur. titul.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 27.

6 Et donatarium omnium bonorum præſentium, & futurorum non haberi in puncto iuris pro hærede, & ſic illum conueniri non poſſe actione perſonali not. *Ant. Fabr. in Codic. lib.* 2. *tit.* 24. *Qui, & aduer. quos reſtit. in int. poſtu. diffin.* 3. *& Cancer. variar. reſol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 68. *Coſta remed. ſubſid.* 108. *num.* 14. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 658. *numer.* 10. vbi de communi *Giurb. obſeru.* 104. *num.* 26. & illum non eſſe hæredem, licet quandoque pro hærede habeatur dicit *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 7. *in tit. de donat. diſcur.* 44. *num.* 12. & dixi Ego *allegat. Ebren.* 40. *numer.* 32.

licet illum proprie, & cum effectu eſſe hæredem dixerit *Cutell. de donat. tom. 2 ſpecial. 38. num. 3.* quod tamen reuocat in dubium *ibi num. 7.*

7 Contrariam tamen opinionem, imò donatarium poſſe conueniri à creditoribus donatoris directè actione perſonali ſcripſerint *Boer. deciſ. 204. numer. 41. & ſeq. Celſ Vgo. & Gugliel. de Bened.* quos ſimpliciter refert *Andreol. controuerſ. 240. numer. 61. Gratian. diſcep. Forenſ. capitul. 256. numer. 17. & ſequen. part. 2.* & ſentit *D. Deluca in Theatr. veritat. & iuſtit. tom. 7. in titul. de donat. diſcur. 45. numer. 11. & numer. 13. verſ. attamen &c. & diſcurſ. 46. num. 1. verſ. & quamuis &c.* cum quibus pertranſit *Rota apud Merlin. de pignorib. deciſ. 98. numer. 5. & deciſ. 101. numer. 19. par. 9. recentior. tom. 1. & apud D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 151. numer. 15. & deciſ. 14. in fin. part. 14. recentior.*

8 Amplia primo dictam principalem concluſionem, quod donatarius omnium bonorum non poſſit conueniri per creditores donatoris actione perſonali, quam cenſeo de rigore iuris veriorem, licet ſecunda fortè non ſit improbabilis de æquitate, & ad euitandos circuitus, vt dicam infra, in fin. vt creditores donatoris teneantur agere actione reuocatoria contra donatarium, ex quo donatio facta fuit in eorum fraudem, vt probant *Guid. Pap. d. deciſ. 105. num. 1. Cardinal. Tuſch. dict. concl. 658. numer. 11. Peguer. deciſ. 121. num. 2. Merl. de pignor. lib. 4. quæſt. 143. num. 4. & Adden. ad Capic. Latr. d. deciſ. 44. numer. 7.* vbi concordantes, & *Domin. Deluca in Theatr. veritat. & iuſtit. tom. 7. in titul. de donat. diſcurſ. 45. numer. 13.*

9 Amplia ſecundo dictam principalem concluſionem, vt eo minus creditores donatoris agere poſſint contra donatarium omnium bonorum via executiua, vel tantum via ordinaria, vt ſcriptum reliquerunt *Parlad. rer. quotid. lib. 2. capit. fin. part. 4. §. 2. numer. 5. verſ. Idem in donatario &c. Amat. reſolut. 58. ferè per tot. vol. 2. & præcipuè, num. 8. & ſequen. Berlich. ad Conſtit. Saxon. tom. 1. concluſ. 55. numer. 74.* quos refert, & ſequitur *Caren. reſolut. 107. num. 1.* cum quibus pertranſit *Giurb. deciſ. 62. numer. 33. verſ. Reſpondeo &c.* vbi teſtatur de veriori opinione.

10 Subamplia dictam ſecundam ampliationem, vt eo magis habeat locum in donatario donatarij, contra quem non dari viam executiuam etiam ſtante ſpeciali Conſtitutione, prout in Regno Neapolitano, quod illa detur contra donatarium, vt ſcripſerunt *Giurb. deciſ. 62. numer. 33. & 34.* vbi redarguit Iudices Catinen. qui ſequendo *Mutam* contr. iudicarunt, vt ibi per eum *Amat. d. reſolut. 58. vol. 2. num. 8. & ſeq. & Caren. d. reſolut. 107. num. 2.*

11 Amplia tertiò dictam concluſionem principalem, quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali, vt habeat locum etiam ſi donatarius promiſerit debita donatoris perſoluere, quia adhuc creditoribus non competit actio contra illum ad debitorum exactionem, ſed ſolum competit actio donanti ad cogendum donatarium ad obſeruantiā contractus, & promiſſorum per eum *ad textum in*

l. cum

l. cum res, 20. *C. de donat. gloſ. in l. hæreditatem*, 28. *in verbo Cogenda*, *ff. de donat.* & tradunt *Caroc. d. deciſ. ſeu caſu*, 125. *num.* 3. *verſ. onus igitur &c. Boer. deciſ.* 204. *num.* 42. *in fine*, licet poſtea dicat, ad euitandum circuitum de æquitate poſſe donatarium ſic promittentem ſoluere adſtringi ad ſoluendum per Iudicem, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Coſta d. remed. ſubſid.* 108. *numer.* 6. *Andreol controuer.* 204. *numer.* 17. *& Alphon. Abolea de ceſsion. iur. tit.* 3 *quæſt.* 9. *num.* 25. *& Capic. Latro d. deciſ.* 44. *num.* 8. *& ſeq.* & ſecundum prædicta fuiſſe deciſum in cauſa Principis Conchæ cum Duce Magdaloni referunt *Adden. ad Capic. Latro d. deciſ.* 44. *num.* 7.

12. Cum nulla actio acquiratur tertio, quando aliquod onus extrinſecum pacto includitur, quicquid ſit quando pactum reſpicit ipſam rem, & cum re coniunctum eſt, & onus intrinſecum continet, *ad tex. in l. quoties*, 3. *C. de donat. quæ ſub modo*, *& in l. ſi genero*, 26. *C. de iure dot.* & tradunt *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 204 *num.* 39. *par.* 2. *Mangil. de euict. quæſt.* 49. *numer.* 23. *Salgad. in laberint. creditor. part.* 2. *numer.* 15. *& ſeq. & Alphon. Abolea de ceſsion. iur. titul.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 26. & dixi etiam ſupra *art.* 1. *num.* 240. *& ſeq.*

13 Et actio perſonalis non datur contra eum, cum quo nullum negocium fuit celebratum; *l. ſi in area*, 33. *ff. de cond. indeb.* & not. *Gabr. conſ.* 146. *num.* 1. *lib.* 1 *& Ciriac. controuerſ.* 120. *num.* 1. *& controuer.* 181. *num.* 2. *& controuer.* 330. *num.* 3. & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 59. *num.* 15. *& allegat.* 60. *num.* 10.

14 Licet contrarium ex dict. promiſſione donatarij ſoluendi creditoribus donatoris eiſdem acquiri actionem contra donatarium poſt *Vinc. de Franch. deciſ.* 74. *Conſil. Merlin. contr. Forenſ. cap.* 60. *lib.* 1. *& Arias de Meſa variar. reſolut. lib.* 3. *capitul.* 50. per eos relatos teneant *Adden. ad Capic. Latr. d. deciſ.* 44. *numer.* 5. vbi tamen fatentur contrarium fuiſſe iudicatum in *Sac. Conſil.* vt dixi ſupra, & quando donatarius illa in ſe accollauit *Rota deciſ.* 618. *numer.* 14. *apud Bichium*.

15 Limita tamen dictam tertiam ampliationem, vt non habeat locum de æquitate canonica, ob quam creditoribus in ſubſidium conceditur actio vtilis ex dicta promiſſione, & ſtipulatione contra donatarium promittentem ſoluere, vt tradunt *Mangil. de euict. d. quæſt.* 49. *num* 24. qui alios dat concordantes quamplures, *Gratian. diſceptat. Forenſ. capitul.* 204. *numer.* 40. *par.* 2. *Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 11. *numer.* 19. qui pariter alios adducit ita ſentientes, *Alphon. Abolea de ceſsion. iur. titul.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 20. *circa medium*, *& titul.* 4. *quæſt.* 9. *numer.* 36. *in fin.* vbi refert, aliquos volentes, creditores in hoc caſu non poſſe agere contra emptorem promittentem ſoluere ad euitandum circuitum, niſi ſubſiſtente aliqua iuſta cauſa, cum quibus ipſe ſentit, *Salgad. in laber. creditor. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 32. vbi alias dat limitationes, *Adden. ad Capic. Latro dict. deciſ.* 44. *numer.* 8. *&* 9. & ſupra *in prim. art. num.* 243.

16 Limita ſecundò dictam tertiam ampliationem, vt non habeat locum ſi actio ab ipſo donatore creditoribus

cedatur, quia tunc benè creditores contra dictum donatarium promittentem ſoluere agere poſſunt, vt nos docuerunt *Mangil. de euict. d. quæſt. 49. num. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 204. num. 4. par. 2.* vbi plures adducit ita ſentientes, *Gargiar. Iun. conſ. 2. num. 10. lib. 1. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 11. num. 19. & Alph. Abolea de ceſsion. iur. d. tit. 3. quæſt. 9. num. 20. ante finem*, & dixi ſupra *dict. art. 1. num. 244.* in propoſito emptoris hæreditatis promittentis ſoluere debita hæredis illius creditoribus.

17 Cum ceſſionarius ſuccedat in omnibus iuribus, actionibus, & remedijs cedenti competentibus, vt tradunt *Scapuc. de Salutan. lib. 1. quæſt. 18. num. 2. Pacif. de Salutan. inſpect. 3. capit. 2. num. 901. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 733. num. 22. par. 4. Poſt. reſolut. 16. num. 1. Ciriac. controuerſ. 500. numer. 14.* plenè *Alph. Abolea de ceſsion. iur. titul. 6 in exord. tit. in princip. & Rota apud Zacch. de Societ. deciſ. 18. num. 8. & deciſ. 74. numer. 3. & deciſ. 155. num. 3. par. 7. recent. & deciſ. 365. num. 10. par. 11. recent. & apud Card. Celſum, deciſ. 302. numer. 6. & apud D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 153. num. 2.*

18 Et reputetur eadem perſona cum cedente. *Surd. conſ. 22. num. 16.* vbi hoc latè comprobat *lib. 1. Ciriac. controuer. 157. num. 4. Carleual. de iudic. lib. 3. diſput. 26. num. 1. & diſput. 35. num. 1. tom. 2. Poſt. reſolut. 60. numer. 12.* latè *Alphonſ. Abolea de ceſsion. iur. tit. 6. in exord. tit. in princ. & Rota deciſ. 440. num. 3. & 7. par. 14. recent.* cum alijs per me adductis ſupra *d. art. 1. num. 245. & ſeq.*

19 Limita tertio dictam tertiam ampliationem, vt non habeat locum ſtante ſtipulatione Notarij pro omnibus quorum intereſt, quia tunc creditoribus donatoris acquiritur actio contra donatarium promittentem eis ſoluere debita donatoris, vt tradunt *Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 49. num. 18. par. 1. & cap. 204. numer. 41. par. 2. & cap. 532. num. 4. par. 3. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 14. tit. 26. num. 10. Ciriac. controuerſ. 322. num. 26. Merlin. de pignorib. lib. 5. quæſt. 11. num. 22. & ſeq. Salgad. in laber. credit. par. 2. cap. 26. num. 35. Alphon. Abolea de ceſsion iur. tit. 4. quæſt. 9. num. 29.* vbi teſtatur de communi opinione, & generaliter tenuit *Rota apud Gregor. XV. deciſ. 97. num. 3.* vbi alij adducuntur ita ſentientes, & ſentit eadem *Rota deciſ. 444. num. 27. & ſeq. par. 9. recent. tom. 2.* & alij Doctores adducti ſupra *dict. artic. 1. numer. 251.*

20 Amplia dictam tertiam limitationem vt habeat locum etiam ſi ſolum in Inſtrumento dict. promiſſionis factæ per donatarium de ſoluendo creditoribus debita donatoris adſit obligatio Cameralis, cum illa habeat in ventre ſtipulationem pro omnibus, quorum intereſt, vt declarant *Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 5. num. 6. & ſeq. Adden. ad Gregor. XV. d. deciſ. 97. numer. 3. Rota deciſ. 86. in princ. & deciſ. 97. in princ. & deciſ. 137. in princip. apud Zacch. de oblig. Camer.* latè eadem *Rota deciſ. 50. num. 22. apud Merlin. de pignor. & d. deciſ. 444. num. 31. par. 9. recent. tom. 2.* abſque auxilio ceſſionis, vt dixi in *d. prim. art. num. 253.*

21 Vtrum verò ad effectum acquirendi actionem ex d. ſtipulatione requiratur acceptatio, ſeu ratificatio creditoribus

ditorum ſcripſi latè *in d. prim. articul. num.* 254. *& ſeq.* quæ videas ibi, ſi cupis, ne hic inutiliter repeti videantur.

22 Amplia quarto dictam concluſionem principalem, vt eo magis habeat locum in donatario particulari, qui nullo modo tenetur ad ſoluendum debita donatoris actione perſonali, *d. leg. æris alieni*, 15. *C. de donat.* & ſcriptum reliquerunt *Pinel. in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 1. *ſub num.* 32. *C. de reſcin. vendit. Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 90. *in fin. Ciriac. controuerſ.* 39. *num.* 4. *&* 5. vbi dicit, prædicta non habere locum ſtante hipoteca appoſita ad fauorem creditorum, vt infra dicetur, num. . . . & idem ſentit *controuerſ.* 14. *num.* 11. *verſ. Aut fuit &c.* cum quibus pertranſeunt *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 256. *num.* 18. *par.* 2. *Cardinal. Mantic. de tacit & ambiguit. conuen. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 7. *verſ. ſed hæc &c. Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap* 30. *num.* 16. *D. Deluca in Theat. verit. & iuſtit. tom.* 7. *in tit. de donat. diſcur.* 45. *num.* 2. *& Rota deciſ.* 78. *num.* 22. *par.* 10. *recent.*

23 Donatarius enim particularis non repræſentat perſonam donantis, & ideo in eum non tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ, *l.* 1. §. *ſi hæres, leg. cogi*, 16. §. *indè quæritur, ff. ad Trebell.* & in his terminis tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 256. *num.* 18. *par.* 2. *& D. Deluca in d. tom.* 7. *d. diſcurſ.* 45. *num.* 2. vbi dicit, quod donatarius, vt teneatur ad ſolutionem debitorum donatoris debet ſuccedere in illius iure actiuo, & paſſiuo, vt ibi per eum, Et donatio particularis non intelligitur deducto ære alieno, & ideo talis donatarius non poteſt moleſtari pro ære alieno, nec a creditoribus, nec ab hærede donatoris, vt not. *Dec. in conſ.* 237. *num.* 5. *Celſ. Vgo. conſ.* 96. *num.* 1. *& Mainar. deciſ.* 93. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur *Cancer. variar. reſolut. dict. art.* 1. *capitul.* 8. *numer.* 70.

24 Hinc videmus, quod legatarius rei particularis non tenetur ſoluere debita defuncti, vt docent *Bart. in leg. quoties* 13. *in princ. C. de hæred. inſtit. Coſta de ration ratæ, quæſt.* 2. *num.* 3. *&* 4 alios adducens ita ſentientes, *Dec d. conſ.* 237. *numer.* 3. *Couar. variar. reſol lib.* 2 *cap.* 2. *num.* 2. *circa medium, Craſſ. de ſucceſſ.* §. *legatum, quæſt.* 35 *num.* 1. *in fin. & lib* 2. *artic. Tranſmiſsio, quæſt.* 31 *num.* 12. *Ciriac controuerſ* 489. *num* 5. & dixi etiam ſupra *art.* 1. *num.* 36. *& ſeq.*

25 Cum legatarius particularis non repræſentet defunctum, vt not. *Matheſ. ſingul.* 4. *num* 4. *Gozad. conſ* 94. *ſub num.* 24. *Rolan. conſ.* 8. *num.* 5. *vol.* 2. *Gail pract. obſeru. lib.* 2. *obſer.* 146. *num.* 5. *Maſtrill. deciſ.* 146. *numer* 3. quos referendo ſequitur *Ciriac. d. ct. controuerſ.* 489. *num.* 6. Nec ſuccedat

26 in iuribus defuncti actiuis, neque paſſiuis *l.* 1. *C. ſi cert petat. l.* 1. §. *ſi hæres, ff. ad Trebell. l. fin. C. eod. titul. l. quoties*, 13. *C de hæred. inſtit.* cum alijs relatis per *Coſta de ration. ratæ, d. quæſt.* 2. *num* 3.

27 Hinc pariter videmus, quod legatarius fundi grauati aliquo cenſu non tenetur ad ſolutionem fructuum dictus cenſus, ſed illorum ſolutio ſpectat ad hæredem, vt latè comprobat *Paul. Ranuc. Materaten. Aduocatus olim Romanus apud Cenc. de Cenſ. quæſt.* 79. *num.* 21. *& ſeq.* & ipſe *Cenc. ibi num.* 19. *& ſeq.* alios adducens ita

ſen-

clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. num. 54. Ciriac. d. controuerſ. 110. num. 5. D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 6. in tract. de dote diſcurſ. 70. num. 6. & diſcurſ. 71. num. 2. & diſcurſ. 163. num. 2. & Rota deciſ. 35. num. 8. par. 7. recent. & deciſ. 114. num. 16. d. par. 7. recent. & deciſ. 3. n. 16. poſt Salgad. in laberint. credit. & in Romana dotis 22. Iun. 1661. coram Card. Veroſpio, §. neque verò &c.

206 Ita vt in dicto caſu vir, & illius hæredes non liberentur cedendo actiones contra promiſſorem dotis, vt declarant Caſtr. in l. ſi ſocer, 45. §. lucius titius, num. 9. ff. ſolut. matrim. Anton. Fabr. in Codic. lib. 5. tit. 7. diffin. 9. in fine, & D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 6. in tract. de dote diſcur. 71. num. 9. verſ. Omnes tamen, &c. vbi diſcedit ab opinione Andreol. & Altograd. volentium, quod ſi non eſt immutata conditio promiſſoris ſufficiat ceſſio, ſi verò eſt immutata ſecus, vt ibi per eum.

207 Quam tamen negligentiam viri in non exigendo dotem a promiſſore, non præſumi, ſed illam eſſe probandam per vxorem, voluerunt Ruin. conſ. 93. numer. 8. vol. 5. Franc. Becci. conſ. 37. num. 20. vol. 1. Rolan. de lucr. dot. quæſt. 64. num. 12. & ſeq. Surd. conſ. 228. num. 16 lib. 2. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 125. num. 4. & Rota d. deciſ. 35. num. 9. par. 7. recent.

208 Et vlterius non quamlibet negligentiam viri ſufficere in non exigenda dote a promiſſore, itaut ipſe, vel illius hæredes ad illam reſtituendam vxori teneantur, ſed illam requiri, quæ ſit admodum maniſeſta, & quæ latæ culpæ proxima ſit probat Alph. Abolea de ceſſion. iur. tit. 5. quæſt. 12. num. 22. & idem quo ad tutorem tenet Gratian. diſceptat. Forenſ. dict. capitul. 125. numer. 6. & 7. part. 1.

209 Quæ tamen non habent locum quando dos promiſſa fuit filię per patrem; cui cùm debeatur reuerentia, ideo non datur actio vxori contra virum, vel eius hæredem, ſi dictam dotem non exegit, vti habetur in d. l. ſi extraneus, 34. ff. de iur. dot. vt declarant Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſa 1. par. 2. num. 68. & clauſ. 7. par. 2. gloſ. 1. num. 49. Alph. Abolea de ceſſion. iur. tit. 5. quæſt. 12. num. 16. qui plures dat concordantes, Andreol. contr. 164. num. 2. P. Boſſ. de dote capit. 19. num. 56. D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 6. in tract. de dote, diſcurſ. 70. num. 6. & diſcurſ. 71. num. 12. & diſcurſ. 163. num. 1. verſ. quatenus &c. & num. 4. & Rota in dict. Romana dotis 22. Iunij 1661. coram Card. Veroſpio §. ſi quidem &c. & 3. Martij 1662. coram eodem Veroſpio.

210 Quod habet locum non ſolum in patre qui promiſit dotem, verum etiam in matre, auo, & alijs, quibus debetur reuerentia, vt docent P. Boſſ. de dote, d. cap. 19. num. 56. & D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote d. diſcur. 163. numer. 4. qui adducit Rotam in deciſionibus ſupra proximè relatis.

211 Et habet locum etiam ſi maritus antequàm pater, qui promiſit dotem, labatur facultatibus fuerit in mora dotem exigendi, cum d. l. ſi extraneus, 34. ff. de iure dot. generaliter loquatur, vti aduertunt Din. Rain. Cuman. & Alex. in l. nupta, 31. §. quoties, ff. ſolut. matr. quos refert, & ſequi videtur Vinc. de Franch. deciſ. 424. numer. 4. vbi dicit, contrariam opinionem Caſtren. eſſe valdè dubiam, & teſtatur de communi opinione, Boer. dec. 329. num.

num. 2. vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, *Ant. Fabr. in Cod. lib.* 5. *tit.* 10. *de dote caut. non num. diffin.* 8. *num.* 4. *& ibi in Addit. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *par.* 2. *num.* 70. vbi pariter teſtatur de veriori opinione; *P. Boſſ. de dote; d. cap.* 19. *numer.* 56. cum quibus pertranſit etiam *D. Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote d. diſcurſ.* 163. *num* 4.

212 Licet contrarium imò quod vir, & illius hæredes teneantur reſtituere dotem vxori etiam promiſſam per patrem quando ipſe factus fuit non ſoluendo poſt negligentiam viri tenuerint *Caſtr. in d. l. nupta*, 31. §. *quoties, num.* 2. *ff. ſolut. matrim. & in l. ſi marito*, 32. §. 1. *ff. eod. tit. Campegg. de dote, par.* 2. *quæſt.* 77. & alij relati per *Vinc. de Franch. d. deciſ.* 424. *num.* 2. *&* 3. & videtur ſentire *Altograd. d. conſ.* 31. *num.* 2. *vol.* 1. & hanc opinionem *Caſtr.* data culpoſa negligentia viri in praxi ſequi poſſe ſentit *D. Deluca in d. diſcurſ.* 163. *numer.* 4. *verſ. verum data &c.* remittendo tamen Iudicis arbitrio, vt ibi per eum, licet aliquæ authoritates a tanto viro cuius ſummam eruditionem Orbis totus admiratur adductæ non omninò illius intentioni fauere videantur.

213 Quæ licet benè procedant quò ad patrem, qui dotem promiſit, non tamen habent locum quò ad hæredes patris, a quibus ſi maritus dotem non exegit, cum ipſi non gaudeant priuilegio deducto ne egeant, ipſe maritus, & illius hæredes tenentur dotem non exactam vxori reſtituere, vt docent *Boer. d. deciſ.* 329. *num.* 3. *verſ. fallit ſecundo &c. Vinc. de Franch. d. deciſ.* 424. *num.* 5. *Medic. deciſ. Senen. exam.* 36. *num.* 23. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *par.* 2. *num.* 77. *Alphon. Abolea de ceſſion. iur. tit.* 5. *quæſt.* 12. *num.* 16. *in fin. Andreol. controuer.* 164. *num.* 2. *& controuer.* 405. *num.* 8. *P. Boſſ. de dote d. cap.* 19. *num.* 58. *& D. Deluca in d. tom.* 6. *in tract. de dote d. diſcurſ.* 71. *num.* 2. *& d. diſcurſ.* 163. *num.* 6. *verſ. quintus &c.* & in terminis de dotante, qui non ſit pater ſemper ſentit *Rota*, vt habetur in *d. deciſ.* 114. *num.* 16. *par* 7. *recent. & deciſ.* 203. *num.* 6. *apud Zacch. de oblig. Camer. & deciſ.* 63. *num.* 6. *apud Merlin. de pignor.*

214 Sicuti etiam maritus, & per conſequens illius hæredes, qui conſtante matrimonio remiſit dotem, vel illius partem ſocero, ſoluto poſtea matrimonio tenebantur integram dotem vxori reſtituere, quia imputare ſibi debet maritus, qui dotem habuit pro ſoluta, vti probant *Boer. d. deciſ.* 329. *num.* 3. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *par.* 2. *num* 76. vbi dicit, hoc procedere ſi lapſa ſint tempora opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, vt ibi per eum, *P. Sanchez de matrim. lib.* 6. *diſput.* 37 *num.* 3. *Salgad. in laberint. credit. par.* 2. *cap.* 20. *num.* 6. *& P. Boſſ. de dote cap.* 18. *num.* 48. *in fin. & cap.* 19. *num.* 55.

215 Amplia ſupradicta, quæ diximus de non facta exactione dotis, vt habeant locum etiam ſi dos fuerit promiſſa ab extraneo, qui non ex neceſſitate, ſed ex voluntate mulierem dotauit, cum vix extraneus dici poſſit, qui parentis officio fungitur, qui cum gaudeat priuilegio, vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, ideo maritus dotem ab eo non exigendo non debet teneri de proprio, ſi factus fuit non ſoluendo, vti habetur

tur *in d. l. ſi extraneus 34. ff. de iure dotium*, & tradunt *Boer. d. deciſ. 329. numer. 3. verſ. & in primo caſu &c. Ant. Fabr. in Codic. lib. 5. tit. 10. diffin. 8. numer. 4. & ſeq. P. Mlin. de contract. diſput. 427. num. 1.* & non diſſentit *Vinc. de Franch. d. deciſ. 424. num. 7 & Acoſta de priuil. credit. reg. 2. ampliat. 6. numer. 48.*

216 Licet contrariam opinionem; quod imò maritus teneatur dictam promittentem dotem vrgere dum eſt ſoluendo, itaut ſi ille ſua negligentia factus fuerit non ſoluendo, maritus, & per conſequens illius hæres teneantur vxori dotē reſtituere tueantur *Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 6. gloſ. 1. part. 2. num. 72. Alpho. Abolea. de ceſſion. iur. tit. 5 quæſt. 12. num. 20.* cum quibus pertranſit *D. Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom. 6. in tract. de dote diſcur. 163. numer. 5. & 6.* vbi idem ferè tenet ſi dos fuerit promiſſa a coniunctis ex caritate ad dotandum obligatis, vt ibi per eum videndum, cum noluerim illius dicta hic inutiliter tranſcribendo recenſere.

217 Si verò ſumus in dotante ex neceſſitate, quales ſunt hæres patris, ſtuprator, raptor, & alij recenſiti per *D. Deluca in d. diſcur. 163. numer. 6. verſ. quintus eſt caſus &c.* & tunc niſi maritus probet adhibuiſſe omnem diligentiam pro dote exigenda, & per eum non ſtetiſſe, maritus, & eius hæredes tenentur ad dotem vxori reſtituendam, vt docent *Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ 6 gloſ. 1. par. 2. num. 64. & 72. P. Boſsi. de dote cap. 19 num. 59. & D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote d. diſcur. 71. num. 2.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *& d. diſcurſ. 163. num. 6. verſ. quintus eſt caſus &c.* & generaliter de dotante, qui non ſit pater, firmauit *Rot. dict. deciſ. 114. num. 16 part. 7. recent* & apud *Merlin. de pignor. d. deciſ. 63. num. 6.* & apud *Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 203. num. 6.*

218 Quando vero hæres mariti tenatur ad reſtituendam dotem vxori ob non exactam per virum nomen debitoris ei in dotem datum ſiuè æſtimatum, ſiuè non æſtimatum, ne breuitatis metas longe excedere videar, ſufficiat mihi benignum lectorem remittere ad *Mangil. de euict. quæſt. 77. num. 8. & ſeq. ad Alphon. Abolea de ceſſion. iur. d. tit. 5. quæſt. 12. numer. 20 21. & ſeq. ad Pat. Boſsi. de dote, cap. 8. num. 136. & plurib. ſequen. & ad D. Deluca in d. tom. 6. in tract. de dote, diſcur. 163. num. 7. & ſeq.* vbi doctè, & magiſtraliter more ſuo id declarat *& ad Rot. deciſ. 908. part. 4. diuerſ. & deciſ 409. apud Duran. poſt princ.*

219 Verum quia in prim. articul. ferè totum materiam ad Inuentarium ſpectantem apponere curauit, pro dict. materiæ complemento hic addendum putaui, quod Inuentarium eſt conficiendum per hæredem laicum, etiam ſi defunctus eſſet Clericus, coram Iudice Seculari, non autem coram Iudice Eccleſiaſtico, vt tradunt *Rolan. de inuent. part. 2. quæſt. 17. num. 1. & conſ. 61. num. 9. vol. 4. Phanuc. de inuet. part. 3. numer. 25. Carol. de Graſſ. de effect. clerical. effect. 1. num. 1010. Bald. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 1. in tract. de inuent. tit. 12. num. 1.* qui plures dat concordantes, *& tom. 4. de Immun. Eccleſ. in tit. de Secul. in Eccleſ. cognoſ. num. 546.* plenè *Carleuall. de iudic. tom. 1. diſput. 2. quæſt. 5. num. 337.* vbi teſtatur de communi opi-

opinione, & quamplures adducit ita ſentientes, *Salgad. in laberint. credit. part. 1. cap. 6. numer. 25. Thomat. deciſ. Marcb. 89. numer. 13.* & benè comprobat *Buttigl. de ſucceſſ. cap. 1. theor. 12. num. 13.* vbi plures dat concordantes, *& Guttier. pract. quæſt. 49. num. 1. & 2.*

220 Quod habere locum etiam ſi hæres institutus eſſet Clericus probat poſt *Gugl Bened. Rebuff. Carol. de Graſſ. Barboſ. Adden. ad Guid. Pap. & Villadi g.* per eum relatos idem *Carleual. de iudic. d. diſput. 2. quæſt. 5. numer. 346.* licet ali quos contrarium tenentes referat, *num. 345.*

221 Itaut coram Iudice Laico ad dictum effectum citari valeant etiam Clerici cum clauſula *Quatenùs eorum putent intereſſe*, cum in dicto caſu Clericus d catur reus voluntarius, non neceſſarius, vt tenent *Craſſ. de ſucceſſ. part. 2. art Inuentarium quæſt 9. in fin. Farinac. de inquiſ. quæſt 8. numer 89.* vbi tres dat ſublimitationes, plenè *Thomat. d. deciſ. Marth. 89. numer. 70. & ſequen. Ceuall. de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 78. num. 3. Graſſ. de effect. clerical. effect. 1. num. 471. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 100. Baldaſ. Thomaſ. vbi ſupra numer. 546.* plenè *Baron. de citat. tom. 1. quæſt. 24. nu. 9.* vbi quamplures dat concordantes, & de communi opinione teſtatur *P. Diana in tit. de immunit. Eccleſ. reſol. 20.* cum quibus pertranſit *Dom. Deluca in Teatb. veritat. & iuſti. tom. 3. de foro compet. diſcurſ. 60. num. 9.* & in fortioribus terminis nempè in cauſa concurſus faciendi, Clericum citari poſſe coram Iudice Laico, & ipſum non poſſe opponere declinatoriam fori latè comprobat *Salgad. in laberint. credit. part. 1. cap. 6. per tot.* vbi quamplures dat concordantes, & teſtatur de veriſſima opinione.

222 Licet contrarium teneant *Duard. ad Bull. cœnæ lib. 2. canon. 15. quæſt. 11. num 50. Marta de iuriſd. part. 4. cent. 1. caſu 38. num. 8. Bonac. de legib. diſput. 10. quæſt 2. punct. 1. §. 1 num. 27. & Ambroſ. de immunit. Eccleſ. cap. 22. num. 73.*

223 Nequè eſt omittendum, quod dum d xi ſupra *art. 1. num. 36.* quod institutus in re certa non dicitur hæres, ſed habetur loco legatarij hoc ampliatur, vt habeat locum etiam ſi Inſtitutio particularis concepta fuerit per verba vniuerſalia, reſtricta tamen ad res, ſeu bona certa puta inſtituit hæredem vniuerſalem in omnibus bonis talis Ciuitatis, vel loci, nam non deſin t eſſe particularis, cum ſufficiat, Inſtitutionem non eſſe de integra, aut de quota hæreditatis, vt reputetur p rticularis, & de re certa, vt not. *Doct. in l. quoties 13. C. de hæred. inſtit. Bald. in l. cum a matre 14. num. 5. C. de rei vendic. Alex. conſ. 175 in princ. lib. 6. & Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap 8. num. 13. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Rot. apud Merlin. de pign. deciſ. 64. num. 11. & 12.* Maximè ſi ſequatur hæredis vniuerſalis inſti utio ad fauorem alterius, vt benè declarat *Rota 161. num. 13.* quando habeat locum declarat *D. Deluca in Theat. veritat. & iuſt. tom. 7 in tit. de donat. diſcurſ. 45. num. 3. & ſeq.*

224 Prout etiam addo, quod hæres non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, ſi ei illud fuerit remiſſum per creditores, vel legatarios, quia dictum pactum

eſt validum, vt tradunt *Montic. de Inuent. cap. 1. num. 17. & num. 35. & ſeq. in impreſsione Taurinen. quæſt.* 223. quem refert, & ſequitur *Rota deciſ. 272. in fin. par. 14. recent.*

225 Addo vlterius, quod dum dixi ſupra *art. 1. nu.* 414. quod in confectione Inuentarij non eſt neceſſe citare creditores abſentes, vt non dicantur abſentes qui habitant in Ciuitate propinqua loco, vbi fit Inuentarium, & eſt ſub eodem Principe quando creditores ſunt certi, vt tradunt *Phanuc. de Inuent. par. 3. num. 17. & Gratian. diſceptat. Forenſ. cap. 798. num. 8. par.* 4. quos refert, & ſequitur *Rota apud Bichium deciſ. 469. num. 5. tom. 2.*

226 Nec non etiam vlterius addo ſcriptis ſupra num. 154. quod hæredes viri teneantur viduæ præſtare alimenta intra annum luctus, vt habeat locum quando dos conſiſtit in bonis mobilibus, & in pecunia, quam non tenentur reſtituere niſi elapſo anno luctus, ſecus tamen eſt ſi illa conſiſtat in bonis immobilibus, quia tunc cum dos ſit ſtatim reſtituenda, ceſſat ratio petendi alimenta ab hæredibus viri, qui tenentur ſolum ratione dotis non reſtitutæ, vt declarant *Imol. Caſtr. Alex. Socin. Iaſ.* & communiter Doctores *in l. diuortio* 8. *ff. ſolut. matrim. & Surd. de alimen. tit. 1. quæſt. 44. num. 63. & ſeq.*

Itaut quando dos conſiſtit in bonis immobilibus ſoluto matrimonio fructus ad hæredibus viri percepti ſpectent in totum ad viduam, & ei ſint reſtituendi, vt poſt *Card. Mantic. Surd. Gomez. Barboſ. Gamma Gratian. Fontanel. Hodier.* & alios per eum adductos firmat *P. Boſſi. de dote cap. 20. num. 105. & ſeq.* vbi dicit, hoc habere locum, etiam ſi vidua permanendo cum hæredibus ab eis percepiſſet alimenta, quia adhuc hæredes fructus intra annum luctus perceptos non faciunt ſuos, ſed illa ex computant pro rata cum alimentis perceptis, vt ibi per eum.

DONA-

DONATARIVS OMNIVM BONORVM, An teneatur ſoluere debita donatoris.

ARTICVLVS QVARTVS.

ARGVMENTVM.

Donatarius omnium bonorum an teneatur ſoluere debita donatoris, creditores donatoris an poſſint agere contra eum via executiua, vel agere debeant actione reuocatoria, & quid ſi donatarius promiſerit illius debita ſoluere, & an teneatur illa ſoluere donatarius particularis, donatarius an teneatur ſoluere debita poſt donationem contracta per donatorem, donatarius cum hipoteca an præferatur creditori poſteriori ex cauſa oneroſa, & quid ſi donatio fraudolenter fuit facta, & plures fraudis coniecturæ recenſentur, & quid ſi donatio contineat reſeruationem facultatis teſtandi, & an illa teneatur ſoluere in ſubſidium, & donatore decedente ſine hærede, vel cum hærede non ſoluendo, donatarius an teneatur quando donatio eſt remuneratoria, & donatio ſuperet merita, & quid ſi donatio ſit cauſa mortis, donatarius omnium bonorum an teneatur ſubminiſtrare alimenta filijs donatoris, & an teneatur donatarius hæreditatis, & ſi bona donata ſint hipotecata creditoribus donatoris, in Iudicio Saluiani an ſit neceſſaria excuſſio, & illud detur etiam extra cauſam locationis, donatarius Principis an teneatur ſoluere debita donatoris, donatarius an teneatur ſoluere debita donatoris vltra quantitatem bonorum donatorum etiam non facto inuentario, & quid ſi donatarius obligauit pro ſolutione propria bona, reliqua habes in Summario.

SVMMARIVM.

1. *Diſtinctio quæſtionum reddit negocium clarius.*

Cum diſtincta facilius intelligantur, numer. 2.

3 *Donatarius omnium bonorum non teneatur ſoluere debita donatoris actione perſonali.*

Licet contrarium teneant quamplures Doctores, num. 7.

4 *Æs alienum non ſequitur fundum.*

5 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*

6 *Donatarius omnium bonorum non habetur in puncto iuris pro hærede.*

8 *Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris, ſed creditores agere debent reuocatoria.*

9 *Creditores donatoris non poſſint agere contra donatarium via executiua.*

Et

Et ſi vſus fructus reſeruetur, num. 52.

53 *Fraus in donatione quando dicatur commiſſa, & de illius coniecturis remiſſiuè.*

54 *Donatarius tenetur ſoluere debita donatoris poſt donationem contracta de quãtitate reſeruata per donatorem.*

55 *Donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere debita defuncti in ſubſidium.*

Contrarium tenent aliqui Doctores, n. 58.

Et quando donator deceſſit ſine hærede, vel cum hærede, non ſoluendo, n. 59.

56 *Actio perſonalis in ſubſidium datur etiã contra ſingularem ſucceſſorem.*

Maximè contra poſsidentem titulo lucratiuo, num. 57.

60 *Donatio omnium bonorum non eſt titulus.*

Moriente tamen donatore illa inducit naturam tituli vniuerſalis, num. 61.

62 *Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris nequè in ſubſidium, ſi donatio eſt remuneratoria.*

Si tamen merita æquiualeant donationi, alias ſecus, num. 69.

Et ſi aliundè conſtet de meritis, alias ſecus, num. 71.

63 *Donatio remuneratoria non dicitur propria donatio.*

64 *Actio perſonalis nequè in ſubſidium datur contra poſsidentem titulo oneroſo.*

65 *Donatarius ex remuneratione non dicitur habere ex cauſa oneroſa.*

Cum obligatus ex naturali obligatione dando dicatur facere ex cauſa lucratiua, num. 66.

Contrarium quod donatio dicatur ex cauſa oneroſa etiam ſi merita non producant obligationem efficacem tenent plures, num. 67. & 68.

70 *Donatio remuneratoria in eo, quod excedit merita dicitur ſimplex donatio.*

72 *Donatio quæ fit a perſona, quæ poteſt liberè donare quò ad merita ſtatur aſſertioni contrahentium.*

Quando verò non poteſt liberè donare, merita ſunt probanda, num. 73.

Ratio affertur, num. 74.

Item affertur alia ratio, num. 75.

76 *Merita quando æquipolleant donationi ſtatur arbitrio Iudicis.*

77 *Merita an præſumantur, vel debeant probari remiſſiuè.*

78 *Donatarius cauſa mortis non tenetur ſoluere debita donatoris.*

79 *Donatarius omnium bonorum tenetur dare alimenta filijs donatoris.*

Etiam filijs ſpurijs, & illegitimis, n. 81.

80 *Alendi onus tranſit in eum, in quem tranſeunt bona donatoris.*

Procedit quando bona tranſeunt ex titulo lucratiuo, alias ſecus, num. 82.

Licet contrarium teneant alij etiam ſi tranſeant ex titolo oneroſo, num. 83.

84 *Donatarius hæreditatis tenetur ſoluere debita donatoris.*

85 *Donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere debita donatoris ſi conuenitur hipotecaria.*

Cum res obligata tranſeat in quemcumq; cum ſuo onere, num. 86.

87 *Excuſsio requiritur quando intentatur actio hipotecaria.*

Secus quando intentatur vtile Saluianum Interdictum, num. 88.

Licet de hoc aliquando dubitauerit Rota Romana, num. 89.

Et contrarium tenuerint plures Doctores, num. 90.

91 *Excuſsionis exceptio dicitur altioris indaginis, & de apicibus iuris.*

92 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Saluiano.*

93 *Excuſsionis exceptio ditur reſpicere petitorium.*

94 *Petitorium concernentia non admittuntur in poſſeſſorio.*

95 *Excuſsionis exceptio non admittitur in Saluiano etiam, ſi agatur ad bona generaliter obligata dimiſsis bonis ſpecialiter obligatis.*

Contrarium tenent alij. num. 96.

97 *Saluianum vtile interdictum datur cuicumquè datur actio hipotecaria.*

Et cuicumquè creditori habenti bona debitoris hipotecata etiam extra cauſam locationis. num. 98.

Licet contrarium teneant aliqui. nu. 99.

Et datur contra quemcumquè tertium bonorum poſſeſſorem. num. 100.

Licet contrarium tenuerint aliqui. n. 102.

Et etiam contra ſingularem poſſeſſorem, & titulo poſsidentem. num. 101.

103 *Donatarius Principis tenetur ſoluere debita donatoris.*

104 *Donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita vltra vires donationis.*

Cum d. donatarius non dicatur hæres, ſed ſucceſſor bonorum. num. 105.

Maximè quando eſt donatarius particularis. num. 106.

Et quando reddit rationes de rebus donatis. num. 107.

Et non tenetur de proprio etiam non confecto inuentario. num. 108.

Contrarium tenent aliqui. num. 109.

Licet ſecus ſit in donatario hæreditatis. num. 110.

Niſi tamen donatarius voluerit teneri de proprio. num. 111.

112 *Pactum valet, quod donatarius teneatur ſoluere debita donatoris de proprio.*

113 *Donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere debita de æquitate, & ad euitandum circuitum.*

Quod tamen reuocatur in dubium per authorem. num. 114.

115 *Iudex tenetur ſequi rigorem ſcriptum, & non æquitatem non ſcriptam.*

116 *Æquitas non ſcripta non venit attendenda.*

117 *Guid. Papa deciſ. 105. & ſequaces declarantur.*

118 *Donator poteſt cogere donatarium ad ſoluendum eius debita.*

Donatarius omnium bonorum, an teneatur ſoluere debita donatoris.

ARTICVLVS QVARTVS.

FIrmaui ſup. *in 1. art. num. 283.* quod hæres non autem donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere æs alienum defuncti, Verum quia concluſio prædicta particulari videtur indigere diſcuſſione, cum illa ſatis intricata ſit, & quamplures admittat ampliationes, limitationes, & declarationes, vt ex infra dicendis clarè apparebit, quas ibi apponere non putaui, ne articulus prædictus pluſquam longiſſimus euaderet, Ideo in hoc articulo quarto d. materiam ſpecialiter remanendam duxi, dequè illa hic ſepara-
1 tim diſſerere decreui, cum ex diſtinctione quæſtionum, & articulorum negocium clarius euadat. *cap. ſuper litteris 20. de reſcript.* & not. *Abb. conſ. 96. num. 1. lib. 1. & Choel ad Bull. bon. Regin. in gloſ. 1. cap. 1. num. 2.* & cum diuiſa,
2 ſeu diſtincta facilius intelligantur. *l. 1. in princ. iuncta gloſ. ff. de doli except. § ſed nam vſquè Inſt. de lega.* & ſcripſerunt *Iaſ. conſ. 24. col. 2. vol. 1. & Coſta de ration. ratæ. quæſt. 17. num. 7.*

3 In hoc igitur quarto articulo concluſiónē facio negatiuā, quod donatarius

tarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali, *l. æris alieni, 15. & ibi gloſ. C. de donat.* & illam firmarunt *Dec. conſ. 237. num. 2. & ſeq. Guid. Papa deciſ. 105. in princ. Caroc. deciſ. ſeu caſu 125. numer. 3. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. num. 4.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Card. Tuſch. pract. concluſ. littera D. concl. 658. num. 10.* vbi teſtatur de communi opinione, & *concl. 651. num. 1.* & de communi pariter teſtatur *Peguer. deciſ. 121. num. 1. Adden. ad Paitell. expedit. ciuil. 46. num. 9. Theſaur. deciſ. 211. num. 8.* latè *Coſta remed. ſubſid. 108. num. 6. & ſeq. Cancer. variar. reſol. par. 1. cap. 8. numer. 68.* vbi dat concordantes, & dicit, de rigore iuris hanc eſſe veram opinionem, & *par. 3. cap. 7. poſt num. 129. Ciriac. controuerſ. 14. numer. 11. Merlin. de pignorib. lib. 4. quæſt. 143. num. 4. Giurb. deciſ. 62. ſub num. 33. verſ. reſpondeo, &c.* vbi dicit hoc eſſe clarum, *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 25. num. 7. Adden. ad Capic. Latro. deciſ. 44. num. 6. Cutell. de donat. tom. 2. ſpecial. 29. num. 15. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 16. Alph. Abolea de ceſſion. iur. tit. 3. quæſt. 9. num. 16. & numer. 26. Alot. Albert. I. Conſ. Placen. apud Andreol. controuer. 288. num. 19.* & illam veram in puncto iuris dicit *Domin. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 7. in tit. de donat. diſcurſ. 43. num. 13. & Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ. 284. num. 6. & apud Duran. deciſ. 348. num. 3.* Itaut meritò hæc concluſio dici valeat verior, & per Doctores communiter recepta.

4 Æs enim alienum non ſequitur fundum, *d. l. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebell. l. fin. C. de hæred. action. l. quoties, 15. C. de hæred. inſtit.* & not. *gloſ. in d. l. æris alieni, 15. C. de donat. & Doctor. in l. tum a matre, 14. C. de rei vendic. Dec. in d. conſ. 237. poſt num. 6. Scapuc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 4. num. 4. Mangil. de euiction. quæſt. 32. num. 9. Caroc. d. deciſ. ſeu caſu 125. num. 9. verſ. & prædicta vera ſunt, &c.* & dixi etiam ſupra *art. 1. num. 39. & num. 508.*

5 Et actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem *d. l. 1. §. ſi hæres,* & ibi not. Doctores communiter *ff. ad Trebell.* & tradunt etiam *Magon. deciſ. Floren. 102. numer. 17. Honded. conſ. 38. num. 47. lib. 2. Paitell. expedit. ciuil. 51. numer. 22. Cenc. de Cenſ. quæſt. 110. num. 16. & ſeq.* in his terminis *Cancer. variar. reſolut. par. 3. cap. 7. num. 129. Ciriac. controuerſ. 18. num. 1. & controuer. 180. num. 31. & controuerſ. 189. num. 8. & Rota apud Pacif. de Saluian. deciſ. 178. num. 21. & deciſ. 179. num. 4.* Neque contra eum, cum quo nullum geſtum eſt negocium, *Ciriac. controuer. 599. num. 85. & controuer. 617. num. 7. Ocea de ceſſion. iur. titul. 4. quæſt. 4. num. 27.*

6 Et donatarium omnium bonorum præſentium, & futurorum non haberi in puncto iuris pro hærede, & ſic illum conueniri non poſſe actione perſonali not. *Ant. Fabr. in Codic. lib. 2. tit. 24. Qui, & aduer. quos reſtit. in int. poſtu. diffin. 3. & Cancer. variar. reſol. par. 1. cap. 8. num. 68. Coſta remed. ſubſid. 108. num. 14. Card. Tuſch. d. concluſ. 658. numer. 10.* vbi de communi *Giurb. obſeru. 104. num. 26.* & illum non eſſe hæredem, licet quandoque pro hærede habeatur dicit *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom. 7. in tit. de donat. diſcur. 44. num. 12.* & dixi Ego *allegat. Eurenſ. 40. numer. 32.*

licet illum proprie, & cum effectu eſſe hæredem dixerit *Cutell. de donat. tom. 2 ſpecial. 38. num.* 3. quod tamen reuocat in dubium *ibi num.* 7.

7 Contrariam tamen opinionem, imò donatarium poſſe conueniri à creditoribus donatoris directè actione perſonali ſcripſerint *Boer. deciſ.* 204. *numer.* 41. *& ſeq. Celſ Vgo. & Gugliel. de Bened.* quos ſimpliciter refert *Andreol. controuerſ.* 240. *numer.* 61. *Grattan. diſcep. Forenſ. capitul.* 256. *numer.* 17. *& ſequen. part.* 2. & ſentit *D. Deluca in Theatr. veritat. & iuſtit. tom.* 7. *in titul. de donat. diſcur.* 45. *numer.* 11. *& numer.* 13. *verſ. attamen &c. & diſcurſ.* 46. *num.* 1. *verſ. & quamuis &c.* cum quibus pertranſit *Rota apud Merlin. de pignorib. deciſ.* 98. *numer.* 5. *& deciſ.* 101. *numer.* 19. *par.* 9. *recentior. tom.* 1. *& apud D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 151. *numer.* 15. *& deciſ.* 14. *in fin. part.* 14. *recentior.*

8 Amplia primo dictam principalem concluſionem, quod donatarius omnium bonorum non poſſit conueniri per creditores donatoris actione perſonali, quam cenſeo de rigore iuris veriorem, licet ſecunda fortè non ſit improbabilis de æquitate, & ad euitandos circuitus, vt dicam infra in fin. vt creditores donatoris teneantur agere actione reuocatoria contra donatarium, ex quo donatio facta fuit in eorum fraudem, vt probant *Guid. Pap. d. deciſ.* 105. *num.* 1. *Cardinal. Tuſch. dict. concl.* 658. *numer.* 11. *Peguer. deciſ.* 121. *num.* 2. *Merl. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 143. *num.* 4. *& Adden. ad Capic. Latr. d. deciſ.* 44. *numer.* 7. vbi concordantes, & *Domin. Deluca in Theatr. veritat. & iuſtit. tom.* 7. *in titul. de donat. diſcurſ.* 45. *numer.* 13.

9 Amplia ſecundo dictam principalem concluſionem, vt eo minus creditores donatoris agere poſſint contra donatarium omnium bonorum via executiua, vel tantum via ordinaria, vt ſcriptum reliquerunt *Parlad. rer. quotid. lib.* 2. *capit. fin. part.* 4. §. 2. *numer.* 5. *verſ. Idem in donatario &c. Amat. reſolut.* 58. *ferè per tot. vol.* 2. *& præcipuè, num.* 8. *& ſequen. Berlich. ad Conſtit. Saxo. tom.* 1. *concluſ.* 55. *numer.* 74. quos refert, & ſequitur *Caren. reſolut.* 107. *num.* 1. cum quibus pertranſit *Giurb. deciſ.* 62. *numer.* 33. *verſ. Reſpondeo &c.* vbi teſtatur de veriori opinione.

10 Subamplia dictam ſecundam ampliationem, vt eo magis habeat locum in donatario donatarij, contra quem non dari viam executiuam etiam ſtante ſpeciali Conſtitutione, prout in Regno Neapolitano, quod illa detur contra donatarium, vt ſcripſerunt *Giurb. deciſ.* 62. *numer.* 33. *&* 34. vbi redarguit Iudices Catinen. qui ſequendo *Mutam* contr. iudicarunt, vt ibi per eum *Amat. d. reſolut.* 58. *vol.* 2. *num.* 8. *& ſeq. & Caren. d. reſolut.* 107. *num.* 2.

11 Amplia tertiò dictam concluſionem principalem, quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali, vt habeat locum etiam ſi donatarius promiſerit debita donatoris perſoluere, quia adhuc creditoribus non competit actio contra illum ad debitorum exactionem, ſed ſolum competit actio donanti ad cogendum donatarium ad obſeruantiã contractus, & promiſſorum per eum *ad textum in*

l. cum

l. cum res, 20. *C. de donat. gloſ. in l. hæreditatem*, 28. *in verbo Cogenda*, *ff. de donat.* & tradunt *Caroc. d. deciſ. ſeu caſu*, 125. *num.* 3. *verſ. onus igitur &c. Boer. deciſ.* 204. *num.* 42. *in fine*, licet poſtea dicat, ad euitandum circuitum de æquitate poſſe donatarium ſic promittentem ſoluere adſtringi ad ſoluendum per Iudicem, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Coſtà d. remed. ſubſid.* 108. *numer.* 6. *Andreol controuer.* 204. *numer.* 17. *& Alphon. Abolea de ceſsion. iur. tit.* 3 *quæſt.* 9. *num.* 25. *& Capic. Latro d. deciſ.* 44. *num.* 8. *& ſeq.* & ſecundum prædicta fuiſſe deciſum in cauſa Principis Conchæ cum Duce Magdaloni referunt *Adden. ad Capic. Latro d. deciſ.* 44. *num.* 7.

12 Cum nulla actio acquiratur tertio, quando aliquod onus extrinſecum pacto includitur, quicquid ſit quando pactum reſpicit ipſam rem, & cum re coniunctum eſt, & onus intrinſecum continet, *ad tex. in l. quoties*, 3. *C. de donat. quæ ſub modo*, *& in l. ſi genero*, 26. *C. de iure dot.* & tradunt *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 204 *num.* 39. *par.* 2. *Mangil. de euict. quæſt.* 49. *numer.* 23. *Salgad. in laberint. creditor. part.* 2. *numer.* 15. *& ſeq. & Alphon. Abolea de ceſsion. iur. titul.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 26. & dixi etiam ſupra *art.* 1. *num.* 240. *& ſeq.*

13 Et actio perſonalis non datur contra eum, cum quo nullum negocium fuit celebratum; *l. ſi in area*, 33. *ff. de cond. indeb.* & not. *Gabr. conſ.* 146. *num.* 1. *lib.* 1 *& Ciriac. controuerſ.* 120. *num.* 1. *& controuer.* 181. *num.* 2. *& controuer.* 330. *num.* 3. & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 59. *num.* 15. *& allegat.* 60. *num.* 10.

14 Licet contrarium ex dict. promiſſione donatarij ſoluendi creditoribus donatoris eiſdem acquiri actionem contra donatarium poſt *Vinc. de Franch. deciſ.* 74. *Conſil. Merlin. contr. Forenſ. cap.* 60. *lib.* 1. *& Arias de Meſa variar. reſolut. lib.* 3. *capitul.* 50. per eos relatos teneant *Adden. ad Capic. Latr. d. deciſ.* 44. *numer.* 5. vbi tamen fatentur contrarium fuiſſe iudicatum in *Sac. Conſil.* vt dixi ſupra, & quando donatarius illa in ſe accollauit *Rota deciſ.* 618. *numer.* 14. *apud Bichium*.

15 Limita tamen dictam tertiam ampliationem, vt non habeat locum de æquitate canonica, ob quam creditoribus in ſubſidium conceditur actio vtilis ex dicta promiſſione, & ſtipulatione contra donatarium promittentem ſoluere, vt tradunt *Mangil. de euict. d. quæſt.* 49. *num* 24. qui alios dat concordantes quamplures, *Gratian. diſceptat. Forenſ. capitul.* 204. *numer.* 40. *par.* 2. *Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 11. *numer.* 19. qui pariter alios adducit ita ſentientes, *Alphon. Abolea de ceſsion. iur. titul.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 20. *circa medium*, *& titul.* 4. *quæſt.* 9. *numer.* 36. *in fin.* vbi refert, aliquos volentes, creditores in hoc caſu non poſſe agere contra emptorem promittentem ſoluere ad euitandum circuitum, niſi ſubſiſtente aliqua iuſta cauſa, cum quibus ipſe ſentit, *Salgad. in laber. creditor. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 32. vbi alias dat limitationes, *Adden. ad Capic. Latro dict. deciſ.* 44. *numer.* 8. *&* 9. & ſupra *in prim. art. num.* 243.

16 Limita ſecundò dictam tertiam ampliationem, vt non habeat locum ſi actio ab ipſo donatore creditoribus

cedatur, quia tunc benè creditores contra dictum donatarium promittentem ſoluere agere poſſunt, vt nos docuerunt *Mangil. de euict. d. quæſt. 49. num. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap. 204. num. 4. par. 2.* vbi plures adducit ita ſentientes, *Gargtar. Iun. conſ. 2. num. 10. lib. 1. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 11. num. 19. & Alph. Abolea de ceſsion. iur. d. tit. 3. quæſt. 9. num. 20. ante finem*, & dixi ſupra *dict. art. 1. num. 244.* in propoſito emptoris hæreditatis promittentis ſoluere debita hæredis illius creditoribus.

17 Cum ceſſionarius ſuccedat in omnibus iuribus, actionibus, & remedijs cedenti competentibus, vt tradunt *Scapuc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 18. num. 2. Pacif. de Saluian. inſpect. 3. capit. 2. num. 901. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 733. num. 22. par. 4. Poſt. reſolut. 16. num. 1. Ciriac. controuerſ. 500. numer. 14.* plenè *Alph. Abolea de ceſsion. iur. titul. 6. in exord. tit. in princip. & Rota apud Zacch. de Societ. deciſ. 18. num. 8. & deciſ. 74. numer. 3. & deciſ. 155. num. 3. par. 7. recent. & deciſ. 365. num. 10. par. 11. recent. & apud Card. Celſum, deciſ. 302. numer. 6. & apud D. Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 153. num. 2.*

18 Et reputetur eadem perſona cum cedente. *Surd. conſ. 22. num. 16.* vbi hoc latè comprobat *lib. 1. Ciriac. controuer. 157. num. 4. Carleual. de iudic. lib. 3. diſput. 26. num. 1. & diſput. 35. num. 1. tom. 2. Poſt. reſolut. 60. numer. 12.* latè *Alphonſ. Abolea de ceſsion. iur. tit. 6. in exord. tit. in princ. & Rota deciſ. 440. num. 3. & 7. par. 14. recent.* cum alijs per me adductis ſupra *d. art. 1. num. 245. & ſeq.*

19 Limita tertio dictam tertiam ampliationem, vt non habeat locum ſtante ſtipulatione Notarij pro omnibus quorum intereſt, quia tunc creditoribus donatoris acquiritur actio contra donatarium promittentem eis ſoluere debita donatoris, vt tradunt *Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 49. num. 18. par. 1. & cap. 204. numer. 41. par. 2. & cap. 532. num. 4. par. 3. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 14. tit. 26. num. 10. Ciriac. controuerſ. 322. num. 26. Merlin. de pignorib. lib. 5. quæſt. 11. num. 22. & ſeq. Salgad. in laber. credit. par. 2. cap. 26. num. 35. Alphon. Abolea de ceſsion iur. tit. 4. quæſt. 9. num. 29.* vbi teſtatur de communi opinione, & generaliter tenuit *Rota apud Gregor. XV. deciſ. 97. num. 3.* vbi alij adducuntur ita ſentientes, & ſentit eadem *Rota deciſ. 444. num. 27. & ſeq. par. 9. recent. tom. 2.* & alij Doctores adducti ſupra *dict. artic. 1. numer. 251.*

20 Amplia dictam tertiam limitationem vt habeat locum etiam ſi ſolum in Inſtrumento dict. promiſſionis factæ per donatarium de ſoluendo creditoribus debita donatoris adſit obligatio Cameralis, cum illa habeat in ventre ſtipulationem pro omnibus, quorum intereſt, vt declarant *Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 5. num. 6. & ſeq. Adden. ad Gregor. XV. d. deciſ. 97. numer. 3. Rota deciſ. 86. in princ. & deciſ. 97. in princ. & deciſ. 137. in princip. apud Zacch. de oblig. Camer.* latè eadem *Rota deciſ. 50. num. 22. apud Merlin. de pignor. & d. deciſ. 444. num. 31. par. 9. recent. tom. 2.* abſque auxilio ceſſionis, vt dixi in *d. prim. art. num. 253.*

21 Vtrum verò ad effectum acquirendi actionem ex d. ſtipulatione requiratur acceptatio, ſeu ratificatio credito

ditorum ſcripſi latè *in d. prim. articul. num.* 254. *& ſeq.* quæ videas ibi, ſi cupis, ne hic inutiliter repeti videantur.

22 Amplia quarto dictam concluſionem principalem, vt eo magis habeat locum in donatario particulari, qui nullo modo tenetur ad ſoluendum debita donatoris actione perſonali, *d. leg. æris alieni*, 15. *C. de donat.* & ſcriptum reliquerunt *Pinel. in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 1. *ſub num.* 32. *C. de reſcin. vendit. Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 90. *in fin. Ciriac. controuerſ.* 39. *num.* 4. *&* 5. vbi dicit, prædicta non habere locum ſtante hipoteca appoſita ad fauorem creditorum, vt infra dicetur, num. . . . & idem ſentit *controuerſ.* 14. *num.* 11. *verſ. Aut fuit &c.* cum quibus pertranſeunt *Gratian. diſcept. Forenſ cap.* 256. *num.* 18. *par.* 2. *Cardinal. Mantu. de tacit & ambiguit. conuen. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 7. *verſ. ſed hæc &c. Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap* 30. *num.* 16. *D. Deluca in Theat. verit. & iuſtit. tom.* 7. *in tit. de donat. diſcur.* 45. *num.* 2. *& Rota deciſ.* 78. *num.* 22. *par.* 10. *recent.*

23 Donatarius enim particularis non repræſentat perſonam donantis, & ideo in eum non tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ, *l.* 1. §. *ſi hæres, leg. cogi*, 16. §. *indè quæritur, ff. ad Trebell.* & in his terminis tradunt *Gratian. diſcept. Forenſ. d. cap.* 256. *num.* 18. *par.* 2. *& D. Deluca in d. tom.* 7. *d. diſcurſ.* 45. *num.* 2. vbi dicit, quod donatarius, vt teneatur ad ſolutionem debitorum donatoris debet ſuccedere in illius iure actiuo, & paſſiuo, vt ibi per eum, Et donatio particularis non intelligitur deducto ære alieno, & ideo talis donatarius non poteſt moleſtari pro ære alieno, nec a creditoribus, nec ab hærede donatoris, vt not. *Dec. in conſ.* 237. *num.* 5. *Celſ. Vgo. conſ.* 96. *num.* 1. *& Mainar. deciſ.* 93. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur *Cancer. variar. reſolut. dict. art.* 1. *capitul.* 8. *numer.* 70.

24 Hinc videmus, quod legatarius rei particularis non tenetur ſoluere debita defuncti, vt docent *Bart. in leg. quoties* 13. *in princ. C. de hæred. inſtit. Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 2. *num.* 3. *&* 4 alios adducens ita ſentientes, *Dec d. conſ.* 237. *numer.* 3. *Couar. variar. reſol lib.* 2 *cap.* 2. *num.* 2. *circa medium*, *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *legatum, quæſt.* 35 *num.* 1. *in fin. & lib* 2. *artic. Tranſmiſſio, quæſt.* 31 *num.* 12. *Ciriac controuerſ* 489. *num* 5. & dixi etiam ſupra *art.* 1. *num.* 36. *& ſeq.*

25 Cum legatarius particularis non repræſentet defunctum, vt not. *Matheſ. ſingul.* 4. *num* 4. *Gozad. conſ* 94. *ſub num.* 24. *Rolan. conſ.* 8. *num.* 5. *vol.* 2. *Gail pract. obſeru. lib.* 2. *obſer.* 146. *num.* 5. *Maſtrill. deciſ.* 146. *numer* 3. quos referendo ſequitur *Ciriac. d. ct. controuerſ* 489. *num.* 6. Nec ſuccedat

26 in iuribus defuncti actiuis, neque paſſiuis *l.* 1. *C. ſi certi petat. l.* 1. §. *ſi hæres, ff. ad Trebell. l. fin. C. eod. titul. l. quoties*, 13. *C de hæred. inſtit.* cum alijs relatis per *Coſta de ration. ratæ, d. quæſt.* 2. *num* 3.

27 Hinc pariter videmus, quod legatarius fundi grauati aliquo cenſu non tenetur ad ſolutionem fructuum dictus cenſus, ſed illorum ſolutio ſpectat ad hæredem, vt latè comprobat *Paul. Ranuc. Maceraten. Aduocatus olim Romanus apud Cenc. de Cenſ. quæſt.* 79. *num.* 21. *& ſeq.* & ipſe *Cenc. ibi num.* 19. *& ſeq.* alios adducens ita ſen-

ſentientes, *& Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 955. *num.* 23. *& ſeq. par.* 5. cum quibus pertranſit *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 11. *in tit de legat. diſcurſ.* 26. *num.* 4. & dixi ſupra *art.* 1. *num.* 162. *&* 163. vbi aliquos contrarium ſentientes retuli.

28 Quando vero donatio dicatur vniuerſalis, vel particularis, vt quia ſit facta de omnibus bonis præſentibus, & futuris, ſed non fuerunt addita iura, & actiones, vel quia bona fuerunt reſtricta ad certum locum, vel quia facta fuerit reſeruatio de aliqua ſumma notabili, & ſimilia, vide *Gratian. diſcept. Forenſ. d. capitul.* 256. *numer.* 3. *& ſeq. part.* 2. *Cancer. variar. reſolut. par.* 1. *cap.* 8. *numer.* 70. *& ſeq. & D. Deluca in d. tom.* 7. *in tit. de donat. d. diſcur.* 45. *num.* 2. *& ſeq. & Rota deciſ.* 14. *nu.* 15. *part.* 14. *recent.*

29 Amplia quinto dictam concluſionem principalem quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali, vt eo magis habeat locum in debitis contractis per donatorẽ poſt factam donationem, quia ad illorum ſolutionem donatarium, eo magis non teneri ſcripſerunt *Alb. conſ.* 102. *num.* 2. *verſ. hoc ergo caſu &c. part* 2. *Gabr. conſ.* 82. *num.* 2. *vol.* 1. *Coſta in d. remed. ſubſid.* 108. *num.* 6. *Andreol. controuerſ.* 204. *num.* 17. *& controuerſ.* 240. *num.* 63. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 143. *num.* 6. *D. Deluca in Theat. verit. & iuſtit. d. tom.* 7. *in titul. de donat. diſcur.* 146. *num.* 2. *& Rota apud Duran. deciſ.* 348. *num.* 2.

30 Cum alias eſſet in facultate donantis per indirectum reuocare donationem alias irreuocabilem, quod non eſt dicendum, *ad tex. in l. perfecta,* 4. *C. de donat. quæ ſub modo, & in leg. fin. C. pro donat.* & not. *Clar. in* §. *donatio, quæſt.* 1. *num.* 3. *Gabr. conſ.* 127. *num.* 5 *vol.* 1. *Ciriac. controuerſ.* 128. *num.* 40. & animaduertunt etiam *Coſta d. remed. ſubſid.* 108. *num.* 6. *Andreol. d. controuerſ* 204 *num.* 17. benè comprobans, *Merlin. de pignorib. dict. quæſt* 143. *num* 6. *& Rota apud Duran. d. deciſ.* 348. *num.* 2.

31 Quod enim prohibitum eſt directò non poteſt fieri per indirectum, *ad tex. in l. ſeius, & augerius,* 27. *& ibi Bart. ff. ad leg. falc. & in cap. cum quid,* 84. *& ibi Din. de reg. iur in* 6. *Menoch. conſ.* 1105. *num.* 18. *lib.* 12. *Surd. deciſ.* 21. *num.* 4. *Barboſ. axiom.* 193. *numer.* 5. Alias lex diceretur impoſita verbis, & non rebus, vt animaduertunt *Gratian. diſcep. Foronſ. capit.* 156. *num.* 17. *par.* 1. *& Barboſ. axiom.* 136. *numer.* 19. & in his terminis tradit *D. Deluca in dict. diſcurſ.* 46. *numer.* 2. *tom.* 7.

32 Subamplia dictam quintam ampliationem, quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris contracta poſt donationem, vt non ſolum habeat locum quando ſequta eſt traditio bonorum donatorum, quo caſu certum eſt, donatarium non teneri ſoluere debita donatoris contracta poſt donationem, vt benè probat *Rota deciſ.* 262. *num.* 9. *&* 10. *par.* 11. *recent.* vbi dat concordantes quamplures, & *Merlin. Pignat. controuer. Forenſ. cent.* 2. *cap.* 19. *num.* 19. *& ſeq.* niſi ſtante fraude eſſet locus actioni reuocatoriæ iuxta terminos declarationis de qua infra num- . . . verum etiam ſi non eſſet ſequta traditio, ſi donatarius habeat ad ſui fauorem hipotecam

potecam

potecam bonorum pro obſeruantia contractus donationis, quia tunc licet donatarius dicatur habere titulum lucratiuum, & creditores poſteriores habeant titulum onerоſum, & hipotecam, adhuc tamen donatarius creditoribus in aliquo non tenetur, & eis venit præferendus, itaut ſit locus regulæ *qui prior in tempore*, 54. *de regul.iur. in 6.* vt poſt *tex. in l. 1. C. de iure fiſc. lib.* 10. firmant *Gabr. d. conſ.* 82. *num.* 1. *& ſeq. vol.* 1. *Feliçian. de cenſib. lib.* 3. *cap.* 5. *in fin. Amat. Roderi. de priuil. credit. par.* 2. *articul.* 1. *num.* 19. *&* 20. *Ant. Piccar. in §. quædam actiones, num.* 70. *Inſtit. de action.* quos refert, & latè tuetur *Domin. Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *numer.* 1235. *& ſeq.* vbi dicit, contrariam opinionem non eſſe veram, neque communem quando donatarius habet hipotecam, ſecus ſi illam non habeat, vt ibi per eum, & præcipuè, *num.* 1274. vbi hanc opinionem latiſſimè comprobat, & contrarijs doctè, & ſubtiliter reſpondet, & idem facit rurſus *in addit. ad d. tract. de credit. fol. mihi* 433. vbi latè confutat omnia fundamenta *Rouit. & Carleual.* contrarium tenentium, cum quibus pertranſeunt *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 11. *titul.* 22. *numer.* 23. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 1. *par.* 2. *numer.* 23. vbi dicit, quod contrarium tenentes loquuntur ſine ratione, *Merli. Pignatel. controu. Forenſ. cent.* 2. *cap.* 19. *num.* 17. benè *Caren. reſol.* 107. *numer.* 4. *& ſeq. Andreol.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens *controuerſ.* 204. *per totum*, vbi teſtatur de veriori opinione *Dom. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 7. *in tract. de donat. diſcur.* 46. *numer.* 3. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & plenè comprobat *Rota deciſ.* 262. *num.* 7. 8. *& ſeq. par.* 11. *recent.* vbi quamplures dat concordantes.

34 In hipotecaria enim cauſa oneroſa non habet priuilegium prælationis aduerſus cauſam lucratiuam, & reiectis contrarijs latè firmat *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *præſertim a num.* 1274. vbi hanc opinionem magis veram probat, & communem eſſe profitetur, cum quo pertranſit *Rota d. deciſ.* 262. *num.* 7. *&* 8. *par.* 11. *recent.* vbi dicit, contrariam opinionem habere locum quando donatarius non habet hipotecam, ſed tantum actionem perſonalem, quia tunc creditor poſterior cum hipoteca donatario præfertur, vt ibi per eam plenè hoc comprobantem, & idem tradit *Andreol. dict. controuerſ.* 204. *numer.* 12.

35 Licet contrariam opinionem, & male iudicio meo, quod creditores poſteriores cum hipoteca habentes titulum oneroſum potiores ſint donatario etiam habenti hipotecam vti habenti titulum lucratiuum tenuerint *Cuman. in l. priuilegia*, 16. *ff. de priuil. credit. Capic. deciſ.* 78. *num.* 7. *Alciat. in l. pupillus*, 24. *numer.* 14. *ff. quæ in fraud. credit. Aſin. de execut.* §. 7. *cap.* 47. *Caroc. deciſ. ſeu caſu* 125. *num.* 9. *Guttier. de iuram. confirm. part.* 3. *cap.* 15. *num.* 19. *& ſeq. Caſtill. deciſ.* 72. *in princ.* qui teſtatur de communi opinione *P. Molin. de contract. diſput.* 413. *num.* 12. *& Paſcal. de patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 45. quos referendo reprobat *Gait. in d. quæſt.* 11. *numer.* 1236. *& in appendic. de qua ſupra*, cum quibus pertranſeunt *Rouit*

deciſ.

deciſ. 48. *& Carleual. de iudic. tom.* 2. *diſput.* 30. *per tot.* quorum fundamenta pariter refutat plenè *Gait. vbi ſupr. & Chriſtin. deciſ.* 124. *numer.* 8. *lib.* 4. quem reprobat *Merlin. Pignatel. d. capit.* 19. *num.* 18.

36 Quæ quidem ampliatio quod donatarius cum hipoteca ex cauſa lucratiua præferatur creditori poſteriori cum hipoteca habenti titulum oneroſum eo magis habet locum, quando donatarius eſt in poſſeſſione bonorum donatorum etiam vigore clauſulæ conſtituti, per quam poſſeſſio vera, & realis in donatarium transfertur, & dominium, quia donatarius ſemper præfertur creditori poſteriori etiam ex cauſa oneroſa, vt docent *Gait. de credit. in addit. reſol.* 5. *per tot. num.* 108. *& ſeq.* & iterum in iiſdem *addit. par.* 3. *append. numer.* 1. *vſque ad num.* 158. *Caren. d. reſolut.* 107. *num.* 6. *& Merli. Pignatel. contr. Forenſ. cent.* 2. *d. cap.* 19. *num.* 19. *& ſeq.* benè comprobans, *Seſſe deciſ. Arago.* 405. *num.* 5. *tom.* 4. vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe deciſum, & *Rota d. deciſ.* 262. *num.* 9. *&* 10. *par.* 11. *recentior.*

36 In hoc tamen controuerſo articulo valdè placet diſtinctio allata per *Dominum meum Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.* 7. *in tit. de donat. diſc.* 46. *numer.* 5. quod aut obligatio donatoris facta poſt donationem prouenіat ex mala fide, & abſquè probabili cauſa, & voluntaria, præcipuè ex fideiuſſione, & ſimil. & tunc donatarius non teneatur pro dictis debitis poſt donationem contractis, ſi verò ſimus in induſtrio donatore, qui poſt donationem vniuerſalem pro conſeruatione bonorum in familia bona fide incumbendo negociationibus more diligentis patris familias, vt maiores faciat acquiſitiones pro donatario, & tunc cum oporteat habere commercij libertatem, & aliquas alienationes facere, ideo donatarium ad illius debita poſtea contracta teneri, vt ibi per eum benè comprobantem, cum illius fundamenta hic tranſcribere non deceat, nè de carta in papirum, vt in adagio eſt, illa transferre videar.

38 Declara primo dictam quintam ampliationem, vt non habeat locum quando donatio fraudolenter, vel ſimulatè præceſſiſſet, & mox magna eris alieni moles contracta fuiſſet, quia tunc dict. creditoribus poſterioribus ſuccurritur non obſtante donatione prædicta per actionem reuocatoriam, vt tradunt *Aretin. in* §. *item ſi quis in fraudem, num.* 11. *verſ. quarta concluſio & c. & ibi Iaſ. num.* 62. *& ſeq. & Io. Otnot. num.* 22. *Inſtit. de act. Caroc. deciſ. ſeu caſu* 1. *num.* 9. quamplures adducens Doctorum authoritates, & *d. deciſ. ſeu caſu* 125. *paſſ. numer.* 9. quos ſequitur *Coſta in dict. remed. ſubſid.* 108. *num.* 6. *in fine*, & not. etiam *Peregr. de iure fiſci lib.* 5. *titul.* 1. *num.* 154. *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 30. *num.* 6. *&* 31. *Mangil. de euict. quæſt.* 169. *num.* 3. *Farinac. de ſimul. & falſit. quæſt.* 164. *num.* 51. *& Andreol. dict. controuer.* 204. *num.* 17. cum quibus pertranſit *Rota* loquens de ſimulatione *d. deciſ.* 262. *num.* 11. *& ſeq. part.* 11. *recentior.*

39 Amplia dictam declarationem, vt actioni reuocatoriæ ad fauorem creditorum donatoris contra donatarium ſit locus non ſolum quando donatio

natio præceſſit, & poſt illam debita fuerunt contracta vt ſupra, ſed multo magis, quando debita fuerunt prius contracta, & poſtea fraudolenter, vel ſimulatè fuit facta donatio omnium bonorum, vel maioris partis illorum, quia eo magis in dicto caſu dict. creditoribus anterioribus competit actio reuocatoria contra ipſum donatarium omnium bonorum, vti dicta donatione in fraudem creditorum, vel ſimulatè facta *l. 1. & l. omnes, 17. §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit. §. ſi quis in fraudem, & ibi hoc not. Aret. Iaſ. Io: Oinot. & alij Inſtit. de action. gloſ. in d. l. æris alieni*, 15. quam ſequuntur ibi *Ang. Bald. Cin. Salic. & alij, C. de donat.* & tradunt etiam *Guid. Papa d. deciſ. 105. in princ. Dec. d. conſ. 237. ſub num. 6. Alex. conſ. 55. num. 1. & ſeq. vol. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 13 tit. 38. in princip. Coſta in d. remed. ſubſid. 108. num. 10. Gargiar. Iun. conſ. 87. numer. 11. lib. 1. & Giurb. obſeru 104. numer. 23. verſ. ex his &c.*

40 Subamplia dictam primam ampliationem vna cum ampliationibus ſequentibus, vt habeant locum etiam ſi donatarius fraudis conſcius non fuerit, ſed illa ſolum per donatorem commiſſa ſit, cum ſimus in alienatione facta titulo lucratiuo, quicquid ſit quando alienatio eſt facta titulo oneroſo, quia adhuc eſt locus dict. actioni reuocatoriæ contra donatarium, *l. qui autem, 6. §. ſimili modo, ff. quæ in fraud. credit. leg. pen. C. eod. tit.* & benè declarant *Io: Oinot. in d. §. item ſi quis in fraudem, num. 44. & 55. Inſtit. de action. Abb. in d. conſ. 102. num. 2. verſ. aut hoſpitale &c. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. d. tit. 38. num. 9. & 10. Gabr. d. conſ. 82. poſt num 4. vol. 1.* nec non *Magon. deciſ. Floren. 102. n. 21. Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 156. Mangil. de euict. quæſt. 169. num. 6. & ſequen. & Rota deciſ. 129. num. 5. par. 1. recentior.*

41 Limita pariter dictam primam declarationem, quod quando donatio fraudolenta, præceſſit, & poſt magnum æs alienum fuit contractum ſuccurritur poſterioribus creditoribus per actionem reuocatoriam vna cum ampliatione ſequenti, vt habeat locum facta excuſſione contra donatorem, & eo exiſtente non ſoluendo, alias non eſt locus dict. actioni reuocatoriæ ad fauorem creditorum, *l. 1. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. alien. ſunt*, ibi *Bonis eius excuſsis, Doct. communiter. in d. §. Item ſi quis in fraudem,* & præcipuè *Io. Oinot. num. 59. & ſeq.* qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem Doctorum *Inſtit. de actio. Anto Gomez variar. reſol. tom. 2 cap. 2. num. 20. verſ. ſecundo principaliter, &c. Theſaur. Iun. quæſt. Foren. 84. num. 10. lib. 2. Andreol. controu. 92. num. 14. in fin.* & adnotauit etiam, *Coſta d. remed. ſubſid. 108. num. 2.* & ante eos *Roffred. de libell. par. 1. in tit. de act. paulia. verſ. tertium eſt neceſſarium, &c.*

42 Licet contrarium ſenſerit, *gloſ. in d. l. 1. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit.* quam communiter eſſe reprobatam dicit *Io. Oinot. in d. §. Item ſi quis in fraudem num. 59. Inſtit. de actio.* vbi quam plures ad dictam limitationem de excuſſione facienda recenſet ſublimitationes, quas videas ibi per eum *& d. gloſ.* pariter reprobatam dicit *Caroc. de excuſs. par. 2. quæſt. 60. ſecunda par. num. 1.* licet poſtea limitando

ſupra-

ſupradicta *nu.* 40. dicat, excuſſionem non requiri in donatione omnium, vel maioris parti bonorum iuxt. *tex. in l. omnes* 17. §. *lucius, ff. ſi quid in fraud. credit.* & idem tradit *d. part.* 2. *quæſt.* 30. *num.* 2.

43 Declara ſupradducta de donatione facta in fraudem, quod licet fraus in dubio non præſumatur, vt tradunt *Franc. Becci. conſ.* 52. *num.* 25. *lib.* 1. *Maſcard. de probat. concl.* 814. *in princ.* vbi quamplures, dat concordantes *vol.* 2. *Gabr. conſ.* 82. *num.* 4. *vol.* 2. *Ciriac. contr.* 581. *num.* 62. & dixi ego *allegat. foren.* 34. *num.* 31. vbi plures dedi concordantes, ita ut in dubio ſit facienda interpretatio pro excluſione fraudis *arg. l. meritò* 51. *ff. pro Soci.* & tradit *Ciriac. d. contr.* 581. *num.* 61. & ante eum *Maſcard. d. concluſ.* 814. *num.* 3.

44 Dicta tamen concluſio non habet locum ſtantibus coniecturis fraudem ſuadentibus quia ex illis fraus benè probata dicitur, vt not. *Barz. deciſ.* 83. *num.* 18. *Franc. Becci. d. conſ.* 52. *num.* 43. *Menoch. de arbitr. caſu* 459. *num.* 4. *Card. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib.* 10. *tit.* 4. *poſt num.* 9. & latiſſimè comprobat *Maſcard. de probat. concl.* 815. *in prin. vol.* 2. & ſimulationem pariter probari per coniecturas, & præſumptiones data cauſa ſimulandi dixit *Rota d. deciſ.* 262. *numer.* 17. *par.* 11. *recent.* & *num.* 22. vbi dicit, hoc procedere etiam ſi coniecturæ de per ſe conſideratæ illam non probarent.

45 Quarum prima eſt ſi donatio facta fuerit de omnibus bonis, ſeu de maiori illorum parte, quia illa dicitur facta in fraudem creditorum *l. omnes* 17. §. *lucius & ibi not. Bart. Angel. & alij, ff. quæ in fraud. credit.* & tradunt *Deci. in d. conſ.* 237. *num.* 6. *Alex. conſ.* 108. *num.* 4. *lib.* 4. *Ant. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 14. *num.* 4. *verſ. præſumptiuè &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 78. *verſic. fraus autem &c. Maſcard. de probat. concl.* 815. *num.* 47. *vol.* 2. vbi alios dat concordantes quàm plures; *Peregr. de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 156. vbi pariter teſtatur de cómune opinione *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 124. *in prima, coniectura, Card. Mantic. de tacit & ambig. conuen. lib.* 13. *tit.* 38. *num.* 22. *& ſeq.* latè *Farinac. de ſimul. & falſit. quæſt.* 164. *num.* 122. *& ſeq. Franc. Becci. d. conſ.* 52. *num.* 54. *lib.* 1. Et ex donatione omnium bonorum, præſumi ſimulationem dixit *Rota d. deciſ.* 262. *numer.* 19. *part.* 11. *recent.*

46 Secunda deſumitur coniectura ex eo, quod donans poſt donationem remanſerit in poſſeſſione bonorum donatorum, vt tradunt *Bart. in l. poſt contractum* 15. *num.* 4. *&* 5. *ff. de donat. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem ſub num.* 41. *Inſtit. de actio. Peguer. dec.* 50. *num.* 4. *Maſcard. de probat. concl.* 559. *num.* 3. *lib.* 1. *Ant. Gomez. var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 14. *num.* 4. *verſic. tertius caſus &c. Hond. conſ.* 46. *nu.* 14. *lib.* 1. *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 78. *ſub nu.* 16. *verſic. fraus autem &c. & ibi Baiar. in addit. num.* 95. *Papien. in pract. in forma libel. in actio. real. in gloſ. veris, & legit. nu.* 38. *verſ. tertio præſumitur &c.*

47 Maximè accedentibus alijs coniecturis, & præſumptionibus fraudem ſuadentibus, vt poſt *Bart. Aret. & Rota apud Bellame.* per eum adductos declarat *Maſcar. de probat. dicta concluſ.* 559. *numer.* 5. *& Farinac. de*

ſimul.

ſimul. & falſit. dict. quæſt. 162. *numer.* 239. *& ſequen.*

48 Licet ex dicta coniectura retentionis poſſeſſionis donatoris poſt factam donationem, quod arguatur ſimulatio donationis, ſed non fraudis voluerint *Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem, numer.* 42. *Inſtit. de action. Boſſ. in pract. in titul. de bonor. public. num.* 48. vbi ponit differentiam inter contractum ſimulatum, & factum in fraudem; & teſtatur de communi opinione, & dictam differentiam inter ſimulationem, & fraudem ponit etiam *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. littera D. concl.* 658. *num.* 1. *Peguer. deciſ. crim.* 50. *num.* 4. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 13. *titul.* 36. *num.* 7. *& Farinac. de ſimul. & falſit. d. quæſt.* 162. *num.* 243. & in terminis ſimulationis loquitur de hac coniectura *Rota d. deciſ.* 262. *num.* 20. *part.* 11. *recent.*

49 Tertia inſurgit coniectura fraudis ſi donatio facta fuerit coniunctæ perſonæ, ex tali enim coniunctione præſumitur fraus, & ſimulatio *ad tex. in l. lata,* 27. *C. de donat.* & tradunt *Bald. Cuman. Afflict. Ancar. Ang. Barba. Caſtren. Neuiza. Dec. Iaſ. Alex. Crauett. Gozad. Natt. Pariſ. Ruin.* & alij plures quos refert, & ſequitur *Franc. Becc. d. conſ.* 52. *num.* 55. *volum.* 1. *& Maſcard. de probat. d. concluſ.* 559. *num.* 17. *vol.* 1. *Peguer. deciſ.* 50. *num.* 3. *& in Rota d. deciſ.* 262. *num.* 18. *part.* 11. *recent.* vbi concordantes.

50 Quarta coniectura fraudis deſumitur ex eo, quia illa facta fuerit clam, & in abſcondito, vt not. *Bartol. in dict. leg. poſt contractum,* 15. *numer.* 7. *ff. de donat. & Maſcardus de probat. dict. concluſ.* 559. *numer.* 22. *& ſequen lib.* 1. vbi tamen requirit cauſam præexiſtentem, vt ibi per eum, & generaliter ex clandinitate actus præſumi fraudem, & dolum latiſſimè comprobat *Farinacc. de pæn. tempe. quæſt.* 89. *num.* 130. vbi innumeros ferè adducit ita ſentientes more ſuo.

51 Quinta fraudis coniectura inſurgit, ſi donator ſtatim, vel non multo poſt factam donationem delictum aliquod committat, vti ponderant *Bart. in dict. leg. poſt contractum,* 15. *numer.* 8. *ff. de donat. Maſcard. de probat. dict. concluſ.* 559. *numer.* 23. *Honded. conſ.* 46. *numer.* 25. *lib.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 127. *num.* 17. vbi hoc extendit etiam ad venditionem, *Cardin. Mantic. de tacit. & ambiguit. conuent. lib* 13. *titul.* 39. *numer.* 16. *Peguer deciſ.* 50. *numer.* 1. *Peregrin. de iure fiſc. lib* 5. *titul.* 1 *numer.* 163. & latiſſimè probat *Farinac. de ſimul. & falſit. quæſt.* 164. *numer.* 154. *& ſeq.* vbi hoc dicit non habere locum, ſi delictum in continenti ſecutum proceſſerit in rixa, & alias ſubuertit declarationes, vt ibi per eũ.

52 Sextam deſumunt coniecturam fraudis in donatione ex reſeruatione vſus fructus facta per donantem *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 124. *numer.* 2. *par.* 1. *& Cutell. de donat. par.* 2. *diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 38. *num.* 20.

53 Quando verò fraus præſumatur, & donatio in fraudem creditorum facta dicatur, & de alijs coniecturis, ex quibus fraus in donatione commiſſa dicatur agunt *D. ct. in §. item ſi quis in fraudem Inſtit. de action. Rolan. conſ.* 58. *pe. tot. volum.* 2. *Peregr. de iure fiſci, dict. lib.* 5. *titul.* 1. *ferè per totum, Gabriel dict. conſil.* 82.

numer. 4. *& ſeq. vol.* 1. *Maſcar. de probat. concluſ.* 446. *per tot. & concluſ.* 557. *num.* 6. *& ſeq. & concluſ.* 559. *numer.* 1. *& ſequen. vol.* 1. *& concluſ.* 815. *per tot. volum.* 2. *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 38. *per tot. Baiard. ad Clar. §. final. quæſt.* 78. *num.* 72. *& ſeq.* vbi plures dat concordantes, *Farinacc. de pœn. tempe. quæſt.* 89. *num.* 74. *& ſequen. & de ſimulat. & falſit. quæſt.* 164. *ferè per tot.* qui licet loquatur in terminis donationis factæ a delinquente, tamen omnia per Doctores ſcripta in dictis terminis locum habent in donatione facta in fraudem creditorum, vt animaduertit idem *Farinacc. in d. quæſt.* 164. *num.* 51. & agunt de illis etiam *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 124. *per tot. Gargiar. Iun. conſ.* 94. *num.* 8. *& ſeq. vol.* 1. *& Mangil. de euiction. quæſt.* 169. *numer.* 26. remiſſiuè.

54 Limita dictam quintam ampliationem, quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris contracta poſt donationem, vt non habeat locum ſi donatio omnium bonorum habeat annexam reſeruationem facultatis teſtandi de aliqua certa ſumma, puta ſcutorum centum, & ſimil. quia ſi donans poſt donationem conſtituat ſe debitorem alicuius, pro illa ſumma reſeruata donatarius tenetur illi creditori licet poſteriori ſatisfacere, quia ſi donatore licebat de dicta quantitate teſtari poterat etiam de illa diſponere per viam contractus arguendo a contractibus ad vltimas voluntates, *ad textum in leg. final. & ibi Salicet. C. de legat.* cum alijs relatis per *Euerar. in ſua Cent. in loco a contract. ad vltim. volunt. in princip. & per Barboſ. in ſuis loc. commun. loco.* 26. *numer.* 3. vbi dat concordantes quamplures, & in his terminis ſcripſerunt, *Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. littera D. concluſ.* 651. *num.* 10. *& Coſta in dict. remed. ſubſid.* 108. *num.* 11. & idem voluiſſe videtur in *tract. de ration. ratæ, quæſt.* 90. *num.* 9. cum quibus pertranſeunt *Cancer. variar. reſol. par.* 1. *cap.* 8. *de donat. num.* 68. *& ſeq. & par.* 3. *cap.* 7. *num.* 129. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 16. *& Capic. Latro. d. deciſ.* 44. *num.* 24. licet facta reſeruatione non dici donationem omnium bonorum, not. *Rota deciſ.* 14. *numer.* 15. *par.* 14. *recentior.*

55 Limita primo dictam principalem concluſionem, quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali vna cum ſupradictis ampliationibus, vt non habeat locum in ſubſidium donatore ſcilicet exiſtente non ſoluendo, quia tunc donatarius ad illorum ſolutionem tenetur, cum non potuerit debitor per translationem bonorum ſuorum tit. lucratiuo in aliũ factam creditores omni iure priuare, vt voluerunt *gloſ. & Doct. in d. l. æris alieni,* 15. *C. de donat. Guid. Pap. d. deciſ.* 105. *poſt princ. Caroc. d. deciſ. ſeu caſu* 125. *num.* 3. *&* 9. *Adden. ad Paitell. ad expedit. ciuil.* 46. *num.* 10. *Coſta d. remed. ſubſid.* 108. *num.* 6. *& de ratio. ratæ, d. quæſt.* 90. *num.* 10. *&* 11. *Ciriac. contr.* 14. *n.* 11. alios referens ita ſentientes, *Merlin. de pign. lib.* 4. *quæſt.* 143. *nu.* 4. *Albri. apud Andr. contr.* 288. *num.* 19. *Antonel. de tempo. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 16. *Giurb. deciſ.* 62. *n.* 33. *Cancer. var. reſ. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 68.

Alphon.

Alphon. Abolea de ceſsion. iur. titul. 3. quæſt. 9. numer. 16. cum quibus pertranſit *Rota deciſ.* 65. *numer.* 5. *par.* 10. *recentior. & deciſ.* 14. *num.* 14. *& ſeq. par.* 14. *recentior.* & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 40. *num.* 33.

56 Actio enim perſonalis in ſubſidium datur etiam contra ſingularem ſucceſſorem, vt nos docent poſt *Angel. Alex. Iaſ.* & alios per eum relatos *Honded. conſ.* 38. *num.* 48. *vol.* 2. *Paitell. expedit. ciuil.* 51. *num.* 22. *Menoch. conſ.* 63. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 1. *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 20. *Merlin.* licet non benè ſe firmet *de legitt. lib.* 5. *titul.* 4. *quæſt.* 7. *numer.* 7. *Coſta remed. ſubſid.* 38. *& remed.* 47. *num.* 3. *Ciriac. controuerſ.* 92. *num.* 4. *& ante eos Fabian. de Monte de empt. & vendit. quæſt.* 8. *numer.* 23. *verſ. ſeptimò &c.* & alij relati per *Pinell. in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 30. *C. de reſcind. vendit.*

57 Maximè quando ſingularis ſucceſſor poſſidet titulo lucratiuo, vt facit donatarius, vt voluerunt *Salic. Crement. Cagnol.* & alij in *l.* 2. *C. de reſcindend. vendit. Couar. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 10. *Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo Reuertatur, num.* 329. *C. de reuoc. donat. Pinel. in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 1. *numer.* 31. *in fin. C. de reſcind. vendit.* vbi dicit, actionem perſonalem ex *d. l.* 2. competere venditori in ſubſidium contra tertium poſſidentem titulo lucratiuo, & teſtatur de communi opinione latè *Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. littera A. concluſ.* 99. *num.* 36. *Alex. conſ.* 55. *numer.* 1. *volum.* 1. & idem voluerunt *Coſta in d. remed. ſubſid.* 47. *numer.* 1. *verſ. quando res &c. Cardin. Mantic. de tacit. & ambiguit. conuent. d. tit.* 11. *numer.* 20. vbi dicit, hoc eſſe, indubitatum *Ciriac. controuer* 14. *nume.* 13. *& d. controuerſ.* 282. *num.* 35. *& Hodier. controuer. Forenſ. cap.* 3. *numer.* 7. & dixi *Ego allegat. Forenſ* 40. *numer.* 21. *& Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 108. *in fin.*

58 Licet contrarium tenuerint *Ripa. in l.* 1. *§. ſi hæres num.* 13. *&* 17. *ff. ad Trebell.* quem ſequta eſt *Rota apud Pacif. de Saluian. deciſ.* 178. *num.* 22. *& deciſ.* 179. *num.* 4. *& ſeq.* & cum hac opinione reſidet *Pinell. in d. l.* 2. *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 32. *C. de reſcin. vendit.* etiam ſi poſſeſſor habeat ex titulo lucratiuo, & *Geri. Spin. conſ.* 52. *num.* 3. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes.

59 Limita ſecudo d. principalem concluſionem, quæ limitatio eſt ferè eadem cum ſupradicta prima limitatione, vt non habeat locum donatore decedente ſine hærede, vel cum hærede, qui non ſit ſoluendo, quia tunc donatarius vniuerſalis pariter in ſubſidium tenetur ſoluere debita creditoribus donatoris, & conueniri poteſt vti vniuerſalis ſucceſſor totius iuris donatoris defuncti, vt not. *gloſ. & Bald in d. l. æris alieni,* 15. *C. de donat. Guid. Pap. d. deciſ.* 105. *num.* 1. *Boer. deciſ.* 204. *num.* 43. *Caroc. d. deciſ.* 125. *num.* 3 *&* 9. *Adden. ad Paitell. d. expedit. ciuil.* 46. *num.* 10. *Coſta d. remed. ſubſid.* 108. *num.* 6. *& ſeq. & de ratio. ratæ, quæſt.* 90. *in fin. Ciriac. dict. controuerſ.* 14. *numer.* 11. alios adducens ita ſentientes, cum quibus pertranſeunt *Merlin. de pignorib. dict. lib.* 4. *quæſt.* 143. *numer.* 4. *verſ. diſtinctionis &c. Giurb. deciſ.* 62. *numer.* 33. *Adden. ad Capic. Latro deciſ.* 44. *numer.* 8. *Andreol. controuerſ.* 287. *numer.* 21. *Albert. apud*

Andreol. dict. controuerſ. 288. *num.* 19. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *numer.* 16. *Domin. Deluca in d. tom.* 7. *in tract. de donat. diſcurſ.* 45. *numer.* 2. *& Rota deciſ.* 65. *num.* 5. *part.* 10. *& deciſ.* 14. *numer.* 15. *part.* 14. *recentior.*

60 Quibus non videtur obſtare, quod donatio vniuerſalis omnium bonorum non ſit titulus *ad tex. in leg. final. ff. de vſufruct. & not. Caſtren. & Alex. in leg. vſufructu bonorum,* 69. *ff. ad leg. falcid. Iaſ. in leg.* 1. *in ſecund. lectura, numer.* 12. *& ſeq. ff. ad Trebell. Maſthe ſil. ſing.* 4. & alij relati per *Coſta dict. remed.* 108. *numer.* 13. Quia moriente

61 donatore ſine hærede, dicta donatio inducit naturam tituli vniuerſalis, & ſic per accidens dicitur titulus vniuerſalis, & ideo tenetur ſoluere debita donatoris, vt declarant *Dec. dict. conſ.* 237. *ſub numer.* 6. *& Corn. conſ.* 195. *volum.* 4. quos referr, & ſequitur *Coſta dict. remed. ſubſid.* 108. *numer.* 13. *verſ. quoniam &c.* cum quibus pertranſiui *Ego dict. allegat. Foren.* 40. *num.* 35.

62 Sublimita dictam primam, & ſecundam limitationes, quod donatarius omnium bonorum tenetur ſoluere debita donatoris in ſubſidium donatore exiſtente non ſoluendo, vel ipſo decedente ſine hærede, vel non hærede qui non ſit ſoluendo, vt non habeant locum in donatione omnium bonorum remuneratoria, quæ æquipollet titulo oneroſo, & ideo non mirum ſi donatarius prædictus non tenetur ad ſolutionem debitorum donatoris neque in ſubſidium, vt tradunt *Ripa in leg.* 1. *§. ſi hæres, num.* 13. *&* 17. *ff. ad Trebell.* qui indiſtinctè id negat, *Magon. deciſ. Floren.* 102. *in fin.* quos ſequitur *Coſta in dict. remed. ſubſid.* 108. *numer.* 8.

63 Donatio enim remuneratoria non dicitur propriè donatio, qui ex mora liberalitate, & munificentia non proficiſcitur, ſed potius dicitur quædam permutatio, compenſatio, & titulus oneroſus, *leg.* 1. *& leg. attilius regulus,* 27. *& ibi not. Bartol. Imol. & alij, ff. de donation. leg. ſed & ſi lege,* 25. *§. conſuluit, in fin. & ibi Bald. ff. de petit. hæredit.* & tradunt *Tiraquell. in leg. ſi vmquam in verbo Donatione largitus, numer.* 11. *C. de reuocand. donation.* vbi plures dat concordantes *Rolan. conſ.* 76. *numer.* 17. *lib.* 2. vbi dicit, quod eſt quædam permutatio, *& conſ.* 13. *numer.* 59. *& ſequen. volum.* 3. vbi obiectis reſpondet, *Surd. conſ.* 140. *numer.* 40. *volum.* 1. *& conſ.* 419. *num.* 54. *circa finem, lib.* 3. *Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 386. *numer.* 10. *part.* 2. *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambiguit. conuent. lib.* 13. *titul.* 15. *num.* 17. *Peregrin. de fideicommiſſ. articul.* 51. *numer.* 65. *Coſta dict. remed. ſubſid.* 108. *numer.* 8. vbi dicit, quod illa equipollet titulo oneroſo *Facchin. controuerſ. iur. lib.* 3. *capitul.* 82. *verſ. poſtremò &c.* vbi dicit, eſſe quoddam genus permutationis *Petr. Anton. Lazar. de monit. ſect.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 44. vbi dicit, quod dicta donatio eſt meritorum merces, & debiti naturalis reſtitutio, *Surdus de aliment. titul.* 1. *quæſtio.* 55. *numer.* 32. vbi dicit, quod donatio remuneratoria dicitur titulus oneroſus, & continet quandam permutationem, & idem adnotauit

Mangil. de euiction. quæſt. 23. num. 4. vbi dicit, donationem remuneratoriam dici titulum oneroſum, & *Ciriac. controuerſ* 469. *num.* 57. vbi plures dat concordantes, & ante eos *Clar. in pract. §. donatio, quæſt. 3. in princ.* vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Cutell. de donat. diſcurſ. 2. partic. 13. num. 2.*

64 Actio autem perſonalis neque in ſubſidium datur contra ſingularem ſucceſſorem poſſidentem titulo oneroſo, *l. ſi ſeruum, 23. ff. ſi cert. petat. leg. final.* & ibi hoc not. *Alexan. Iaſ. Soccin. Sen. & alij, ff. de eo per quem fact. euit.* & tradunt *Coſta. dict. remed. ſubſidiar.* 38. *numer.* 8. *Peregrin. de fideicomiſſ. articul.* 40. *numer.* 39. *verſ. præterea &c. & articul.* 44. *numer.* 31. *Morot. conſil.* 37. *poſt numer.* 3. *& conſ.* 84. *numer.* 11. *& ſequen. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. dict. titul.* 11. *numer.* 20. *Geri. Spin. dict. conſ.* 52. *numer.* 7. qui teſtatur de communi opinione, & *conſil.* 58. *numer.* 2. vbi dicit, hoc procedere etiam ſi agens habeat cauſam oneroſam, vt ibi per eum, *Ciriac. controuerſ.* 282. *numer.* 6. *Andreol. controuerſ.* 97. *numer.* 6. & *Rota apud Buratt. deciſ.* 874. *num.* 9. alios adducens, & dixi etiam *Ego d. allegat. Forenſ.* 40. *numer.* 23.

65 Et licet hoc non videatur pertranſire abſque aliqua difficultate, cum donatarius ex remuneratione non dicatur verè habere ex cauſa oneroſa, vt voluerunt *gloſ. in d. l. ſed & ſi lege, 25. §. conſuluit in verbo Obligauerunt, ff. de petit. hæred.* & not. *Bart. in leg. mæuius, 68. §. duorum, num.* 15. *ff. de legat. 2. Boſſ. in pract. in tit. de Princip. & priuil. eiuſ. numer.* 152. vbi dicit, *gloſ. in dict. §. conſuluit*, eſſe communiter receptam, & ita fuiſſe iudicatum per Senatum Mediolanum; & *numer.* 323. quem ſequtus fuit *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 51. *numer.* 65.

66 Cum ille, qui eſt obligatus ſolum ex naturali obligatione, qua benefacienti benefacere debemus, ſi aliquid det, dicatur facere ex cauſa gratioſa, & lucratiua, non autem ex cauſa oneroſa, vt eſt doctrina *Bart. in dict. §. duorum, numer.* 15. & voluit *Boſſ. in dict. titul. de Princ. numer.* 323. *circa medium*, & latè comprobat *Pinell. in leg. 1. par. 3. numer.* 59. *verſ. ne autem æquiuocemus &c. C. de bon. mater.* & ratio eſt, quia talis dans, ſeu donans ad eum non potuiſſet cogi, arg. *l. Titius, 3. ff. de obſeq. a liber. patr. præſt.* & declarat *Io: Otnot. Inſtit. de oblig. in princip. in titul. de oblig. natur. tantum, num.* 4. & *Cartar. deciſ. Genuen.* 46. *numer.* 22. alios plures recenſens ita ſentientes, & ideo dici debet mera donatio, *leg. donari* 29. *ff. de donat. l. donari* 82. & ibi not. *Dec. num. 2. vſque ad fin. ff. de regul. iur. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt.* 9. *num.* 59. & poſt *Bero. Pariſ. Becc. Curt. Iun. Clar. & Barz.* per eum adductos ſcripſit *Andreol. controuerſ.* 68. *num.* 1. & 2.

67 Prædicta tamen benè tolluntur per *Rolan. in dict. conſ.* 13. *numer.* 59. *lib.* 3. dicens *Boſſ.* vbi ſupra malè fuiſſe locutum, & illum expreſsè reprobat, prout facit etiam *Ciriac. controuerſ.* 469. *num.* 57. & 58. dicens illum tenuiſſe contra communem

68 opinionem Doctor. & contra *Pinell.*

in d.l.1.par.3.num.59.C.de bon.matern. quod non requirantur merita producentia obligationem efficacem ad agendum, vt donatio remuneratoria dicatur facta ex titulo oneroſo tenuerunt *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 13. tit. 15. num. 16. & lib. 21. tit. 4. num. 7. & Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 386. num. 13. par. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. par. 2. num. 15. Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 4. num. 54. & Rota in Romana legati 16. Februar. . . . . coram R.P.D. Robuſt.* & apud *Ceſaren. de Graſſ. deciſ. 2 num. 18. de donat.* & dixi *Ego allegat. Foren. 74 num. 20.* latè *Cutell. de donat. diſcurſ. 2. partic. 13. num. 14. & ſeq.*

69 Declara primo dictam ſublimitationem, quod donatarius, cui eſt facta donatio omnium bonorum propter merita non tenetur ſoluere debita donatoris neque in ſubſidium; ſi placet, vt habeat locum quando merita æquiualent donationi, ſecus autem ſi donatio illa excedat, quia pro illa rata, quæ excedit merita donatio habetur pro pura, & ſimplici donatione, & ideo donatarius in ſubſidium pro dict. exceſſu teneri debet ad ſolutionem debitorum donantis iuxta terminos ſupradictæ ſublimitationis, vt not. *Coſta in d. remed. ſubſid. 108. num. 8.* vbi requirit merita æquiualentia, vt ibi per eum, addo *Cutell. de donat. diſcur. 2. part. 13. num. 41.*

70 Et ratio eſt, quia donatio remuneratoria in eo, in quo excedit merita remanet pura, & ſimplex donatio, vt voluerunt *Bald. in l. illud, 16. num. 7. & 8. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & poſt *Oldr. Io: Andr. Guglel. Cune. Bart. Bald. Salic. Iaſ. Ang. Imol. Roman. Caſtr. Corn. Barba. Floria. Aret. Calca. Soccin. Sen. Guid. Pap. Bertra. Dec.* & alios per eum adductos tradit *Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. Donatione largitus, numer. 80. C. de reuoc. donat. Clar. in d. §. donatio, quæſt. 2. verſ. ſed numquid &c. & quæſt. 23. verſ. item quæro &c. Maſcard. de probat. concl. 186. num. 1. vol. 1. Gratian. diſcep. Forenſ. d. cap. 386. num. 4. par. 2. Honded. conſ. 47. num. 18. volum. 1. Morot. conſ. 43. num. 13. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 11. num. 35. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 13. tit. 15. num. 28.* vbi dicit, ita tenuiſſe *Rotam in Portuen. bonor. 16. Octobris 1579. coram Cardin. Seraphin.* addo *Ciriac. controuerſ. 270. num. 22.* & dixi etiam *Ego allegat. Forenſ. 75. numer. 13.*

71 Declara ſecundo dictam ſublimitationem, vt habeat locum ſi aliundè conſtet concludenter de æquiualentia meritorum, alias ſecus, vt poſt *Clar. Rimin. Iun. & Ceuall.* per eum relatos tradit *Coſta in d. remed. ſubſidiar. 108. num. 8.* & quod probandum ſit, merita eſſe paria remunerationi, & reſpondere rei donatæ poſt *Bart. Dec. Tiraq. Angel. Bald. Salic. Ruin. Caſſan. Barba. Alex. Ceph. Mantic. Natta Brun. Rolan.* & alios per eum relatos ſcribit *Maſcard. de probat. concl. 186. in princ. lib. 1.* & voluit etiam *Rota Roman. deciſ. 346. num. 2. par. 4. diuerſ.*

72 Ratio eſſe poteſt, quia licet quando donatio fit a perſona, quæ poteſt liberè donare, licet merita non ſubeſſent, ſtetur quo ad merita aſſertioni donantis, vt poſt *Bertran. Curt. Iun. Belon. & Guid. Pap.* per eum relatos, tradit *Clar. in §. donatio, quæſt. 3. verſ. ſed hic occurrit &c.* quem ſequitur *Honded. conſ. 47. num. 9. vol. 2.* & tradunt

etiam

etiam *Gamm. deciſ. 255. num. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 386. numer. 3. par. 2. & Seraph. de priuileg. iurament. priuil. 40. num. 24.*

73 Quando tamen donator non poteſt libere donare, vt in his terminis, in quibus donatori per donationem non eſt permiſſum creditoribus ſuis præiudicium inferre, vt animaduertit *Rota deciſ. 552. in princ. par. 2. recentior.* tunc aſſertioni donatoris ſtari non debet, ſed merita aliundè debent concludenter probari, vt teſtantur *Caſtr. conſ. 345. poſt num. 4. verſ. tertio videtur, vol. 1.* vbi hanc dicit eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Clar. in d. §. donatio, quæſt. 3. verſ. ſed hic occurrit &c., Honded. d. conſ. 47. num. 35. & ſeq. vol. 1. Rolan. conſ. 98. numer. 53. vol. 1.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & communem eſſe, & quamplures adducit Doctorum authoritates, cum quibus pertranſeunt *Maſcard. de probat. concl. 184. num. 3. & ſeq. vol. 1.* vbi pariter plures dat concordantes, *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 15. numer. 41. verſ. ſed diuerſa &c.* vbi loquitur quando merita in ſpecie eſſent expreſſa, & dicit, quod hęc eſt crebrior Doctorum ſententia, & idem ſcripſit *lib. 21. tit. 4. num. 10. Andreol. controuerſ. 68. num. 8.* & dixi *Ego allegat. Forenſ. 74. num. 28.*

74 Cum dicta aſſertio meritorum in dicto caſu præſumatur in fraudem legis emanaſſe *ad tex. in l. cum quis 35. §. pen. ff. de legat. 3.* cum alijs adductis per *Rolan. in d. conſ. 98. numer. 53. volum. 1.* & aduertit *Maſcard. in dict. concluſ. 184. num. 8. volum. 1. Andr. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 38. num. 6.* & alij Doctores ſupra adducti, nec non *Andreol. controuerſ. 239. in fin. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 294. num. 5.* & dixi pariter *Ego d. allegat. Forenſ. 74. num. 29. & ſeq.* vbi probaui prædicta habere locum etiam ſtante iuramento.

75 Vel fortè melius dici poteſt, quod cum in terminis ſupradictę primæ declarationis ad hoc, vt donatarius, cui facta eſt donatio remuneratoria non teneatur ſoluere debita donatoris nequè in ſubſidium requiratur, quod merita æquiualeant donationi, cum illa in exceſſu dicatur mera, & ſimplex donatio, tunc cum multum interſit merita verificari in ſpecie, ad cognoſcendum, an illa ſint digna remuneratione; & an illa æquiualeant donationi, ideo non eſt ſtandum generali meritorum enunciationi, etiam ſi donatio ſit facta inter perſonas non prohibitas donare, ſed de illis debet aliundè conſtare concludenter, vt declarant *Dec. conſ. 366. num. 11. Menoch. conſ. 112. num. 27. & ſeq. lib. 2.* alios adducens ſentientes, & contrarijs reſpondens, *Honded. d. conſ. 47. num. 36. lib. 1.* & idem ſentit *Andreol. d. controuer. 68 num. 9.*

76 Quæ autem dicantur merita ęquipollentia donationi cum in iure non habeamus diffinitum arbitrio prudentis Iudicis reliquendum eſt, qui attenta donatoris qualitate an ſit diues, vel nobilis, cum nobiles ſoleant multo maiores referre gratias, & alijs conſideratis, & perpenſis donationis, & meritorum circumſtantijs, quid in hoc ſtatuendum ſit pro ſuo arbitrio benè iudicabit, vt nos docuerunt *Tiraquell. in d. l. ſi vmquam, in verbo Donatione largitus, numer. 86. in fine, C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr.*

arbitrar. caſu 132. *num.* 7. *& ſeq. Maſcard. de probat. d. concluſ* 186. *num.* 11. *volum.* 1. vbi relatis quampluribus Doctorum authoritatibus teſtatur de communi opinione, quam ſequti ſunt etiam *Clar. in dict.* §. *donatio, quæſt.* 3. *verſ. ſed quæro &c.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, & dicit in hoc caſu bonum eſſe habere Iudicem fauorabilem, *Honded. d. conſ.* 47. *numer.* 26. *vol.* 1. *Lazar. de Mont. ſect.* 3. *quæſt.* 8. *numer.* 45. *Ciriac. controuerſ.* 270. *num.* 23. *& Cutell. d. diſcurſ.* 2. *partic.* 13. *num.* 42.

77 Plura tamen circa merita, an illa præſumantur, vel debeant probari, & an probari dicantur ex verbis enunciatiuis, & an ad illa probanda admittantur coniecturæ, & præſumptiones, & alia ad materiam meritorum plura ſi cupis conſulas *Tiraquell. in d. l. ſi vmquam, in verb. Donatione largitus, num.* 11. *& pluribus ſeq. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitrar. caſu* 134. *num.* 2. *& ſeq. & dict. conſ.* 112. *vol.* 1. *per tot. Maſcard. de probat. concl.* 184. 185. 186. *&* 187. *per tot. vol.* 1. *Honded. conſ.* 47. *per tot. vol.* 1. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambiguit. conuent. lib.* 13. *tit.* 15. *per tot. Coſta de ration. ratæ, quæſt.* 75. *per tot. Gratian. diſcep. Forenſ. cap.* 386. *par.* 2. *per tot. Gargiar. Iun. conſ.* 13. *per tot. vol.* 1. *& Cutell. de donat. part.* 1. *diſcur.* 2. *partic.* 13. *per tot.*

78 Limita tertio dictam principalem concluſionem quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali, vt non habeat locum in donatario, cui facta fuit donatio omnium bonorum cauſa mortis, cum ab illa ſit prius, & ante omnia detrahendum æs alienum vſque ad obitum donatoris contractum, & ſic tenetur ſoluere debita donatoris, *l. ſi vniuerſæ*, 15. *& ibi not. Bald. C. de legat. l.* 1. §. *ſi is qui quadringenta, ff. ad Trebell.* & tradunt *Alba. conſ.* 333. *in princip. tom.* 1. *Coſta in d. remed. ſubſid.* 108. *num.* 7. & ſcripſit etiam *Natt. ad Alex. conſil.* 7. *in verb. creditores, vol.* 6.

79 Limita quarto dictam principalem concluſionem, vt non habeat locum in onere alendi filios donatoris, quia donatarius omnium bonorum ſaltem per officium Iudicis ad ſubminiſtranda eis alimenta compelli poteſt, vt ſcripſerunt *Cin. Din. Rain. Alberic. Imol. & alij in l. Titia,* 89. §. *Imperator, ff. de legat.* 2. *Tiraq. in l. ſi vmquam, in verbo Eiuſdem donatoris arbitrio, num.* 4. *C. de reuoc. donat. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 49. *num.* 1. *& ſeq.* vbi dicit, hanc limitationem habere locum tam in filijs natis ante donationem, quam in natis poſt illam, & hanc limitationem latè comprobat, & a contrarijs tuetur, vt ibi per eum, & idem tradit *tit.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 20. *in fin.* & voluerunt etiam *Theſaur. quæſt. Forenſ.* 67. *ſub num.* 19. *lib.* 2. *Giurb. deciſ.* 5. *num.* 45. vbi alios dat concordantes, & dixi *Ego latè d. allegat. Forenſ.* 40. *num.* 31. & tradit etiam *Lucid. de illegit. Cleric. & regul. cap.* 19. *num.* 9.

80 Cum onus alendi tranſeat in eum, in quem bona tranſierunt per donationem arg. *l. ſi quis a liberis,* 5. §. *fin. & ibi Bart.* dicens, quod Monaſterium alit filius ingreſſi, *ff. de libe. agnoſ. Tiraq. in d. l. ſi vmquam, in verbo Et eiuſdem donatoris arbitrio, numer.* 4. & poſt eum *Surd. de aliment. d. quæſt.* 49. *in princip. & num.* 5. *& ſeq.* latè comprobans

probans, & idem voluerunt *Bald. Io: Lup. Boer. Rolan.* & alij relati per *Surdus de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 50. dum ſcripſerunt, omnem ſucceſſorem bonorum paternorum teneri ad alimenta filijs ſpurijs præſtanda, quod declarat *Surd. ibi.* eo magis habere locum quò ad filios legittimos, & idem not. *tit.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 20. *& titul.* 8. *priuil.* 51. *num.* 1. *& ſeq. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 313. *num.* 35. *Theſaur. deciſ. pedem.* 211. *num.* 10. *Pacif. de Suluian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 97. *Gratian. deciſ. March.* 129. *numer.* 11. *Gtürb. d. deciſ.* 5. *numer.* 13. *Ciriac. controuerſ.* 480. *numer.* 16. *& Rota in Roman. dotis*, 1. *Iulij* 1641. *coram R. P. D. Carillo*, §. *quæ quidem &c.* vbi dat concordantes, & dixi ſupra *art.* 3. *num.* 45.

81 Quod tamen ampliandum cenſeo, vt habeat locum non ſolum quo ad filios legittimos, & naturales donatoris, ſed etiam quò ad filios ſpurios, & illegittimos illius, quia illis etiam donatarius omnium bonorum tenetur alimenta ſubminiſtrare, non minus ac tenetur hæres patris, vt tradunt *Ripa in l. ſi vmquam*, 8. *num.* 71. *& ſeq. C. de reuoc. donat. Rolan. conſ.* 54. *num.* 67. *volum.* 2. *Cardin. Paleot. de not. & ſpur. cap.* 34. *num.* 10. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 49. *num.* 8. *& tit.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 20. vbi dicit, prædicta non habere locum in donatario particulari, vt ibi per eum, & cum hac ampliatione pertranſeunt *Peregr. de iure fiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *numer.* 66. *& ſeq.* vbi quærit, an id habeat locum abſolutè, vel in ſubſidium tantum, vt ibi per eum, *Theſaur. deciſ.* 211. *num.* 8. *Coſta d. remed. ſubſidiar.* 108. *num.* 10. *& Lucidor. de illegitt. clericor. & regul. cap.* 19. *num.* 9. vbi extendit hoc procedere etiam quo ad filios illegittimos poſt donationem conceptos, vt ibi per eum.

82 Declara tamen quæ dicta ſunt ſupra, *num.* 79. quod onus alendi tranſit in eum, in quem tranſeunt bona per donationem, vt habeat locum in terminis in quibus loquitur, hoc eſt quando bona tranſeunt in aliquem titulo lucratiuo, ſeu quando tranſeunt ad hæredes, ſeu ad alium repręſentantem patrem, auum, matrem, & alios ad alendum obligatos, ſecus tamen eſt quò ad bona, quę tranſeunt ad extraneos ex titulo oneroſo, puta ex venditione, & ſimil. quia tunc cum pater poſſit de ſuis bonis diſponere ad ſui libitum, dum non facit in fraudem legis, in eos, qui ſuccedunt titulo oneroſo non tranſeunt bona cum dict. onere alendi filios cum pro alimentis non detur hipoteca, vt declarant *Cordu. in l. ſi quis a liberis*, §. *idem reſcripſit*, *num.* 81. *ff. de libe. agnoſc. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *par.* 1. *num.* 119. *P. Boſſ. de dote, cap.* 6. *num.* 10. *& num.* 85. *& ſeq. & Lucidor de illegitt. Cleric. & regul. cap.* 19. *num.* 1. *& ferè per tot.* vbi quamplures dat concordantes, & dixi etiam ſupra *art.* 3. *num.* 47.

83 Quicquid contrarium, quod imò onus alendi tranſeat etiam in ſucceſſorem patris omnium bonorum, vel maioris partis ipſorum ex titulo oneroſo tenuerit *Surd. de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 50. *num.* 2. *& ſeq. & titul.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 20. dicens contra poſſidentem omnia bona, vel maiorem partem illorum militare æquitatem, quæ non militat contra ementem aliqua bona, vt ibi per eum.

84 Li-

84 Limita quinto dictam principalem concluſionem, vt non habeat locum in donatario hæreditatis, qui poteſt actione perſonali conueniri a creditoribus hæreditarijs, cum hæreditas ſit nomen iuris, ita vt importet damnum, & lucrum, commodum, & incommodum, debita, & credita, *l. nihil*, 24. *l. hæreditatis appellatione*, 119. *ff. de verbor. ſignif. l. 2. §. ſicuti*, *ff. de hæredit. vel actio. vend. l. 2. C. de pact.* & tradunt *Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 16. & Giurb. obſer. 104. num.* 20. vbi dicit, in illum tranſire onera hæreditaria, ſi ipſe, vel donans non fecerit inuentarium, vt ibi per eum, & dixi ſupra *artic.* 1. *num.* 283. & donatarium inſtitutum hæredem a teſtatore, & grauatum in bonis donatis hæreditatem adeundo teneri voluntatem defuncti adimplere poſt *Fontanell. & Cutell.* per eum adductos ſcripſit *Capic. Latro. d. deciſ.* 44. *num.* 27.

85 Limita ſexto dictam principalem concluſionem, quod donatarius omnium bonorum non tenetur ſoluere debita donatoris actione perſonali, vt non habeat locum quando bona donata ſunt hipotecata pro debitis donatoris, quia tunc donatarius poteſt conueniri, & ad ſoluendum adſtringi per creditores donatoris illius debita actione hipotecaria præuia tamen excuſſione contra donatorem, *ad tex. in d. l. æris alieni*, 15. & ibi not. *gloſ. & Doctores, C. de donat.* & tradunt etiam *Boer. d. deciſ.* 204. *numer.* 41. *& ſeq. Pinel. in l. 2. par. 2. cap.* 1. *numer.* 32. *C. de reſcin. vendit. Abb. in d. conſ.* 102. *num.* 2. *verſ. aut enim erant*, *Dec. in d. conſ.* 237. *ſub num.* 6. *Alex. conſ.* 7. *numer.* 4. *&* 10. *lib.* 6. *Coſta in dict. remed.* 108. *num.* 9. *Peguer. deciſ.* 121. *numer.* 3. & poſt *Intrigl. & Lanar.* per eum relatos firmat *Ciriac. dict. controuerſ.* 14. *num.* 11. *& controuerſ.* 39. *num.* 9. nec non *Giurb. d. deciſ.* 62. *numer.* 33. *verſ. Reſpondeo &c. Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 143. *in fine*, *& Domin. Deluca in Theatr. verit. & iuſtit. tom.* 7. *in tit. de donat. diſcurſ.* 45. *num.* 13. *Rota deciſ.* 101. *num.* 19. *par.* 9. *recentior. tom.* 1.

86 Cum res obligata tranſeat in quemcumque cum ſuo onere hipotecæ, *l. ſi conuenerit*, 18. *§. ſi fundus*, *ff. de pignor. actio. l. ſi debitor*, 12. *C. de diſtract. pignor. l. vnic. C. rem alien. geren.* & ſcripſerunt *Dec. d. conſ.* 237. *poſt num.* 6. *Ciriac. d. controuerſ.* 14. *numer.* 7. *& controuerſ.* 282. *numer.* 18. *Scapuc. de Saluian. lib.* 1. *quæſt.* 19. *numer.* 3. *Paciſ. de Saluian. Inſpect.* 3. *capit.* 4. *numer.* 643. *& Cenc. de Cenſ. quæſt.* 98. *num.* 6.

87 Dixi autem ſupra, *num.* 84. *Præuia excuſſione*, cum illa in actione hipotecaria omnino requiratur, vt eſt *tex. in Auth. hoc ſi debitor*, *& ibi not. Doctor. C. de pignor. & in auth. ſed hodie*, *C. de action. & obligat.* & docent *Rolan. conſ.* 9. *num.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 85. *num.* 12. *& ſeq. lib.* 2. *Surd. conſ.* 4. *numer.* 35. *lib.* 1. *Paciſ. de Saluian. Inſpect.* 2. *cap.* 1. *numer.* 72. *Neguſ. de pignorib. par.* 8. *mem.* 1. *num.* 11. *Natt. conſ.* 521. *in princip. Pir. Maur. de fideiuſſ. par.* 2. *capit.* 3. *num.* 4. *Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 69. *num.* 1. *Caroc. de excuſſ. par.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 4. vbi plures dat concordantes; & *quæſt.* 27. *in princip.* vbi dicit, illam requiri etiam in hipoteca tacita, vt ibi per eum, & *Gait. de credit. capit.* 4. *quæſt.* 7. *numer.* 705.

88 De-

88 Declara dictam ſextam limitationem, quod donatarius valet adſtringi ad ſoluendum debita donatoris actione hipotecaria præuia tamen excuſſione donatoris, vt habeat locum dum per creditores habentes hipotecata bona donata intentatur dicta actio hipotecaria, ſecus tamen eſt, ſi per eos agatur remedio vtilis Saluiani Interdicti, quia tunc excuſſio non eſt neceſſaria, vt relictis antiquioribus tradunt *Rolan. conſ. 9. num. 39. & conſ. 14. num. 11. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit communem, & veriorem eſſe, *vol. 1. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. num. 179. & ſeq. Surd. deciſ. 32. num. 14.* vbi de communi teſtatur, & *deciſ. 44. num. 13. Ludou. deciſ. Peruſ. 45. numer. 13.* vbi dicit, hoc veriſſimum eſſe, idem *Surd. d. conſ. 4. numer. 36. volum. 1.* vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, *& conſ. 513. numer. 19. vol. 4.* vbi pariter hanc dicit communem opinionem, quam pariter communem, veriorem, & in praxi ſeruatam opinionem dicit *Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 38. numer. 1. part. 1. Ant. Monach. deciſ. Bononien. 27. num. 6.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *Paul. March. de Saluia. par. 2. capit. 5. num. 2. & ſeq.* quamplures adducens concordantes, *Scapuc. pariter de Saluian. lib. 2. quæſt. 19. num. 4. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem hodie eſſe canonizatam tam in foro, quam in ſcolis, & ab illa in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, cum quibus pertranſeunt idem *Gratian. deciſ. March. 15. num. 8.* vbi hanc dicit veriorem, & magis communem opinionem, & *deciſ. 25. num. 6. Hondod. conſ. 17. num. 14. vol. 2. Paciſ. de Saluian. Inſpect. 2. cap. 2. num. 40. & ſeq.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & dicit communem eſſe, & veriorem vti Doctorum authoritatibus tam numero, quam grauitate maioribus, & fortioribus rationibus fulcitam, quam etiam in vſu Forenſi receptiorem eſſe, & magis communem, & ab ea in praxi non eſſe recedendum teſtatur *Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 7. num. 781. & ſeq.* licet contrariam putet de iure veriorem, quam opinionem receptiorem eſſe dicit *Ciriac. controuerſ. 490 num. 20. Paitell. expedit. ciuil. 81. num. 29.* quam opinionem ſequuntur etiam *Cenc. de Cenſ. quæſt. 98 num. 39. verſ. contrarium &c.* vbi pariter teſtatur de magis communi opinione, & declarat in quibus terminis procedat *deciſ. Rotæ 544. numer. 5. poſt eius tract. de Cenſib.* quæ contrarium prima fronte aſſerere videbatur *Felician. de cenſib. lib. 3. cap. 4. numer. 16. Thomat. deciſ. March. 96. num. 19. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & ità ſeruari in practica, & *deciſ. 113. num. 9. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 30. num. 39. & lib. 4. quæſt. 21. num. 32. & lib. 5. quæſt. 69. num. 49. & Caren. reſolut. 159. numer. 3.* dicens ab hac opinione in practica non eſſe recedendum *Pract. Rodolph. par. 2. cap. 6. num. 108.* cum quibus pertranſiui *Ego allegat. Forenſ. 48. num. 5.* vbi hanc opinionem eſſe veriorem, magis communem, & communiſſimam, & ab eo in practica non eſſe recedendum aſſerui.

89 Et licet de hac opinione aliquando dubitauerit *Rota vt in deciſ. 34. num. 11. par. 2. diuerſ.* ſępiſſimè tamen poſtea fuit illam ſequta, vt *deciſ. 10. num. 5. & deciſ. 58. num. 2. apud Paciſ.*

Paciſ. de Saluian. & *apud Duran. deciſ.* 40. *num.* 48. & *ſeq.* & *deciſ.* 760. *numer.* 2. *par.* 2. *recent.* & non diſſentit eadem *Rota deciſ.* 444. *num.* 7. *par.* 1. *recent.* & *deciſ.* 398. *numer.* 10. *apud Cenc. de Cenſ.*

90 Licet contrarium tenuerint *Natt. conſ.* 521. *in princ. lib.* 3. *Bellon. Sen. conſ.* 34. *in fin. Franc. Becc. conſ.* 89. *numer.* 16. *Theſaur. deciſ.* 52. *num.* 5. & *deciſ.* 175. *num.* 5. vbi dicit, ita in Senatu Pedemontano fuiſſe iudicatum, quam opinionem tueri videtur *Gratian. d. deciſ. March.* 25. *num.* 3 & *ſeq.* licet dicat, contrarium eſſe tenendum, & contrarium fuiſſe deciſum, & cum dicta opinione pertranſire videtur *Caroc. de excuſſ. par.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 13. & *ſeq.* nec non *Ant. Fabr. de erro. purg. decad.* 57. *erro.* 5. vbi hanc dicit receptiorem opinionem, & illam veriorem, & æquiorem dicit *Aulus Cecin. apud Scapuc. de Saluian. lib.* 2. *quæſt.* 19. latè comprobans, & ſcripſit etiam *Andreol. controuer.* 383. *numer.* 12. *Fachin. controuerſ. iur. lib.* 8. *cap.* 93. & alij relati per *Gait. in dict. quæſit.* 7. *num.* 776. & *ſeq.* & *numer.* 783. & *ſeq.* contra quos adeſt magis recepta Doctorum opinio, vt dicit *Gait. vbi ſupra* vbi repræhendit *Ant. Fabr.* qui contrariam opinionem dixerat receptiorem, vt ibi per eum.

91 Exceptio enim excuſſionis eſt altioris indaginis, cum ſit de apicibus iuris, vt tradunt *Neguſ. de pignor. in* 1. *membr.* 8. *par. num.* 23. *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 180. *Honded. conſ.* 17. *num.* 14. *vol.* 2. *Oſaſch. deciſ. pedem.* 2. *numer.* 17. vbi teſtatur de communi opinione *Scapuc. de Saluian. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 4. *Paciſ. de Saluian. inſpect.* 2. *cap.* 2. *num.* 41. & voluit etiam *Gratian. in d. cap.* 38. *in princ.* nec non *Paitell. expedit. ciuil.* 21. *num.* 15. & *expedit.* 37. *num.* 11. & 12. & ita ſentit etiam *Gait. in dict. quæſit.* 11. *num.* 782. & quod dicta exceptio excuſſionis ſit de apicibus iuris quamplures ita ſentientes refert *Cardinal. Mantic. de tacit.* & *ambiguit. conuent. lib.* 16. *tit.* 16. *num.* 3. licet ipſe multifariam diſtinguat, vt ibi per eum.

Teſtator poteſt diſponere de bonis hæredis, ſicut de bonis proprijs, art. 3. num. 5.
Teſtator poteſt bona hæredis ſupponere fideicommiſſo, & illa legare, art. 3. n. 12.
Teſtatoris præceptum de ſoluendo vſuras, donec legatum præſtetur non valet, art. 3. num. 169.

V

Via executiua competens contra defunctum datur etiam contra hæredem, art. 1. num. 220.
Cum hæres ſuccedat defuncto cum ſua cauſa, ibi. num. 221.
Probato tamen quod ſit hæres, ſi hoc opponatur, ibi. num. 222.
Non datur tamen contra hæredem beneficiatum, ibi. num. 223.
Licet illam dari ad effectum exequendi contra bona hæreditaria tantum voluerint aliqui, ibi. num. 224.
Via executiua non datur elapſis triginta annis, art. 1. num. 225.
Ratio affertur, ibi. num. 226.
Etiam ſtante mala fide, ibi. num. 227.

Fal-

Fallit ſtante pacto de obſeruando perpetuo, ibi. num. 228.
Contrarium tenet Ciriac. relatus, ibid. numer. 229.
Via executiua non datur contra hæredem beneficiatum, niſi quando conſtat, illum non feciſſe inuentarium, & quando ipſe citatus ad illud exhibendum, & reddendam rationem id facere non curat, art. 3. num. 48.
Et eſt contumax in non reddendo rationes ibi. num. 49.
Via executiua procedi non poteſt contra hæredem beneficiatum quando exhibet inuentarium, & reddit rationem, etiam ſi prætendatur, illas non fuiſſe benè redditas, art. 3. num. 68.
Vidua an teneatur compenſare cum veſtibus lugubribus legatum mobilium ei factũ per virum remiſsiuè, art. 3. nu. 188.
Voluntas Teſtatoris eſt omninò ſeruanda, art. 1. num. 198.
Siuè illa ſit expreſſa, ſiuè tacita elicita ex coniecturis, ibi. num. 199.
Voluntas tacita ex actu deſumpta non extenditur vltra, quam ex d. actu de neceſſitate inferatur, art. 2. num. 28.
Vſufructuarius bonorum mobilium, & immobilium dicitur legatarius, artic. 1. num. 134.
Vſufructuarius tenetur recognoſcere omnia onera, quæ debentur a re, vel occaſione rei, art. 1. num. 138.
Declara, vt ibi. num. 140.
Vſufructuarius tenetur ſoluere debita defuncti ſi conueniatur actione reali, art. 1. num. 186.
Licet quod poſsit nominare hæredem in iudicio teneant aliqui, ibi. nu. 187.
Contrarium tamen, quod vſufructuarius non teneatur in d. caſu, ſed hæres tenent plures Doctores, ibi. nu. 188.
Vſufructuarius tenetur ſoluere debita quando ei eſt relictus vſusfructus ſuæ hæreditatis, art. 1. num. 193.
Contrarium vti verius tenent aliqui Doctores, ibi. num. 194.
Et idem eſt quando relictus eſt vſusfructus vnius quota hæreditatis, ibid. num. 195.
Contrarium vti verius tenent alij Doctores, ibi. num. 196.
Vſufructuarius tenetur ſoluere debita Teſtatoris, ſi Teſtator id mandauit, art. 1. num. 197. & 199.
Contrarium tenent plures Doctores, ibid. num. 200.
Vſufructuarius tenetur ſoluere debita annua, non autem hæres, art. 1. num. 201.
Dumodo debita annua non abſorbeant totum vſumfructum, ibi. num. 205.
Et idem eſt in collectis, tributis, & ſimil. ibi. num. 202.
Niſi onus collectarum ſuperaret quantitatem fructuum, ibi. num. 203.
Licet contrarium teneant aliqui, ibid. numer. 204.
Vſufructuarius tenetur ſoluere legata annua, art. 1. num. 206.
Ratio affertur, ibi. num. 207.
Niſi tamen vſusfructus redderetur inutilis, ibi. num. 208.
Et niſi ex coniecturis appareret, illa eſſe ſoluenda per hæredem, ibi. num. 209.
Et idem eſt quando legata ſunt annua, quia tenetur hæres, ibi. num. 210.

FINIS.

ANTONII CONCIOLI
I. C. CANTIANENSIS,
Et Protonotarij Apoſtolici,
CONSILIA CRIMINALIA
AD DEFENSAM.

ARGVMENTVM.

NOVA cauſa quando excuſet a fractura cautionis de non offendendo, an de fractura d. cautionis debeat plenè conſtare, vel ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones, & an requiratur quod offenſio ex noua cauſa proueniens ſit punibilis, vel ſufficiat, quod tantum ſit prouocatiua ad iram, & an dicatur rupta per offenſionem leuem, vel requiratur grauis, & quid ſtantibus verbis cautionis *Quocumquè modo*, & quando præſumatur noua cauſa, & illa probetur ex coniecturis, & plures coniecturæ recenſentur, cauſa iniuſta, & erronea an excuſet a fractura cautionis de non offendendo, & quid in dubio in hoc ſit pronunciandum, Mulier an ſit teſtis idonea in criminalibus, & an famulus ad fauorem domini, & an inimicus, inimicitia ex quo præſumatur, famæ inditium quid operetur, & quando illa dicatur probata, & per quot teſtes, reconciliatio de recenti an tollat inditium inimicitiæ, Teſtis ſibi contrarius quando probet, reliqua habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Reus eſt abſoluendus quando de delicto non conſtat per teſtes, vel confeſſionem ipſius rei.*

2 *Accuſatore, vel fiſco non probante reus abſoluitur.*

Cum tunc reus dicatur docuiſſe præſumptiuè de illius innocentia, num. 3.

4 *Noua cauſa excuſat a fractura cautionis de non offendendo, & num. 57.*

Ratio affertur, num. 5. & 58.

6 *Famulus non probat pro domino.*

Etiam quod dominus non faciat partem in iudicio, num. 8.

Et eo magis ſi famulus ſit etiam inimicus partis, num. 8.

Vel ſi habeat intereſſe in cauſa, num. 9.

7 *Teſtes familiares, & domeſtici inducentis non ſunt idonei.*

10 *Teſtis plures patiens exceptiones non probat etiam ſi quælibet exceptio, per ſe non ſit ſufficiens ad illum repellendum.*

Ratio affertur, num. 11.

12 *Teſti deponenti ad defenſam magis creditur, quam deponenti pro fiſco.*

13 *Cauſa defenſionis eſt fauorabilior cauſa offenſionis.*

14 *Reo ſufficit obſcurare probationes fiſci, & num. 55.*

15 *Inimicitia præſumitur ex contentionibus & inſultu cum armis.*

16 *Inimicitia vt probetur ſufficit adeſſe cauſam odij, & num. 39.*

Etiam ſi inimicus fingat ſe amicum, num. 17. & 42.

18 *Reconciliatio de præſenti non tollit effectum inimicitiæ.*

Licet contrarium teneat P. Graſſett. relatus, num. 19.

20 *Cautio de non offendendo vt dicatur rupta debet de fractura plenè conſtare.*

21 *Cautio de non onffendendo vt dicatur rupta offenſio debet eſſe punibilis, licet ſecus ſit ad effectum excuſandi ab illius fractura.*

Declara, vt num. 22.

23 *Cautio de non offendendo non dicitur rupta per verba, quæ poſſunt importare iniuriam, & non importare.*

24 *Cautio de non offendendo non cenſetur rupta per offenſionem leuem ceſſante dolo.*

Etiam ſtantibus verbis Quoquo modo *num. 26.*

Licet aliqui contrarium teneant, num. 27.

25 *Cauſa quælibet excuſat à dolo etiam leuis*

28 *Pax facilius rumpitur, quam cautio de non offendendo.*

29 *Interrogatio nihil ponit in eſſe, ſed ſolum animum alterius explorat.*

Cautio de non offendendo, vt dicatur rupta, requiritur actus conſumatus, num. 29.

30 *Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum.*

Maximè ſi patitur alius defectus, numer. 31.

Non obſtante Conſtitutione Marchiæ, quæ declaratur, num. 32.

33 *Teſtis ſibi contrarius, & falſus non probat.*

Eſt tamen attendendum primum dictum, num. 34.

Fallit quando primum dictum eſt nullum, num. 35.

36 *Minor 20. anno non eſt teſtis idoneus in criminalibus.*

Maximè ſi patiatur alius defectus, numer. 37.

38 *Teſtis iniuriatus, & minatus præſumitur inimicus.*

41 *Teſtis inimicus nullam facit probationē.*

Itaut neque faciat inditium ad inquirendum, num. 42.

43 *Teſtis deponens de iuditio ſuo non probat.*

44 *Teſtis domeſticus inimici mei non eſt teſtis idoneus contra me.*

45 *Inueriſimilitudo diminuit de fide teſtis.*

46 *Teſtis deponens de actu nocturno debet reddere rationem viſus.*

47 *Teſtes defenſiui magis probant, quàm offenſiui.*

Etiam ſi teſtes offenſiui eſſent numero plures, num. 48.

49 *Famæ inditium fallax eſt.*

50 *Fama non probatur per teſtes inimicos, & maleuolos.*

51 *Teſtes deponentes de fama eſſe debent omni exceptione maiores.*

52 *Fama eſt probanda per decem teſtes, quando illi deponunt ſine requiſitis famæ.*

53 *Fama nihil operatur quando ortum habuit a parte.*

54 *Coniecturæ, & præſumptiones non ſufficiunt, vt ſit locus exactioni pœnæ ob factam cautionem de non offendendo.*

56 *Cautionem de non offendendo in dubio non eſſe ruptam eſt pronunciandum.*

59 *Cautio de non offendendo vt dicatur rupta requiritur actus punibilis.*

Quo verò ad ſe excuſandum a fractura ſufficit factum prouocatiuum ad iram. num. 60.

61 *Offenſio præſumitur orta ex noua cauſa conſtito de dicto, vel facto, ex quo offendens moueri potuerit ad offendendum.*

62 *Offenſio quod ſequta ſit ex noua cauſa probatur ex coniecturis.*

Coniecturæ plures recenſentur, num. 63. 64. 65. 66. & 67.

68 *Peritorum dicto maximè ſtandum eſt fauore defenſionis.*

69 *Cauſa iniuſta excuſat a fractura cautionis de non offendendo.*

Et cauſa etiam erronea, num. 72.

Contrarium tenent alij Doctores, qui declarantur, num. 74.

70 *Cautio de non offendendo vt dicatur rupta requiritur dolus.*

71 *Cauſa quælibet excuſat a dolo.*

73 *Cauſa in dubio non præſumitur affectata, nec procurata.*

75 *Opinio magis communis eſt tenenda in iudicando.*

Et opinio æquior, num. 76.

77 *Cautio de non offendendo debet iudicari non fuiſſe rupta, quando fractura aliquam recipit dubitationem.*

78 *Comparatio ſpontanea magnum eſt innocentiæ ſignum.*

CONSILIVM PRIMVM.

Excellentiſſime Domine: Illuſtriſs. D. N. de Ciuitate N. inquiſitus de fractura fideiuſſionis ſcutorum quatuor millium per eum præſtitæ de non offendendo Illuſtriſſimos DD. N. & N. reperitur in ſtatu abſolutionis ex duobus, & primò quia fiſcus non probauit legittimè aliquam offenſionem ſequtam fuiſſe pro parte dict. D. Inquiſiti contra DD. N. & N. vndè intrat
1 concluſio, quod quando de delicto non conſtat per teſtes, neque per confeſſionem partis, reus eſt abſoluendus, vt tradunt *Anton. Gomez. variar. reſolut. tom. 3. cap. 12. ſub num. 3. Farinacc. de reo confeſ. & conuinct. quæſt. 81. in princip. Ciriac. controuerſ. 106. num. 1. & Vermigl. conſ. 386. in princip.*

2 Aperta enim adeſt in iure concluſio, quod fiſco, vel accuſatore non probante reus eſt abſoluēdus, *ad tex. in l. qui accuſare, 4. C. de edendo.* cuius

diſpoſitionem etiam in criminalibus locum habere teſtantur *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 62. in princip. Surd. conſ. 328. ſub numer. 1. vol. 3. Ant. Gomez variar. reſol. tom. 3. cap. 3. numer. 47. Guazzi. defen. 29. cap. 1. numer. 6.* & dixi *Ego latè in reſolut. criminal. in verbo Accuſatio, Reſolut. 5. in princip. & allegat. Forenſ. 84. in princip. allegat. 85. num. 1.* & alibi paſſim.

Cum non ſufficiat aliquem imputari de crimine, ſed neceſſarium ſit, illud legittimè probare, *Parıſ. conſ. 163. num. 5. lib. 4. Lauren. deciſ. Auenionen. 60. num. 1. Decian. conſ. 84. numer. 2. vol. 2. Guazzi. d. defen. 29. capit. 1. num. 6.* & dixi *Ego d. allegat. Forenſ. 84. ſub num. 1.*

3 Itaut accuſatore non probante dicatur reus docuiſſe præſumptiuè de illius innocentia, vt docent *Ceph. conſ. 86 num. 32. volum. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1231. num. 29. vol. 3. Barboſ. axiom. 6. num. 1. in fin. Farinac. in fragm. criminal. littera A. num. 27.* & dixi pariter *Ego dict. allegat. Forenſ. 85. num. 2. allegat. 90. num. 5. & allegat. 93. num. 2.*

Secundo quia admiſſio etiam, citra veri præiudicium, conſtare de
4 aliqua offenſione, illum tamen excuſare nouam cauſam a fractura dict. fideiuſſionis de non offendendo, de qua infra dicetur, in confeſſo eſt apud omnes, vt latè comprobat *Eugen. conſil. 90. num. 88. & ſeq. lib. 1. Farinac. de variat. ac diuer. crimin. quæſt. 107. num. 403.* vbi dicit, hanc concluſionem nullum ferè habere contradictorem, *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 27. tit. 6. num. 18. & ſeq. Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 121. & ſeq. Caball. reſol. criminal. caſu 101. num. 63. cent. 2.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, *Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt. 15. num. 61.* & dixi *Ego in Reſol. crimin. in verb. Cautio. de non offenden. Reſol. 1. in princ.*

5 Cum d. promiſſio contineat in ſe tacitam conditionem, niſi aliqua cauſa de nouo emerſerit, vt not. *Cardin. Mantic. in d. tit. 6. num. 18. Guazzin. de promiſſ. de non offenden. par. 2. §. 3. quæſt. 38. num. 2. Farinac. conſ. 62. in princip. lib. 1. Vermigliol. conſ. 308. numer. 16.* & alij Doctores ſupra adducti, & dixi *Ego dict. reſolut. 1. poſt princip.*

Quod verò non conſtet de aliqua offenſione ex parte D. N. Inquiſiti, per quam dici poſſit, fideiuſſionem per eum præſtitam fuiſſe factam demonſtratur euidenter, Quia fiſcus fundat intentionem ſuam ſuper dicta fractura in duobus, & primo ſuper verbis iniurioſis prolatis, vt prætenditur per dict. D. N. Inquiſitum contra D. N. *Io ti bò in C.* Secundo in exploſione terzanelli contra eundem de quibus habetur in conteſtatione litis contra eum facta, quorum neutrum fuit legittimè probatum pro parte fiſci contra d. Inquiſitum.

Non quidem primum de verbis iniurioſis; quia de illis non deponunt niſi duo teſtes, nempe N. famulus dict. N. & N. de Ciuitate N. qui certè nullum conſtituunt probationis
6 gradum, non primus, quia vt dixi eſt famulus dict. N. & ideo non probat ad fauorem Domini. *Gabr. commun. concluſ. de teſtib. concluſ. 10. num. 4. Farinac. de teſtib. quæſt. 55. num. 135. Sperell. deciſ. 75. num. 8. par. 1.* plenè *Rot. in Iullen. matrim. 15. Ianuar. 1653. coram*

coram R. P. D. Albergato, in terminis *Eugen. conſ.* 90. *num.* 107. *lib.* 1. & fa-
7 cit generalis concluſio, quod teſtes familiares, & domeſtici producentis non admittuntur ad teſtificandum in criminalibus, in quibus perfectiores requiruntur probationes, vt tradunt *Barboſ. Crot. Adden. ad Bertaz. Farinac. & Caren.* quos ego retuli, & ſequtus ſum in *Reſolut. Criminal. in verbo Teſtes quo ad perſonas, Reſolut.* 24. *numer.* 1. & dixi etiam *allegat. Forenſ.* 85. *numer.* 19.

8 Quod ſi habet locum etiam quando Dominus non facit partem in iudicio, ſed proceditur tantum inſtante fiſco, vt dicit *Farinacc. de teſt. dict. quæſt.* 54. *in fin.* dicens, hanc eſſe meram veritatem, & dixi etiam *Ego in dict. Reſolut.* 24. *numer.* 2. Eo minus aliquam probationem facere poterit pro domino partem faciente in iudicio, vt in caſu de quo agitur, iuribus vulgaribus.

Addo prædictis, quod dictus famulus eſt etiam inimicus D. N. Inquiſiti, quia cum voluerit contra illum progredi cum enſe denudato animo oſtendendi D. N., ipſe minatus fuit illum offendere cum terzanello dicendo *Vieni innanzi, che ce n'è vna per te ancora*, vt ipſe met famulus fatetur in eius depoſitione, *Alba. conſ.* 62. *num.* 12. *Rolan. conſ.* 63. *num.* 32. *lib.* 2. *Decian. tractat. criminal. lib.* 3. *capit.* 25. *numer.* 77. *Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 49. *numer.* 47. *Eugen. conſ.* 90. *num.* 102. *lib.* 1. *Vermigliol. conſ.* 15. *num.* 9.

Quæ eo magis locum habere debent, cum d. Teſtis ex exoneratione prætenſa terzanelli de facili vti domino vicinus lædi potuiſſet, quo caſu ratione intereſſe omninò a teſti-
9 ficando reijcitur, vt in fortioribus terminis ſcribit *Riminal. Iun. conſ.* 124 *num.* 23. *lib.* 5. quem ſequitur *Vermigliol. conſ.* 42. *num.* 5.

10 Itaut cum dict. Teſtis plures patiatur exceptiones, vt ſupra, omninò repellatur a teſtificando, etiam ſi quilibet defectus per ſe non eſſet ſufficiens ad illum repellendum, vt not. *Farinacc. de teſt. quæſt.* 57. *num.* 46. *& quæſt.* 62. *num.* 80. dicens, hoc habere locum etiam in caſibus difficilis probationis, vt ibi per eum, & *numer.* 381. vbi teſtatur de communi opinione, cum quo pertranſeunt *Ciriac. controuerſ.* 89. *num.* 20. *Andreol. controuerſ.* 172. *numer.* 9. *Vermigliol. conſ.* 433. *numer.* 2. *Giouagnol. conſ.* 44. *num.* 19. *lib.* 1. & dixi *Ego in Reſolut. Criminal. in verbo Teſtes quò ad perſonas, reſol.* 25. *num.* 1.

11 Quod enim vna ſuſpicio non operatur plures ſimul iuratæ benè operantur *l. inſtrumenta*, 5. *l. rationes*, 6. *l. non epiſtolis*, 13. *C. de probat. capit. illo vos*, 4. *de pignor.* & tradunt *Farinacc.* & alij Doctores ſupra proximè adducti, & dixi *Ego latè in d. Reſolut.* 25. *per tot.* vbi probaui, ſufficere duos defectus, & not. etiam *Menoch. de arbitr. caſu* 99. *num.* 7.

Neque pariter fiſcus aliquod poteſt facere fundamentum ſuper depoſitione D. N. de Eugubio aſſerentis D. N. Inquiſitum dixiſſe D. N. *& io ti bò in culo*, & ſic illum iniuria verbali affeciſſe, quia pro parte N. Inquiſiti fuit probatum contrarium, nempè illum dixiſſe, *Et a me in C.* ? vt deponit N. de Ciuitate N. habitator
12 N. ſuper ſecundo articulo, & in-

terrogatorio. Cui vti deponenti, ad defenſam, & pro exculpatione rei magis creditur, quam D. N. examinato pro informatione Curiæ, *Boſſ. in pract. in tit. de defen. reor. num. 7. Farinacc. conſ. 192. num. 34. Vermigl. conſ. 25. num. 14. & conſ. 131. num. 13.*

13 Cum fauorabilior ſit cauſa defenſionis, quam cauſa fiſci, *l. fauorabiliores, 168. ff. de reg. iur. Boſſ. in pract. de fauo. defen. num. 2.* latè *Guazzin. defen. 29. cap. 1. in princ.* & tradit etiam Farinac. *de indit. & tortur. quæſt. 43. num. 14.*

14 Maximè cum ſufficiat reo obſeruare probationem fiſci ad obtinendam abſolutionem, *Farinac, de reo conſeſſ. & conuinct. quæſt. 85. num. 8. & conſ. 20. num. 10. lib. 1.* in puncto *Eugen. d. conſ. 90. in fin. volum. 1. Surd. conſ. 173. num. 59. vol. 2.* & non diſſentit *Guazz. d. defen. 29. capitul. 1. ſub num. 1.*

Quod quidem redditur certum in caſu de quo agitur, cum inter dictum Teſtē, & D. N. Inquiſitū adſit aliqua cauſa odij, & inimicitiæ nō ſolum ex pluribus contentionibus inter eos ſequtis, ſed etiam ex inſultu cum ar-
15 mis euaginatis, vt ipſe met teſtis deponit, ex quibus dicitur inter eos adeſſe inimicitia, ad tradita per *Farinacc. conſ. 34. num. 9. & conſ. 55. numer. 43. vol. 1. & per Giurb. conſ. 17. num. 5. & conſ. 84. numer. 2. & 3. & per Ant. de Ball. in ſuis tract. variar. lib. 1. in tit. de indic. quæſt. 21. num. 5.* & ante eos *Maſcar. de probat. concluſ. 898. num. 24. vol. 2.* Maximè cum dict. teſtis iniuriam receptam ad animum reuocauerit, vt ipſe met deponit, *§. fin. & ibi gloſ. Inſtit. de iniur. Vermigliol. conſ. 159. num. 11.*

16 Ad probandam enim inimicitiam ſufficit adeſſe cauſam odij, licet illud non oſtendatur, vt docent *Farinac. de teſt. quæſt. 53. num. 21. & ſeq. Honded. conſ. 100. num. 27. lib. 1. Vulpell. conſ. crimin. 14. num. 10. & conſ. 33. num. 4. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 12. Ant. de Ball. in d. lib. 1. in tit. de indic. quæſt. 21. num. 8.* vbi plures dat concordantes, & de inimico præſumpto quod non probet in terminis noſtris tradit *Eugen. dict. conſ. 90. num. 102. lib. 1.*

17 Etiam ſi inimicus diſſimulet, & faciat ſe amicum, vt in caſu noſtro non, nulla ſit maior peſtis, quam inimicus domeſticus, *gloſ. in l. 1. in princ. ff. ad Sillan.* qui dicuntur proditores, vt poſt *Luc. de penna. Igne. Odofr.* & alios per eum relatos not. *Decian. tractat. criminal. lib. 3. cap. 25. num. 23.* & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Teſtes quo ad perſo. reſol. 1. num. 5.* vbi alios adduxi ita ſentientes.

Nequè ex conuerſatione cum D. N. Inquiſito habita in decumbulando ſecum poteſt dici inter eos ſequtam eſſe reconciliationem, quia
18 contrarium deponit ipſe met Teſtis in fine, Secundo quia in omnem caſum reconciliatio vti de recenti non tolleret effectum inimicitiæ præcedentis, quia talis reconciliatus adhuc odium per aliquod tempus retinere præſumitur, vt latè tradit *Decian. tract. crimin. lib. 3. cap. 25. numer. 21.* alios adducens concordantes, *Farinacc. de teſt. quæſt. 53. num. 59. & conſ. 39. num. 5. & conſ. 40. num. 63. lib. 1. Guazzi. defen. 28. cap. 1. num. 17. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. numer. 8. Vermigl. conſ. 33. num. 16. & conſ. 363. num. 5. Ant. de Ball. tract.*

variar.

var. lib. 1. in tit. de indit. quæſt. 21. num. 10. & probaui *Ego in d. verb. Teſtes quò ad perſo. reſol. 1. num. 13.*

19 Licet hoc non placuere *P. Graſſet. de nece. prodit. §. 13. num. 13.*

Et ſic patet manifeſtè, non conſtare de dict. verbis iniurioſis per D. N.

20 Inquiſitum prolatis, cum ad dictum effectum, vt ſit locus exactioni pœnę ob fracturam cautionis de non offendendo debeat de fractione plenè conſtare, itaut non ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ, vt tradunt *Simon. de Præt. conſ. 188. num. 8. Vermigl. conſ. 248. in fin.* alios adducens ſectatores *Guazzi. de promiſſ. de non offend. par. 2. §. 3. quæſt. 2. numer. 10. & Ciriac. controuerſ. 227. num. 10. Farinacc. de variar. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 107. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 34. Maſsin. de confiſc. bonor. quæſt. 15. num. 45.* & dixi etiam *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Cautio de non offend. reſolut. 3. in princip.*

Neque fiſcus aliquod poteſt facere fundamentum ſuper verbis prolatis per D. N. inquiſitum in d. D. N. *E me hai in C.* ex pluribus, & primo,

21 quia vt ſit locus fracturæ cautionis de non offendendo, offenſio debet eſſe talis, quæ non ſolum prouocare poſſit offenſum ad iram, ſed etiam quæ ſit de iure punibilis, quicquid ſit quò ad effectum excuſandi a fractura cautionis de non offendendo, vt tradunt *Ceph. conſ. 549. num. 107. lib. 4. Adden. ad Bertaz. conſ. crimin. 248. littera B. verſ. ſecundo caſu, & verſ. ſeq.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Farinac. de variar. ac diuer. crimin. quæſt. 107. num. 144. & ſeq. Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 7. num. 6.* vbi dicit, illam in propoſito dici veram offenſionem, pro qua competit actio iniuriarum nomine proprio, *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuen. lib. 27. tit. 6. num. 30.* & in puncto de verbis pro fractura cautionis de non offendendo quid illa debeant eſſe grauia, & quæ honori labem inferant, itaut de iure pœnam mereantur tradunt *Vulpell. de promiſ. de non offen. quæſt. 91. num. 4. verſ. itaquè in tanta &c. Farinac. de variar. ac diuer. crimin. d. quæſt. 107. num. 187. & Guazzi. de pace, par. 1. quæſt. 48. num. 2.*

Qualia certè dici non poſſunt verba, de quibus agitur, *E me hai in C.* è cum illa explicantur, *E me ſtrapazzi, Non ſtimi, mi diſprezzi*, & ſimilia, quæ non video ſi in aliquem proferantur, quod poſſint dici iniurioſa, & talia quæ ſint de iure punibilia, prout requiritur ad effectum fracturæ

22 cautionis de non offendendo, cum nec aliquid turpè per dicta verba, nec aliquod delictum improperetur, nec alienius dignitas lædatur ad notata per *Fab. à Monteleo. in ſua pract. par. 4. num. 9. & 57. per Vital. de maleſ. in tit. de iniur. num. 9.* & latè per *Farinac. de variar. ac diuerſ. crimin. quæſt. 105. num. 25. & ſeq.*

23 Maximè cum verba vt dicantur iniuriam inferre illam importare debeant per neceſſe, quia ſi illam importare, & non importare poſſint, in dubio intelligenda veniant, quod illam non importent, præcipuè ſi ſint prolata in publico, vt in caſu noſtro, vt latè comprobat *Cranett. conſ. 9. numer. 20. & ſeq.* & poſt eum *Farinac. de variar. ac diuer. crim. dict. quæſt. 105. num. 118. & ſeq.* Cum verba equiuoca ſemper veniant intelligenda pro

exclu-

excluſione delicti, *Farinac. de conſult. & mandat. quæſt. 134. num. 15. Caball. de omn. gen. homic. nu. 140. Vermigliol. conſ. 62. num. 7. & conſ. 127. num. 9.* Et ad fauorem rei, *Honded. conſ. 87. num. 167. vol. 2. & Vermigl. conſ. 16. numer. 29.* qui alios dant concordantes.

Imò ſuppoſito etiam citra veri præiudicium, quod dicta verba aliquam importare poſſent iniuriam, quod tamen neſcio quo modo per iura ſu-
24 pra adducta, & infra adducenda, illa tamen eſſet ita leuis, ita vt ceſſante dolo per eum nullo modo cautio de non offendendo fracta dici poſſit, vt conciliando Doctorum opiniones inter ſe contrarias tradunt *Farinacc. de variar. ac diuer. crimin. quæſt. 107. num. 219.* vbi hanc dicit eſſe veritatem, & *Guazz. de pace, par. 1. quæſt. 47. numer. 5. & in tractat. de caution. de non offendend. par. 2. §. 3. quæſt. 41. numer. 9.* Qui tamen ſi benè aduertantur loquentur in fortioribus terminis, videlicet in offenſione leui facta pugnio, alapa, vrtata, & ſimil. vt ibi per eos, quæ quantum diſtent à caſu, de quo agitur patet omnibus euidenter.

25 De dolo autem in hoc caſu non ſolum non conſtat, imò expreſsè illud excluditur ex noua cauſa, de qua infra dicetur ſuo loco, cùm ab illo quælibet cauſa excuſet etiam leuis, leuiſſima, & iniuſta, vt tradunt *Soccin. iun. conſ. 103. numer. 8. & ſeq. lib. 2. Guazzin. de pace, part. 1. quæſt. 44. num. 4. & de promiſſ. de non offendend. par. 2. §. 3. quæſt. 37. numer. 16.* plenè *Eugen. conſ. 86. num. 41. & ſeq. lib. 1. Farinacc. de pœn. temp. quæſt. 89. numer. 1. & ſeq. Vermigl. conſ. 407. num. 8. & Caball. de omn. gener. homicid. numer. 318.*

26 Quæ quidem habent locum etiam ſtantibus verbis generalibus *Quouis modo*, & ſimil. in ſtipulatione cautionis appoſitis, quæ non debent alterare naturam promiſſionis, ſed illorum generalitas reſtringi debet ad habilitatem ſecundum ſubiectam materiam, & ſic ad offenſam grauem, cum nullum adſit verbum ita generale, quod non debeat ciuiliter intelligi, vt latè comprobat *Bertaz. conſ. 4. numer. 8. & ſeq. & conſ. 147. num. 18. & ſeq.* vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, & reſpondet omnibus in contrarium facientibus, dicens, contraria non habere locum in pœnalibus, vt in caſu noſtro, cum qua pertranſit etiam *Maſcard. de probat. concluſ. 1136. num. 17. & ſeq.* & latiùs *concl. 1162. numer. 89. & ſeq. vol. 3.* nec non *Guazzi. de pace, par. 1. quæſt. 47. num. 2. & de promiſſ. de non offendend. part. 2. §. 3. quæſt. 42. numer. 14.*

27 Quicquid aliqui contrarium teneant apud *Guazz. vbi ſupra*, & apud *Farinac. d. quæſt. 107. num. 218.*

Quæ eo magis locum habere debent in caſu de quo agitur, cum Doctores contrarium tenentes, vt plurimum loquantur in pace, quæ faciliùs rumpetur, quam cautio de non offendendo, vt dicit *Hercul. de caut. de non offendendo, cap. 26. num. 14.* & eo non citato *Guazzi. de promiſſ. de non offendend. par. 2. §. 3. quæſt. 4. num. 5.* & cum dicta opinio ſit mitior, & ideo ſequenda in iudicando, quando opiniones ſunt dubiæ, vt not. *Grama. conſ. 5. numer. 8.* in terminis *Eugen. dict. conſ. 90. ante fin. lib. 1. & Caluin.*

de

28 *de æquitat. lib. 2. capit. 102. nume. 14.*

Poſtremo, & hoc omnem videtur auferre amaritudinem, quia dicta verba per D. N. Inquiſitum prolata, *E à me hai in C.?* non fuerunt prolata poſitiuè, ſed interrogatiuè, vt ex illius Conſtitutis eſt videre, & probaui ſupra in verſ. *neque pariter &c.* Interrogans autem nihil firmat, nec aliquid ponit in eſſe, ſed ſolum animum interrogati explorat, *l. 1. & ibi Bart. num. 6. ff. de inter. actio. Abb. in cap. fin. ſub num. 15. de confeſſ. Feliu. in cap. quoniam contra, 11. num. 6. de probat.* vbi teſtatur de veriori opinione, benè *Coſta in ſua pract. conuent. par. 1. num. 214.* Ad hoc autem, vt pena
29 committatur requiritur actus perfectus, & conſumatus, *cap. perpetuo, 7. de elect. in 6. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 27. tit. 6. num. 14. & 31.* videndus, non autem ſufficit per interrogationem, vt in terminis de inclinante haſtam, & dicente *Vuoi tù nulla?* conſuluit *Barba. conſ. 11. col. pen. lib. 4.* quem referendo ſequitur *Laderch. conſ. 200. numer. 1. in fin.*

Secundo principaliter non conſtat de exploſione archibuſiatæ per dict. D. N. Inquiſitum, de quo videntur deponere de vſu N. famulus dict. D. N. & quatuor alij Teſtes, ex infraſcriptis, & primò nullam prorſus fidem facit dict. D. N. qui facit ſe offenſum ex rationibus adductis ſupra in princip. quas non repeto breuitatis gratia, nequè D. N. de Ciuitate N. licet ipſe non deponat de viſu exploſionis, ſed tantum de exiſtentia piſtolæ in manibus dicti Inquiſiti pariter illius inimici per iura ſupra adducta.

30 Nequè aliquam probationem facit D. N. de N. vti mulier, quæ de Iure Canonico non admittitur in teſtem, *gloſ. in cap. quoniam, 3. in verbo mulieres, & ibi Abb. num. 2. Felin. num. 1. Bald. num. 4. Imol. numer. 2. Butr. num. 6. & Brich. num. 4. de teſt.* latè *Farinacc. de teſtib. quæſt. 59. num. 1.* & in his terminis *Eugen. d. conſ. 90. num. 53. & 108. lib. 1.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verb. Teſtes quò ad perſo. Reſolut. 15. in princip.*

31 Maximè cum illa ſit viliſſimæ conditionis vti nata ex Meretrice, & Birruario, & modo vxor Birruarij, ac etiam meretrix, vt probant duo teſtes defenſiui *ſuper 9. art.* itaut cum patiatur tot defectus eo magis intret diſpoſitio iuris canonici, vt nullam omninò faciat probationem, vt not. *Farinacc. conſ. 156. numer. 52. in fin. & conſ. 166. num. 19. lib. 2. & poſt Crauett. Pariſ. Rolan. Menoch. Vulpell. Aldon. Surd. Honded. Gratian. Cancer. Guazzi. Ciriac. & Andreol.* per me relatos probaui generaliter *Ego allegat. Forenſ. 84. num. 21. & in Reſolut. Criminal. d. Reſol. 15. num. 2.*

32 Non obſtante Conſtitutione Marchiæ, quæ in Statu Eccleſiaſtico *lib. 4. cap. 13.* admittit mulieres ad teſtificandum in cauſis criminalibus, dumodo non patiantur alium defectum, vt aduertunt *Vulpell. conſ. 74. num. 11. Farinac. de teſtib. quæſt. 59. num. 16. & d. conſ. 166. num. 19. in fin. lib. 2. & dixi Ego in d. Reſolut. 15. numer. 8.*

In nihilo autem venit attendenda depoſitio N. de Brixia quia in primo eius examine deponit benè vidiſſe

diſſe D. N. Inquiſitum explodentem archibuſiatam contra D. N., in ſuis verò repetitionibus dicit totum contrarium, nempè id non vidiſſe, quia dict. Inquiſitus ei terga vertebat, ſed tantum id dici audiuiſſe, & ideo vti

33 ſibi contrarius, & falſus nullum gradum probationis conſtituit, *cap. licet cauſam, 9. & ibi gloſ. in verb. contradicunt, & ibi Aret. numer. 15. Dec. num. 58. Bero. num. 37. & alij Canon. de probat. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 53. num. 11. & ſeq.* plenè *Farinacc. de teſtib. quæſt. 66. num. 13. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 58. & Vermigl. conſ. 119. num. 5. & 20.*

34 Quibus non obſtat, quod veniat attendendum primum illius dictum, vt tradit *Vermigliol. conſ. 95. num. 2.*

35 Quia id non procedit, quando primum dictum eſt nullum vti factum pro informatione Curiæ, ſine citatione partis, vt in caſu, de quo agitur, vt declarant *Farinacc. de teſtib. quæſt. 66. num. 155. & Vermigl. conſ. 95. num. 8.*

36 Quæ ſunt certiſſima in caſu noſtro, cum dict. teſtis ſit etiam minor viginti annis, & tantum ſit annorum quindecim, vt ipſemet aſſeruit in eius depoſitione, & ſic non ſit idoneus teſtis, tex. ad litteram in *l. in teſtimonium, 20. ff. de teſtib.* & tradunt *Rolan. conſ. 24. num. 66. lib. 1. Ant. Gomez variar. reſolut. tom. 3. cap. 12. numer. 12.* vbi teſtatur de communi opinione plenè *Farinacc. de teſt. quæſt. 58. num. 10. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 48. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 3. num. 3.* & dixi etiam *Ego in Reſolut. criminal. in verb. Minor, reſol. 2. num. 3.*

37 Itaut cum plures dict. teſtis patiatur exceptiones in dicto ſcilicet, & in perſona omnino a teſtificando repellatur, vt ex *Farinac. Guazzin. Ciriac. Andreol. Vermigliol. & Giouagnol.* probaui ſupra in princip. *verſ. Et ideo,* volentibus ſufficere duos defectus, vt ibi per eos, & explicitè tradit *Menoch. de arbitr. Iud. caſu 99. numer. 7.*

38 Duo autem alij teſtes videlicet N. & N. de dict. exploſione deponentes vti grauiter iniuriati, & minati etiam de occidendo per dict. D. N. Inquiſitum, occaſione de qua in proceſſu, vt apertè deponunt duo teſtes defenſiui ſuper 10. articul. præſumuntur inimici capitales ipſius Inquiſiti, vt docent *Anton. Gomez. variar. reſol. tom. 3. cap. 12. ſub num. 14. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 42. num. 17. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 24. num. 31. Decian. tract. criminal. lib. 3. cap. 25. numer. 52.* latè *Farinac. de indic. & tortur. quæſt. 49. num. 38. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & *numer. 47.* & in terminis verborum prolatorum contra dictos teſtes *Giurb. conſ. 17. num. 5.*

39 Ad probandam enim inimicitiam ſufficit adeſſe cauſam odij, licet illud non oſtendatur, vt ex *Farinac. Honded. Vulpell. & Caren.* probaui ſupra in verſ. *ad probandam &c.* cum quibus pertranſit *Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 1. in tit. de indit. quæſt. 21. num. 7.* Etiam ſi inimicus diſſimulet, & faciat

40 ſe amicum, vt pariter probaui ibi, quæ hic breuitatis ſtudio non refero, & dixi etiam in *Reſol. crimin. in ver. Teſtes quo ad perſon. reſolut. 1. numer. 4.*

41 Teſtes autem inimicos nullam facere probationem contra inimicum

in

in confeſſo eſt apud omnes; *l. 3. & ibi gloſ. Odofr. Bald. Salic. Fulgoſ. Iac. de S. Georg. & alij Doctores communiter, ff. de teſtib.* & latè comprobat *Farinac. de teſt. quæſt. 53. in princip. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. numer. 3. Vermigl. conſ. 159. num. 8. & conſ. 290. num. 5. Maſsin. de confiſc. bonor. quæſt. 10. num. 57.* & dixi *Ego* latè *in Reſol. criminal. in verbo Teſtes quo ad perſo. reſol. 1. num. 1. & ſeq.* Itaut nequè fa-
42 ciant inditium ad inquirendum, *Vermigliol. conſ. 171. num. 17. Maſsin. d. quæſt. 10. num. 57.* & probaui *Ego d. reſol. 1. num. 3.* Et de inimico præſumpto quod repellatur a teſtificando tradunt *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 26. num. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 899. num. 3. lib. 2. Decian. tractat. criminal. lib. 3. cap. 25. num. 12. Farinac. de teſt. dict. quæſt. 53. numer. 24. Honded. conſ. 100. num 28. lib. 1.* & dixi *Ego d. reſolut. 1. num. 4.* vbi plures retuli ita ſentientes.

Vltimus vero Teſtis non deponit de exorneratione terzanelli abſolu-
43 te, ſed ſolum quo ſuo iudicio illud exonerauit D. N. Inquiſitus, Teſtis autem de ſuo iudicio deponens nullam facit probationem, cum Teſtis non debeat iudicare, ſed ſimpliciter factum narrare, vt poſt *Aret. Iaſ. Maran. Crot. Boſſ. Villalol. Corra. Viui. Nouel. Mant. Maſtard. Oſaſch. Gram. Ferret. Brun. Turret. Rimin. Bertaz.* & alios per eum relatos tradit *Farinac. de teſt. quæſt. 68. num. 32 & 33.* vbi teſtatur de communi opinione, *Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 4. Capic. Lat. deciſ. 179. num. 57. par. 2.* alios adduxi *Ego in Reſol. criminal. in verbo Teſtes quo ad dicta reſolut. 13. numer. 10.*

Quod eo magis eſt dicendum, cum dict. Teſti ſit affinis, & domeſticus illorum de N. & N. qui ſunt inimici aperti D. N. Inquiſiti, vt pro-
44 bant teſtes defenſiui ſuper 10. *art.* & ſic non dicitur idoneus teſtis *ad tex. in l. athletæ, 8. §. dat remiſsionem, & ibi hoc not. Bald. & alij Doctores communiter, ff. de excuſat. tutor. Rolan. conſ. 24. num. 37. & ſeq. lib. 1.* plenè *Farinacc. de teſt. quæſt. 53. num. 33. & ſeq.* & declaraui *Ego in d. Reſol. crimin. in verbo Teſtes quò ad perſo. dict. Reſolut. 1. num. 7.*

Et non deponat in veriſimilia, nempè D. N. Inquiſitum proceſſiſſe a loco rixæ cum enſe denudato, & duobus terzanellis in manibus, quod
45 non ſolum eſt inueriſimile, ſed ferè impoſſibile, Inueriſimilitudo autem non ſolum diminuit fidem Teſtis, vt non probet *Gram. conſ. crim. 62. num. 1. & ſeq. Caball. reſolut. criminal caſu 231. num. 21. & ſeq. Vermigl. conſ. 74. num. 4. & conſ. 114. numer. 7.* Sed etiam auget ſuſpicionem falſitatis, *Surd. conſ. 61. num. 38. vol. 1. Farinac. de falſit. quæſt. 153. numer. 176. Vermigliol. conſ. 353. num. 10. Rota deciſ. 137. num. 3. par. 2. diuerſ.*

46 Addo prædictis, quod teſtes, de quibus ſupra, eo minus probant, quia licet ipſi deponant de actu, qui euenit circa mediam horam noctis, & reddant rationem, quod aduch aer non erat obſcuratus, & ſic videantur probare dictum actum adnotata per *Farinacc. de teſt. quæſt. 62. numer. 33. & per Rip. de noct. tempor. cap. 57. num. 1. 2. & ſeq.*

Ipſi tamen conuincuntur per alios quatuor teſtes defeſiuos probantes, tempore aſſertæ rixæ aerem eſſe

ob-

obſcurum, maximè in dicta via, quæ dicitur de N. quę ob altitudinem Palatiorum, arctitudinem ipſius viæ, & tabulata apotecarum in ea exiſtentia eſt alijs vijs Ciuitatis obſcurior, & quod ab apoteca N. & N. in dicto tempore erat impoſſibile ob diſtantiam cognoſcere exiſtentem ante apotecam N. N. maximè ſi terga

47 vertantur, Teſtibus autem defenſiuis magis eſt ſtandum, quam offenſiuis, *Rolan. conſ.* 57. *num.* 48. *& ſeq. lib.* 4. *Farinacc. de teſtib. quæſt.* 66. *numer.* 152. *& ſeq. & conſ.* 192. *numer.* 34. *lib.* 2. *Vermigl. conſ.* 25. *num.* 14. *& conſ.* 131. *num.* 13. & dixi latius ſupra numer. 12. cum quibus pertranſit *Gionagnol. conſ.* 43. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 1.

48 Quæ quidem habent locum etiam ſi teſtes fiſcales eſſent plures, & teſtes defenſiui pauciores, ſi magnus non ſit exceſſus, vt declarant *Boſſ. in pract. in tit. de defen. reo. num.* 8. *in fin. Gabr. commun. concluſ. de teſt. concl.* 4. *num.* 47. *&* 57. *Farinac. dict. quæſt.* 66. *num.* 157. alios adducens ita ſentientes, & *Gionagnol. vbi ſupra.*

49 Neque vis aliqua fieri poteſt ſuper fama, quia omiſſo, quod indicium famæ fallax eſt, cum nunquam præcipuè reperiatur legittimè probata, & ideo non inueniatur deterior teſtis, vt dicit *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 64. *& ſeq.* & ante eum *Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 47. *num.* 7. *& ſeq. & num.* 164. Quod eo magis procedit in caſu, de quo agitur, in quo illa non probatur, niſi per quatuor, vel quinque teſtes,

50 cum alij de illa deponentes ſint inimici dicti D. N. Inquiſiti, de quibus ſupra, fama autem non probatur per teſtes inimicos, & maleuolos, tex. eſt in *cap. qualiter, & quando,* 24. *de accuſat.* & declarant *Farinac. de indit. & tortur. quæſt.* 47. *numer.* 156. vbi quamplures more ſuo dat concordantes, *Eugen. conſ.* 27. *num.* 44. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, *Ciriac. controuer.* 102. *num.* 10. *& controuer.* 146. *num.* 56. *Vermigl. conſ.* 78. *num.* 9. *& conſ.* 159. *num.* 56. & dixi *Ego in Reſol. crimin. in verb. fama, reſol.* 10. *in princip.* vbi alios retulli ita ſentientes.

51 Imo teſtes deponentes de fama eſſe debere omni exceptione maiores voluerunt *Rolan. Maſcard. Simon. de Præt. Farinac. Scacc. Ciriac. Caren. & P. Delrius* per me relati in *Reſolut. criminal. in d. verb. fama, Reſolut.* 3. *numer.* 4. *& allegat. Forenſ.* 92. *num.* 36. *& allegat.* 94. *num.* 39.

52 Et ad probandam famam requiruntur decem teſtes quando deponunt ſine requiſitis neceſſarijs vt in caſu de quo agitur, itaut non ſufficiant tantum quinque, vt docent *Farinac. de indit. & tortur. dict. quæſt.* 47. *num.* 267. vbi teſtatur de communi opinione *Honded. conſ.* 87. *num.* 16. *& ſeq. lib.* 2. *Cirlac. controuerſ.* 102. *in princip. P. Delri. diſquiſ. magic. lib.* 5. *ſect.* 3. *§. famam,* & alij plures per me relati *in Reſolut. criminal. in dict. verb. famam, Reſol.* 7. *num.* 1. *& ſeq.* vbi dixi, ſufficere poſſe etiam ſeptem, vt ibi eſt videre.

53 Poſtremo nullum poteſt fieri fundamentum ſuper fama, quia illa ortum habuit ab ipſo D. N. qui facit ſe offenſum, vt deponunt duo teſtes fiſcales, dum ipſe dixit *Siatemi teſtimonij, che N. mi ha tirato vn' archibugiata. Farinac. de indit. & tortur. dict.*

quæſt.

quæſt. 47. *num.* 44. *Vermigl. conſ.* 13. *num.* 13. *& conſ.* 299. *num.* 20. *& conſ.* 381. *num.* 14. *& conſ.* 408. *num.* 15.

Ex quibus apparet ſatis manifeſtè de nulla offenſione conſtare, ex qua D. N. Inquiſitus cautionem de non offendendo per eum pręſtitam fregiſſe verè dici poſſe, quod quidem veriſſimum cenſeo ex ſupra adductis ra-
54 tionibus, & authoritatibus, ſed etiam quia ad huc vt ſit locus exactioni pœnæ ob fracturam cautionis de non offendendo non ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, ſed fiſcus id debet plenè, & concludenter probare, vt probaui ſupra in verſ. *Et ſic patet &c. ex Simon. de Prat. conſ.* 188. *& ex Vermigliol. conſ.* 348. *in fin.* cum quibus pertranſeunt *Natta conſ.* 174. *num.* 24. *par.* 1. *Pır. Maur. de fideiuſſ. par.* 1. *ſect.* 2. *cap. num.* 31. *& Ciriac. controuerſ.* 227. *num.* 10.

55 Et ſi quid fuiſſet probatum, quod certè non credo per iura ſupra adducta, ſufficit reo per eius probationes illud obſcurare ad effectum obtinendi abſolutionem, vt tradunt *Farinacc. de reo confeſſ. & conuinct. quæſt.* 85. *num.* 8. *& conſ.* 20. *numer.* 10. *lib.* 1. & in terminis noſtris *Eugen. d. conſ.* 90. *num.* 18. *& ſeq. lib.* 1. Maximè ſtante ſpontanea rei comparitione, de qua dicimus infra, quam in propoſito ponderat *Eugen. d. conſ.* 90. *num.* 118. *& ſeq.*

56 Itaut in dubio iudicandum ſit, fideiuſſionem non eſſe ruptam, & exactioni pœnæ conuentionali non eſſe locum, vt tradunt *Gabr. Farin. Giurb. & Guazzi.* in locis relatis in fine in verſ. *Maximè quia &c.*

Secundo principaliter dict. D. N. Inquiſitus venit abſoluendus, quia ſuppoſito citra veri præiudicium, quod ex proceſſu conſtaret de aliqua offenſione verbali, vel reali ex parte dict. D. N. Inquiſiti, prout verè non
57 conſtat per iura, & authoritates ſupra adductas, id tamen conſtaret eueniſſe ex noua cauſa, & ſic non eſſe locum fracturæ cautionis de non offendendo, quæ non rumpitur ſtante noua cauſa, vt probaui ſupra in princip. *ex Eugen. in conſ* 90. *ex Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 27. *tit.* 6. *ex Farin. de var. ac diuer. crim. quæſt.* 107. *num.* 403. *ex Pir. Maur. de fideiuſſ. d. ſect.* 2. *cap.* 4. *& ex Caball. caſu* 101. qui teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, Quibus nunc addo idem ſentientes *Thob. Non. conſ.* 96. *per tot. Vulpell. de pace, & promiſſ. de non offen. quæſt.* 45. *per tot. Adden. ad Farinacc. conſ* 30. *littera A. lib.* 1. *Guazzi. de caut. de non offen. par.* 2. *§.* 3. *quæſt.* 38. *in princ. & quæſt.* 40. *num.* 2. *Maſsin. de confiſc. bonor. quæſt.* 15. *num.* 61. *& dixi Ego in Reſol. crim. in verb. Caut. de offen. Reſ.* 1. *in princ.*

58 Cum dicta promiſſio habeat in ſe tacitam conditionem, Niſi aliqua cauſa de nouo emerſerit, vt dixi ſupra in principio, & tradunt Doctores ſupra proximè adducti, præcipuè *Farinacc. conſ.* 62 *in princ. lib.* 1. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. d. tit.* 6. *num.* 18 *& Guazzi. de promiſſ. de non offen. par* 2. *§.* 3. *quæſt.* 38. *num.* 2.

De noua vero cauſa apparet in proceſſu manifeſte, nempe ex ſalutatione verbali facta per D. N. D. N. videlicet *Seruitore Signore N.* a quo ſalutatus tantum fuerat aperto capite dum erat in ſocietate cum dict. D. N. Inquiſito, & ſic excluſiuè quò ad dict. D. N. Inquiſitum, ex qua ſalu-

tatione excluſiuè ei facta D. N. Inquiſitus dici potuit vilipenſus, & ſic offenſus, licet eſſet inimicus dict. D. N. ſalutantis vt probant in proceſſu defenſiuo quampluribus rationibus, & authoritatibus adductis octo *Illuſtriſsimi Equites Sancti Stephani, tres Marchiones, & alij DD. Senatores, & viri nobiliſsimi* in eorum plenis atteſtationibus in iudicio productis pro parte dict. D. N. Inquiſiti, & ſic dicitur conſtare de noua cauſa, quæ licet dici non poſſit ſufficiens ad inducendam fracturam cautionis de non offendendo quo ad D. N. ita ſalutan-
59 tem priuatiuè, cum ad dictum effectum requiratur factum non ſimpliciter prouocatiuum ad iram, ſed etiam quod illud ſit illicitum, & punibile,
60 quò tamen ad effectum excuſandi à fractura pacis, vel cautionis de non offendendo propter præcedentem offenſionem, & ſic ex noua cauſa; ſufficit offenſio largo modo accepta, orta ex facto ſolum ad iracundiam prouocante, quamuis non ſit illicitum, & punibile, vt tradunt *Hercul. de caut. de non offendend. capitul.* 24. *numer.* 9. *Thob. Non. conſ.* 111. *num.* 9. 10. *&* 28. *Adden. ad Bertaz. conſ.* 176. *littera B.* quos referendo ſequitur *Farinacc. de variar. ac diuerſ. crimin. quæſt.* 107. *num.* 146. *Caball. reſolut. crimin. caſu* 101. *numer.* 24. *centur.* 2. cum quibus pertranſeunt *Honded. conſ.* 97. *num.* 33. *lib.* 1. *Pir. Maur. de fideiuſſ. par.* 1. *ſect.* 2. *capitul.* 4. *numer.* 123. *Vermigliol. conſ.* 226. *numer.* 10. & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Cautio de non offendend. reſol.* 2. *num.* 1. *& ſequen.*

61 Conſtito autem de aliquo facto, vel dicto, ex quo offendens moueri potuerit veriſimiliter ad offendendum, offenſio præſumitur ſequta potius ex noua quàm ex antiqua cauſa, vt probant *Adden. ad Roman. conſ.* 83. *in fine*, dicentes ita fuiſſe Romæ ſeruatum, *Vulpell. de pace, quæſt.* 47. *in princip.* vbi teſtatur de communi opinione; *Honded. conſ.* 97. *numer.* 30. *lib.* 1. *& conſ.* 89. *numer.* 75. *lib.* 2. benè *Farinacc. dict. quæſt.* 107. *numer.* 434. latè *Adden. ad Farinacc. conſ.* 30. *littera H. Pir. Maur. de fideiuſſ. par.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4. *num.* 127. *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 27. *tit.* 6. *num.* 22. *Vermigl. conſ.* 95. *num.* 5. alias retuli *Ego in dict. verb. Cautio de non offendend. d. reſol.* 1. *num.* 2.

62 Quod verò D. N. Inquiſitus motus fuerit ex noua cauſa, de qua ſupra vltra ſupradicta probatur etiam ex pluribus coniecturis id ſuadentibus, quæ in hoc dijudicando plurimum attenduntur, vt not. *Ruin. conſ.* 10. *in fine, lib.* 4. *Ceph. conſ.* 587. *num.* 35. *& ſeq. lib.* 5. *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 27. *titul.* 6. *num.* 22. *Farinacc. in d. quæſt.* 107. *numer.* 435. *& ſeq. Guazzi. de promiſſ. de non offend. par.* 2. *§.* 3. *quæſt.* 40. *num.* 4. *& ſeq. & Vermigl. conſ.* 94. *num.* 5.

63 Prima autem coniectura deſumitur ex qualitate perſonæ D. N. Inquiſiti, qui eſt vir nobilis, bonæ qualitatis, & famæ, & honori maximè ſtudens, itaut non ſit præſumendum, quod voluerit cautionem de non offendendo ſine cauſa frangere, vt tradunt *Riminal. Iun. conſ.* 300. *numer.* 50. *lib.* 3. *Vulpell. de pace, quæſt.* 47. *numer.* 4. & non diſſentit *Farinacc. dict. quæſt.* 107. *numer.* 448.

64 Se-

64 Secunda deſumitur coniectura ex eo quod prætenſa offenſio ſequta fuerit diu poſt præſtitam fideiuſſionem de non offendendo, quæ primò præſtita fuit iam ſunt anni quinquè, vel ſex, vt declarant *Honded. conſ. 97. ſub numer.* 34. *lib.* 1. vbi loquitur de offenſione ſequta poſt tres annos, & *Farinacc. dict. quæſt.* 107. *numero* 450.

65 Tertia coniectura elicitur ex eo, quod prætenſa offenſio euenit ſtatim poſt verba ſalutatoria priuatiuè prolata per dict. D. N. cum in hac materia magis ſit attendenda cauſa proxima, & immediata, quam antiqua, vt obſeruant *Vulpell. conſ.* 13. *poſt. num.* 14. *Thob. Non. conſ.* 111. *numer.* 28. *in fin. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt.* 47. *num.* 64. *& Farinacc. d. quæſt.* 107. *num.* 449.

66 Quarta deſumitur coniectura, & quidem iudicio meo vrgentiſſima, ex eo quia ſtatim ante præfatam rixam ſequtam inter D. N. Inquiſitum, & D. N. ipſe D. Inquiſitus famulum eum ſequentem licentiauit & illum domum remiſit, vt deponit N. teſtis fiſci ſuper *tertio interrogatorio*, Quod certè quidem non feciſſet, ſi habuiſſet animum offendendi dict. D. N. maximè cum ſciret, illum incedere, vt plurimum armatum, & a famulis aſſociatum, vt deponunt teſtes defenſiui, vt conſiderant *Adden. ad Bertaz. conſ.* 85. *littera D. & Farinac. de homicid. quæſt.* 126. *numer.* 199. Animus enim cognoſcitur ex qualitate actus præcedentis, *Farinac. conſ.* 30. *numer.* 95. *Vermigliol. conſ.* 31. *numer.* 16. qui dant concordantes.

67 Quinta poſtremò coniectura elicitur ex diſpoſitionibus teſtium ſuper 7. *articul. & interrogatorio* examinatorum, qui clarè deponunt, quod ſi D. N. illo ſero ſub die 29. Maij non ſalutaſſet verbaliter D. N. excluſiue quò ad D. N. Inquiſitum cum eo deambulantem, abſolutè prætenſa rixa inter eos ſequta non fuiſſet, reddentes ſatis bonam rationem, Teſtes verò aſſerentes, offenſionem fuiſſe ſequtam ex noua, vel ex antiqua cauſa maximè veniunt attendendi, etiam ſi deponant de auditu, vt not. *Rimin. Iun. conſ.* 299. *num.* 35. *& ſeq. lib.* 3. *& Farinacc. in dict. quæſt.* 107. *numer.* 438. *&* 439. vbi dicit, id probari etiam ex publica voce, & fama, vt ibi per eum.

Et licet cauſa de qua ſupra, ex qua moueri potuerit dict. D. Inquiſitus ad offendendum D. N ſit iuſta, & prouocatiua ad iuſtam iracundiam vt atteſtantur, & latè iuribus, & rationibus quampluribus comprobant tot *Equites, & Viri nobiliſsimi*, & in
68 his materijs verſatiſſimi, quorum atteſtationibus vti peritis eſt ſtandum maximè ad defenſam, vt voluerunt *Decian. conſ.* 51. *numer.* 100. *& ſequen. lib.* 2. *Alex. Stiat. in practic. iudic. capitul.* 16. *numer.* 77. *& Zuff. de legitt. proc. criminal. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 5. Itaut D. N. Inquiſitus vti motus ex dicta iuſta cauſa veniat omninò excuſandus, & abſoluendus.

69 Abſoluendus etiam venit, & excuſandus etiam ſi cauſa prædicta non eſſet iuſta, cum etiam cauſa leuis, & iniuſta excuſet a fractura fideiuſſionis de non offendendo, vt tradunt *Bartol. Bald. Iaſ. Alexander, Soccin. Iun. Marſil. Berou.*

Iac. Porti. Ceph. Miſign. Hercul. Moron. Vulpell. Eugen. Baiar. Honded. Maluaſ. Simon. de Præt. & alij quos refert *Farinac. de variar. ac diuer. crimin. quæſt.* 107. *num.* 460. cum quibus pertranſeunt etiam *Bertaz. conſ.* 248. *num.* 8. *Thob. Non. d. conſ.* 111. *num.* 8. *& ſeq. Pir. Maur. de fideiuſſ. par.* 1. *ſect.* 2. *capit.* 4. *num.* 123. *Guazzin. de promiſſ. de non offend. par.* 2. §. 3. *quæſt.* 37. *numer.* 16. *& quæſt.* 38. *num.* 9. *&* 10. *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 27. *tit.* 6. *num.* 23. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1136. *num.* 34. *lib.* 3. *& Caball. reſolut. criminal. caſu* 101. *num.* 17. *& ſeq. cent.* 2.

70 Et ratio eſt in promptu quia vt ſit locus fracturæ pacis, vel cautionis de non offendendo requiritur dolus, *Alex. conſ.* 115. *num.* 15. *vol.* 4. *Herculan. de caut. de non offendend. cap.* 34. *num.* 8. *& cap.* 50. *num.* 73. *Bertaz. conſ.* 4. *num.* 7. *&* 13. *lib.* 1. in terminis *Guazzi. de caut. de non offendend. par.* 2. §. 3. *quæſt.* 37. *num.* 7. *& ſeq.* & latè comprobat *Farinacc. de variar. ac diuerſ. crimin. quæſt.* 107. *numero* 220.

71 A dolo autem quælibet cauſa excuſat etiam leuis, & læuiſſima, iuſta, & iniuſta *Bertaz. dict. conſ.* 4. *num.* 7. *Soccin. Iun. conſ.* 103. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 2. *Guazzi. de pace, dict. quæſt.* 44. *num.* 4. *& de caution. de non offendend. d. quæſt.* 37. *numer.* 16. plenè *Eugen. conſ.* 86. *num.* 41. *& ſeq. lib.* 1. nec non *Farinacc. de pœn. temper. quæſt.* 89. *num.* 1. *& ſeq. & Vermigliol. conſ.* 407 *num.* 8. Imo & ſi cauſa ſit erronea,
72 vt quia offendens illam habuerit pro iuſta, vt docent *Hercul. de caution. de non offenden. cap.* 18. *num.* 8. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1136. *numer.* 30. *lib.* 3. *Guazzin. de pace, part.* 2. §. 3. *quæſt.* 38. *numer.* 7. Cum opinio rei etiam falſa attendenda ſit ad excludendum delictum, *Farinacc. conſ.* 60. *num.* 134. *lib.* 1. *Adden. ad Farinacc. conſ.* 45. *in fin. d. lib.* 1. & ante eos *Franc. Becc. conſ.* 60. *num.* 15. *lib.* 1.

Ex quibus apparet, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, & in iudicando ſequendam, dumodo cauſa non ſit affectata, vel procurata, quod certè dici non poteſt in hoc caſu conſideratis rationibus, & coniecturis ſupra adductis, quod tamen eſſet proban-
73 dum per fiſcum, cum in dubio cauſa non præſumatur affectata, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offenden. cap.* 47. *num.* 24. *Farinac. de variar. ac diuerſ. crimin. d. quæſt.* 107. *num.* 474. *& Guazzin. de pace, d. quæſt.* 44. *numer.* 10.

74 Quicquid contrarium tanuerint Doctores, quos adducit, & ſequitur *Farinacc. de var. ac diuerſ. crimin. dict. quæſt.* 107. *num.* 462. *& ſeq.* qui licet negent cauſam iniuſtam idest tenuiſſimam, & inueriſimilem non excuſare a fractura fideiuſſionis de non offendendo, admittunt tamen offendentem ex noua cauſa excuſari quando cauſa eſt veriſimilis, vel probabilis, vel prouocatiua ad iram, & quando non eſt laudabilis, vt in caſu noſtro, vt videre eſt præcipuè ex *conſ. Colleg. Maceraten.* 150. *numer.* 55. *inter conſ. crim. diuerſ. lib.* 1. & ex alijs dictam opinionem tenentibus omninò videndis; cum ſingulorum doctam hic referre nimis oneroſum eſſet, Vltra quod contraria opinio tam attenta ratione, quam numero Doctorum illam tenentium eſt verior,

& ma-

& magis communis, & ideo omninò
75 ſequenda in iudicando, vt latè comprobat *Anton. Maria Corat. in tract. de commu. opin. lib. 2. tit. 8. inſpect. 2. num.* 14. & poſt eum *Ciriac. controuerſ. 399. num.* 2. Et cum dicta opinro ſit
76 etiam æquior, & benignior, & ideo ſtante diuerſitate opinionum ſequenda in iudicando, etiam ſi alia eſſet magis communis, *Thob. Non. conſ. 94. num.* 10. *Honded. conſ. 59. numer. 68. vol. 1. & conſ. 74. in fin. lib. 2.* in his terminis *Eugen. conſ. 90. ante fin. vol. 1. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 102. num. 14.*
77 Maximè quia quando fractura non eſt clara, ſed aliquam recipit dubietatem Iudex ſententiare debet, cautionem de non offendendo non eſſe ruptam, & exactioni pœnæ locum non eſſe, vt dixerunt *Gabr. conſ. 181. num. 76. lib. 1. & conſ. 173. num. 4. & 23. lib. 2. Farinacc. in dict. quæſt.* 107. *num. 398. & conſ. 59. numer. 1. & conſ. 62. num. 3. lib. 1. Giurb. conſ. 35. in fine, Guazzin. de caut. de non offendend. par. 2. §. 3. quæſt. 2. num. 9.* & dixi ſupra num. 56. Et cum dicta cautio a principio ſit fauorabilis, poſtquam vero eſt præſtita ſit odioſa, & ſtrictè veniat intelligenda vt tradunt Doctores ſupra proximè adducti.
78 Et ſtante etiam ſpontanea comparatione dicti D. N. Inquiſiti, quæ magnum præfert innocentiæ ſignum, vt in his terminis tradunt *Thob. Non. conſ. 96. num. 13. & Eugen. d. conſ. 90. in fin. lib. 1.* vbi teſtatur ita in cauſa grauiſſima in Ciuitate Vrbini fuiſſe iudicatum, & dixi generaliter *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Spont. comparitio Reſolut. vni. in princip.* vbi dedi concordantes.

De Reſolutione huius cauſæ fit mentio in fine Conſil. ſequen.

LAVS DEO, ET VIRGINI.



ARGVMENTVM.

Salutatio verbalis facta vni Socio priuatiuè quo ad alium Socium qui ſecum deambulant an dicatur offenſiua alteri Socio, Teſtes, & periti numero plures an præferantur paucioribus maximè fauore defenſionis, ad incurrendam pœnam fractionis cautionis de non offendendo an requiratur factum illicitum, & punibile, vel ſolùm ſufficiat factum prouocatiuum ad iram, offendere an liceat aduerſarium præueniendo quando apparent in eo ſigna futuræ offenſionis, author rixæ an poſſit allegare offendiſſe ad propriam defenſionem, & quis dicatur author rixæ, noua cauſa affectata an excuſet a pœna fractæ cautionis de non offendendo, & an illa præſumatur affectata, vel iuſta, numerus teſtium quando ſuppleat illorum in habilitatem, & quid ſi concurrant etiam adminicula, reliqua habes in Summario, & ſunt reſolutiones dubiorum in cauſa Conſilij præcedentis.

SVMMARIVM.

1 *Salutatio verbalis facta Socio excluſiuè quò ad alium Socium non dicitur offenſiua.*

Contrarium imo illam inferre offenſionem tenent alij Viri clariſsimi, numer. 2.

3 *Teſtes numero plures præferuntur paucioribus.*

4 *Periti in arte plures numero præferuntur paucioribus.*

5 *Teſtes plures numero præferuntur paucioribus, præcipuè quando deponunt ad defenſionem rei.*

6 *Defenſionis cauſa eſt fauorabilior cauſa offenſionis.*

7 *Pœna fractæ cautionis de non offendendo vt incurratur requiritur factum illicitum, & punibile.*

Ad excuſandum verò a fractione pacis ſufficit actus prouocatiuus ad iram, numer. 8.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 9.

10 *Cautionis de non offendendo fractura vt ſit locus debet de fractura plenè conſtare, itaut non ſufficiant coniecturæ, & num. 28.*

11 *Defenſionis ratione poteſt præueniri contra oſtendentem ſigna offenſionis.*

12 *Homicidium dicitur commiſſum ad defenſam adhuc non ſequta percuſſione.*

13 *Rixæ author non poteſt dicere, feciſſe ad defenſionem.*

14 *Ri-*

14 *Rixæ author dicitur qui prior ad iram prouocauit.*

15 *Offenſa verbalis cum alia verbali debet propulſari.*

16 *Noua cauſa excuſat a fractura cautionis de non offendendo quomodocunquè ſequatur offenſio.*

17 *Noua cauſa affectata non excuſat a fractura cautionis de non offendendo.*

18 *Noua cauſa non præſumitur affectata, ſed iuſta.*

19 *Præſumptionem habens pro ſe dicitur habere intentionem fundatam, ita vt dicens contrarium teneatur probare.*

20 *Hercul. & Farinacc. in locis relatis in quibus terminis procedant.*

21 *Actio duplex oritur ex exploſione archibuſiatæ contra promittentem non offendere.*

22 *Cautio de non offendendo rumpitur ſiuè offenſio ſit leuis, ſiuè grauis.*

23 *Numerus ſupplet inhabilitatem teſtium.*

Procedit quando exceptiones diminuunt de fide, ſecus ſi illam repellant in totum, num. 24.

Neque numerus ſupplet quando defectus ſtat in dicto.

Etiam ſi cum depoſitionibus teſtium concurrant adminicula.

27 *Impoſſibilitas facit recedere ab omni interpretatione veriſimile.*

29 *Fractura cautionis de non offendendo quando eſt dubia Iudex debet pronunciare, illam non eſſe fractam.*

CONSILIVM II.

EXcellentiſſime Domine: Dixi alias, & adhuc ſum in eadem Sententia Illuſtriſſimũ D. N. de Ciuitate N. inquiſitum de fractura cautionis de non offendendo Illuſtriſſimos DD. N. & N. eſſe in caſu abſolutionis per iura, & rationes tunc adductas non obſtantibus doctiſſimis motiuis in contra-
1 rium ad me tranſmiſſis, & primò quod ſalutatio verbalis facta per D. N. Domino N. qui erat in ſocietate D. N. Inquiſiti, & a quo tantum ſalutatus fuerat aperto capite tantum, & ſic excluſiuè quo ad D. N. Inquiſitum non debeat æſtimari offenſio, vel tam leuis, vt non veniat attendenda ex *Alberga. de pace compo. lib. 2. cap. 15. & fin. in fin.*

2 Quia totum contrarium, imò dictam ſalutationem facta ſocio dicti Inquiſiti priuatiuè quo ad ipſum importare offenſam, & iniuriam teſtantur, & latè comprobant ſexdecim *Viri Illuſtriſsimi, & clariſsimi Equites, Marchiones, & Senatores primarij* in eorum atteſtationibus in iudicio
3 exhibitis, qui vti numero plures præferri debent authoritati *Albergat. cap. in noſtra, 32.* & ibi not. *gloſ. Butr. Aret. Abb. Felin. Zabarel. Dec. Bero. & alij Canoniſtæ de teſtib.* nec non *Farinacc. de teſtib. quæſt. 65. num.* 107. vbi teſtatur de communi Doctorum opinione, cum quibus pertranſeunt *Rimin. Iun. conſ. 344. num. 45. lib. 3. & Magon. deciſ. Lucen. 8. num. 7. par. 1. Rote apud Gregor. XV. deciſ. 322. num. 6. & deciſ. 449. num. 4.*

4 Et in terminis peritorum, quod plures præferantur paucioribus poſt

Af-

Afflict. Cepoll. Alba. Bero. Rimin. Iun. Maſcar. Tuſc. Ripa. Triuiſ. & alios per eum relatos tradit *Giurb. conſ. 43. numer. 28. verſ. non obſtat &c.* & ſtandum eſſe peritioribus voluit *Pacia. de probat. lib. 1. cap. 47. num. 158. & Ant. de Nigr. de ſubhaſ. capitul. 15. §. 15. numer. 13.*

5 Maximè cum dicti Viri Illuſtriſſimi deponant ad defenſam, & exculpationem rei, quo caſu illi veniunt omninò præferendi, vt docent *Honded conſ. 102. num. 32. & ſeq. vol. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 496. numer. 15. & ſeq. lib. 1. Farinac. conſ. 80. numer. 38. lib. 1. & conſ. 185. num. 20. & conſ. 192. num. 34. lib. 2. & in tractat. de teſtit. quæſt. 65. num. 152. & ſeq. Guazzi. defen. 29. cap. 3. num. 2. & 13 Vermigl. conſ. 25. num. 14. & conſ. 131. numer. 13.* & alij plures per me adducti in *Reſolut. Criminal. in verbo Teſtes quo ad dicta. Reſolut. 18. numer. 1. & allegat. Forenſ. 85. numre. 22.*

6 Non ſolum quia fauorabilior eſt cauſa defenſionis, quam cauſa offenſionis, vt tradunt *Boſſ. in practic. criminal. in titul. de fauor. defen. num. 2. Guazzin. dict. defen. 29. cap. 3. num. 1.* & alij plures per me adducti *Reſolut. criminal. in verbo Defenſio, Reſolut. 2. ſub num. 1.* Sed etiam quia teſtes deponendo pro non delicto dicuntur atteſtari de eo, quod conſentaneum eſt naturæ, quæ præſumit hominem bonum, & non delinquere *ad tex. in l. merito, 51. ff. pro Soci.* & not. in his terminis *Menoch. de arbitrar. caſu. 526. num. 35. & Guazzin. dict. defen. 29. cap. 3. num. 13. & Ego dixi in Reſolut. criminal. in verbo Delictum, Reſol. 1. num. 1. & ſeq.*

Neque eſt verum, quod iniuria, & offenſa illata debeat eſſe punibilis, vt excuſet a fractura cautionis de non offendendo, qualis dici non poteſt offenſio facta dict. D. N. Inquiſito per D. N. ex ſalutatione verbali facta D. N. comiti dict. Inquiſiti priuatiuè quò ad ipſum D. Inquiſitum,

7 Quia licet ad incurrendam pœnam fractæ cautionis requiratur factum non ſimpliciter prouocatiuum ad iram, ſed etiam illicitum, & punibile, vt dicit *Guazzi. de pace quæſt. 55. num. 1.* ad effectum tamen excuſandi a fractura cautionis de non offenden-
8 do propter præcedentem offenſionem, & ſic ex noua cauſa, ſufficit offenſionem oriri ex facto ſolum ad iracundiam prouocante, licet illud pœnam non mereatur, vt tradunt *Hercul. de caut. de non offendend. cap. 24. num. 9. Thob. Non. conſ. 111. num. 9. 10. & 28. Farinacc. de variar. ac diuer. crimin. quæſt. 107. num. 146.* qui alios dat concordantes, cum quibus pertranſeunt *Honded. conſ. 97. num. 33. lib. 1. Ptr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. numer. 123. Vermigl. conſ. 226. num. 10.* & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Cautio de non offend. Reſol. 2. num. 1.* itaut hæc dicit poſſit communis opinio.

9 Quicquid contrarium ſenſerint *Moron. de pace, & treg. quæſt. 123. numer. 3. & ſeq. & Colleg. Macerat. conſ. 150. num. 46. & ſeq. inter conſ. crimin. diuerſ. lib. 1.*

Et ideo verba D. N. Inquiſiti proſecuta *E me hai in C.?* ſuppoſito etiam quod ſint prouocatiua ad iram D. N. non ſunt tamen ſufficientia ad fracturam cautionis de non offendendo, cum requiratur, quod illa ſint non

ſolum

ſolum prouocatiua ad iram, ſed etiam quod pœnam mereantur, vt declarant *Hercul. Thob. Non. Farinac. Honded. Pir. Maur. & Vermigl.* in locis ſupra proximè adductis.

Sicuti neque obſtat prætenſio exploſitionis piſtolæ ex pluribus, & primo quia de illa non conſtat legittimè in proceſſu ob plures, & releuantes exceptiones, quas teſtes de illa deponentes patiuntur, vt ego latè comprobaui in alia allegatione, quas hic
10 breuitatis gratia non repeto, ad hoc enim vt ſit locus exactioni pœnæ ob fracturam cautionis, debet de fractura conſtare plenè, & concludenter, itaut non ſufficiant ad illam probandam coniecturæ, & præſumptiones, vt tradunt *Farinacc. de variar. ac diuer. crimin. d. quæſt.* 107. *num.* 107. *Vermigliol. conſ.* 348. *in fin. Guazz. de caut. de non offend. par.* 2. §. 3. *quæſt.* 2. *numer.* 10. *& Ciriac. controuerſ.* 227. *num.* 10.

Secundo quia quatenus etiam de illa conſtaret excuſat D. N. Inquiſitum non ſolum noua cauſa ex dicta ſalutatione priuatiuè facta vt ſupra, vt ego probaui ſatis plenè in allegatione præcedenti, ſed etiam illum excuſant verba iniurioſa prolata in eum per dict. D. N. *Dichi à me b. f.* nec non verba in eius famulum prolata *Tira mano tu*, & vlterius appoſitio manus ipſius D. N. ad arma, vt
11 patet ex proceſſu, ex quibus præparamentis ad offendendum licuit impunè dict. D. N. Inquiſito pro defenſione propriæ perſonæ archibuſiatam contra eum explodere, *Iaſ. in l. vt vim, num.* 9. *& ibi Mari. Salam. num.* 2. *&* 3. *ff. de iuſtit. & iur.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, *Clar. in pract. crimin.* §. *homicidium, num.* 29. *verſ. ſed quomodo probatur &c. Andr. Gail. de pace publ. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 21. *verſ. prædicta procedunt &c,* plenè *Farinacc. de homic. quæſt.* 125. *num.* 63. *& ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione vti communiter recepta non eſſe recedendum, dumodo appareant in ſe præparante ſigna manifeſta offenſionis, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *P. Leſſi. de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 8. *num.* 45. nec non *P. Diana in Summa in verbo Occidere incurſorem, num.* 12. *&* 13. & dixi *Ego Reſolut. criminal. verb. Defenſio* 10. *numer.* 1. *& ſequen.*

Vbi enim inſultatio periculoſa eſt ibi præuenire iuſtæ defenſionis eſt, vt dicit *Mari. Salam. in d. l. vt vim. numer.* 2. *& ſeq. ff. de iuſtit. & iur.* Cum
12 homicidium dicatur factum ad defenſionem etiam ſi quis adhuc non fuerit percuſſus, cum quis non teneatur expectare primum ictum, vt declarant *Iaſ. Mari. Salam. Seyſell. Mantu. Bologn. in d. l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur.* & dixi *Ego in d. Reſol.* 10. *num.* 6. vbi concordantes.

13 Quibus non nocet, quod dict. D. N. Inquiſitus dicatur author rixè, & ideo non poſſit allegare offendiſſe D. N. ad propriam defenſionem, vt tradunt *Iodoc. Boſſi. Vulpell. Baiard. Farinac. Andreol. Gail. Guazzin. & Caball.* per me relati in *Reſol. Crimin. in verb. Rixa, reſol.* 2. *num.* 1.

14 Quia reſpondeo, quod imò D. N. fuit author rixæ, qui ſalutando N. ſocium D. N. Inquiſiti priuatiuè ipſum Inquiſitum ad iram prouocauit, vt declarant *Farinac. conſ.* 35. *num.* 14. *&* 24. *& conſ.* 67. *num.* 4. *in fin. lib.* 1. *& in tract. de homicid. queſt.* 125. *numer.*

mer. 506. *Giurb. conſ.* 63. *num.* 6. & alij per me relati in *Reſolut. criminal. in d. verb. Rixa, Reſolut.* 1. *num.* 3.

15 Prout neque pariter obſtat, quod D. N. Inquiſitus exceſſit modum in ſe defendendo, quia ei debebat ſuffi-cere offenſam receptam per D. N. verbis repellere, non autem contra eum piſtolam exonerare ex *Vermigl. conſ.* 67. *num.* 6. Quia piſtolæ exone-ratio omninò negatur, & illa ex pro-ceſſu non probatur, vt plenè proba-ui in prima allegatione, Secundo quia motiuum fortaſſe poſſet intrare quando ſtatim negata ſalutatione per D. Inquiſitum fuiſſet exonerata piſtola, ſed dicta exoneratione ad-miſſa citra veri præiudicium, illa prætenditur facta per fiſcum poſt quam D. N. iniuriauit D. N. Inqui-ſitum ex verb., de quibus ſupra nu-mer. 11. & poſtquam dixit famulo, *Metti mano tù*, & poſtquam ipſe oſtendit velle arma euaginare, & proferre, quo caſu ei licuiſſe piſto-lam exonerare ad propriam defen-ſionem probaui ſupra ex *Iaſ. Mari. Salam. Seiſell. Mant. Bolegn.* & alijs Doctoribus proxime allegatis.

Poſtremo quia quicquid ſit de prę-dictis, quæ reſpiciunt qualitatem of-fenſæ, & prætenſi delicti exploſionis archibuſiatæ, & illius exceſſum, quo tamen ad pœnam incurrendam pro

16 fractura cautionis de non offenden-do non veniunt attendenda, quia quomodocumque D. N. Inquiſitus offendiſſet D. N. vel grauius, vel le-uius quo ad fracturam inquam illum ſemper excuſat noua cauſa orta ex offenſione eidem facta ex ſalutatione priuatiuè, de qua ſupra, vt tradunt *Eugen. d. conſ.* 90. *lib.* 1. *per tot. Fari-nacc. dict. quæſt.* 107. *num.* 403. *Caball. reſolut. crimin. caſu* 101. qui teſtatur de veriori, & magis communi Docto-rum opinione, & *Guazzin. de caution. de non offendend. par.* 2. §. 3. *quæſt.* 38. *in princip. & quæſt.* 40. *num.* 2. & alij per me adducti *Reſolut. criminal. in verbo cautio de non offendend. Reſol.* 1. *in princip.*

Quæ quidem cauſa non requiritur quod ſit de iure punibilis, ſed ſufficit, quod ſit tantum prouocatiua ad iram, vt ex *Hercul. Thob. Non. Farinac. Honded. Pir. Maur. & Vermigliol.* pro-baui ſupra *num.* 8.

17 Quod vero cauſa de qua agitur ſit affectata, & ideo non excuſet D. N. Inquiſitum ex *Hercul. de caut. de non of-fen. cap.* 13. *num.* 9. *& cap.* 47. *numer.* 26. *& ex Farinacc. dict. quæſt.* 107. *num.* 473. *& ſeq.* nihil nocet ex duo-bus, & primò quia ad excuſandum a fractura pacis, vel cautionis de non offendendo eſt ſufficiens ſimplex cauſa prouocatiua ad iram, vt proba-ui ſupra, & dicit expreſsè *Farinacc. d. quæſt.* 107. *num.* 145. *&* 146. Sed cauſa D. Inquiſiti eſt talis, vt mani-feſtè probant ſexdecim *Viri Clariſsimi Marchiones, & Equites primarij* in eo-rum atteſtationibus, quibus maximè ad defenſam eſt omninò ſtandum vt probaui in alia allegatione, num. 58. & probant tot coniecturę in alia alle-gatione ponderatæ, meritò &c.

18 Secundo quia D. N. Inquiſitus ha-bet iuris præſumptionem pro ſe, quod cauſa non præſumitur affecta-ta, ſed iuſta, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offendend. dict. cap.* 47. *nu-mer.* 24. *Farinacc. de varIar. ac diuerſ. crimin. dict. quæſt.* 107. *num.* 474. *& Guazzin. de pace, queſt.* 44. *num.* 10.

& ideo

19 & ideo dicitur habere intentionem fundatam, ita ut aſſerens contrarium teneatur id concludenter probare, *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 33. num. 2. & ſeq. Pacia. de probat. lib. 1. cap. 8. num. 5. & ſequen. Altograd. conſ. 6. num. 35. lib. 1.* nouiſſimè *D. Torre vir doctiſsimus de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. capitul. 32. numer.* 190.

20 Neque contrarium tradunt *Hercul. & Farinac.* quia *Hercul. de caut. de non offenden. cap. 13. num. 9. & cap. 47. numer.* 26. dicit, quod cauſa affectata non prodeſt, & quod cauſa dicitur affectata quando offendens incipit rixam, quod eſt omninò alienum a caſu, de quo agitur, in quo vt dixi ſupra D. N. dedit cauſam rixæ ex ſalutatione priuatiuè facta, de qua ſupra, Imò *Herculan. in d. cap. 47. num.* 27. facit pro nobis, dum ſcribit, quod in dubio cauſa non dicitur affectata, ſed iuſta ad excuſationem rei, vt ibi per eum, & idem ſcribit *Farinacc. in dict. quæſt.* 107. *num.* 473. & 474. meritò &c.

21 Poſtremo aduertendum eſt, quod pro prætenſa exploſione archibuſiatæ duplex oritur actio fiſco contra D. N. Inquiſitum, vna ad fracturam cautionis de non offendendo, altera verò ad pœnam pro exploſione prædicta, vt declarat *Farinacc. dict. quæſt.* 107. *num.* 80. nec non *Honded. conſ. 97. num. 33. lib. 1.* & vna non tollit aliam, *Honded. & Farinacc. loco cit.* Quibus ſtantibus prætenſus exceſſus exploſionis archibuſiatæ, & non neceſſarius, vt prætenditur ex aduerſo, cum ſufficeret repulſatio iniuriæ verbalis cum alia iniuria verbali, dict. inquam exceſſus conſiderari poteſt in ordine ad pœnam criminalem pro exploſione archibuſiatè, an ſcilicet quò ad illam intret pęna ordinaria, vel extraordinaria, vel nulla, & ſimil. Secus tamen eſt quo

22 ad fracturam cautionis, quia illa quomodocumquè frangatur ſiuè leuiter, puta ex pugno, alapa, & ſimil. ſiuè grauiter puta ex vulnere, ex exploſione archibuſiatæ, & etiam ex homicidio, ſemper ab illa, vt dixi etiam ſupra, excuſat noua cauſa, vt in caſu noſtro, vt in terminis de pluribus vulneribus illatis viro nobili Senogallien. conſuluit *Eugen. conſ. 90 per tot. & Thob. Non. conſ. 111. per tot.* & in caſu ſimili *Honded. conſ. 97. lib. 1. per tot. & conſ. 89. lib. 2.* in quibus probatur, nouam cauſam etiam leuem excuſare à pęna fractæ cautionis quicquid ſit quo ad pœnam delicti, vt ibi per eum, & exceſſum conſiderant ſolum quò ad pœnam offenſionis, non autem quo ad fracturam cautionis tradit in terminis *Caball. reſ. crimin. caſ. 101. n. 55. cent. 2.* licet in caſu noſtro nullam intrare pœnam dicendum ſit, neque qò ad delictum, cum de dicta exploſione ſufficienter non conſtet, vt toties fuit dictum.

Quod vero noua cauſa excuſet etiam ſi ſit leuis a fractura cautionis de non offendendo, & quod ſufficiat, quod illa ſit prouocatiua ſimpliciter ad iram plenè probaui allatis etiam pluribus coniecturis in conſilio præcedenti, quod diligenter reaſſumi, & conſiderari rogo, cum dicta in eo hic iterum afferre non iudicauerim.

23 Non

23 Non obſtat poſtremò, quod teſtes examinati pro Curiæ informatione contra D. N. Inquiſitum ſuper exoneratione piſtolæ licet plures patiantur exceptiones coniunctim tamen conſiderati probent ex *Rot. deciſ.* 191. *num.* 4. *par.* 12. *recent.* *& apud Card. Celſum, deciſ.* 264. *num.* 8. quia Rota dictam concluſionem non firmat in dictis deciſionibus, vt ex eis eſt videre, & quatenus illam firma-
24 ret non haberet locum in caſu, de quo agitur, cum numerus teſtium tunc ſuppleat inhabilitatem illorum, quando inhabilitas tantum diminuit de fide teſtium, ſecus autem quando exceptiones in totum illas repellunt, vt in caſu noſtro, in quo omnes teſtes cum plures patiantur exceptiones omninò a teſtificando repelluntur, vt abundè probaui in Conſ. prædicti, cum tunc numerus non poſſit ſupplere, cum nihil adſit ſupplendum, vt poſt *Corn. Crauett. Natt. Gabr. Rolan. Becc. Vrſill. & Montic.* per eum relatos declarat *Farinacc. de teſtib. quæſt.* 62. *num.* 317. & vltra eum idem tradunt *Surd. conſ.* 61. *numer.* 57. *lib.* 1. *& conſ.* 151. *numer.* 83. *lib.* 2. *Giurba conſ.* 98. *numer.* 14. *& Cancer. variar. reſolut. part.* 1. *capitul.* 20. *numer.* 92. *& ſeq.* & dixi *Ego Reſolut. criminal. in verbo Teſtium miſcellanea, Reſolut.* 5. *num.* 4.

25 Secundo quia numerus teſtium non ſupplet illorum inhabilitatem quando defectus ſtat etiam in dicto, vt in caſu noſtro, præcipuè quo ad teſtes N. N. & N. vt probaui in conſ. præcedenti, quia tunc numerus nihil operatur, vt docent *Farinacc. de teſt. quæſt.* 62. *numer.* 319. qui alios dat concordantes, & vltra eum idem ſcripſerunt *Gabr. commun. concluſ. de teſtib. concluſ.* 6. *num.* 9. *& Surd. d. conſ.* 61. *num.* 60. *vol.* 1.

Maximè cum omnes ferè teſtes fiſcales plures patiantur exceptiones, vt apparet ex proceſſu defenſiuo, quo caſu vt dixi numerus non ſupplet teſtium inhabilitatem, vt docent *Farinacc. dict. quæſt.* 62. *numer.* 324. *& Giurb. dict. conſ.* 98. *numer.* 14. & alij Doctores ſupra proximè adducti.

26 Quæ quidem habent locum etiam ſi cum dictis depoſitionibus concurrerent adminicula, quæ nihil operantur, quando teſtes nullam faciunt probationem, quia quod nihil eſt non poteſt adminiculari, vt in caſu noſtro, vt tradunt *Surd. conſ.* 132. *numer.* 73. *lib.* 1. *& deciſ.* 135. *numer.* 10. *Farinacc. de teſtib. quæſt.* 62. *numer.* 340. *& conſ.* 39. *numer.* 18. *& conſ.* 60. *numer.* 16. *lib.* 1. *& Vermigliol. conſ.* 266. *numer.* 5. & dixi *Ego in dict. verbo Teſtium miſcell. Reſolut.* 5. *in prin.* vbi alios retuli ita ſentientes.

Quod dictum ſit ex abbundanti, quia adminicula non adſunt in caſu de quo agitur, & ſignum pilæ ex aduerſo conſideratum probat contrarium, cum ex planta loci mihi tranſmiſſa appareat, quod illud reperia-
27 tur poſt terga dict. D. N. Inquiſiti, itaut illius exonerationem impoſſibilitatis ratione probare non valeat *Euerar. in cent. legal. in loco Ab impoſſibili, in princip. Barboſ. in ſuis loc. commun. loco.* 54. *per totum*, vbi concordantes.

Ex quibus apparet manifeſtè dict. D. N. Inquiſitum eſſe in aperto caſu abſo-

abſolutionis, ad quem affectum rogo. Excellentiſſimum Dominum meum, quod dignetur pro bono effectu iuſtitiæ diligenter conſiderare adducta in conſ. præceden. & præcipuè illas duas concluſiones communiter receptas per Doctores, quod vt
28 ſit locus fracturæ cautionis de non offendendo debet de fractura conſtare plenè, & concludenter, ita vt non ſufficiat de illa conſtare per præſumptiones, & coniecturas, vt tradunt *Guazzin. Vermigl.* & alij Doctores ibi adducti.

29 Alteram, quod quando fractura non eſt clara, ſed aliquam recipit dubietatem Iudex ſententiare debet, cautionem non eſſe ruptam, & exactioni pœnæ locum non eſſe, vt tradunt *Gabr. Farinacc. Giurb. & Guazzin.* in locis ibi adductis, cum dicta cautio ſit odioſa, & ſtrictè intelligenda, vt dixi in conſil. præceden.

Dictus D. N. Inquiſitus fuit condemnatus in pœnam extraordinariam pecuniariam tantum, ſed an benè, vel malè iudicent viri Docti.

LAVS DEO.

ARGVMENTVM.

In crimine falſæ monetæ an debeat conſtare de corpore delicti, & quomodo, præcipuè contra mandantem illam fabricari, Teſtis qui deponit habita impunitate an habeatur loco accuſatoris, & quam probationem faciat, Socius criminis an probet contra Socium ſine tortura etiam in criminibus exceptis, & quomodo ſit ei danda tortura quando reus eſt præſens, Teſtis patiens plures exceptiones quando probet, de corpore delicti an debeat euidenter apparere, Recognitio monetæ falſæ quando ſit facienda, confeſſio rei extraiudicialis quomodo ſit probanda, fama quando faciat inditium contra reum, maximè ſit orta poſt illius carcerationem, crimen falſæ monetæ an ſicut probatur ex coniecturis, ita ex coniecturis excludatur, & plures coniecturæ excluſiuè dict. criminis recenſentur, reliqua habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore, vel fiſco non probante reus eſt abſoluendus.*

2 *Proceſſus criminalis ceſſat non conſtito de corpore delicti.*

3 *Corpus delicti quando debeat conſtare in crimine falſæ monetæ contra mandantem.*

4 *Teſtis qui deponit obtenta impunitate habetur loco accuſatoris.*

5 *Teſtis primò examinatus non dato aperto accuſatore præſumitur accuſator.*

6 *Socius criminis non probat contra ſocium etiam in criminibus exceptis ſine tortura.*

7 *Tortura eſt danda ſocio in faciem rei quando reus eſt præſens.*

8 *Socius criminis recepta impunitate non probat contra Socium.*

9 *Socius criminis non probat contra virum bonæ vocis, & famæ.*

10 *Teſtes patientes plures exceptiones non probant.*

Etiam in criminibus exceptis, & licet exceptiones vti ſingulæ teſtes a teſtificando non repellant, num. 11.

12 *Corpus delicti debet euidenter apparere in crimine falſæ monetæ.*

Itaut ſi de eo non conſtet non ſufficiat confeſſio rei, num. 13.

Et probatio corporis delicti debet eſſe certa, & indifficultabilis, numer. 14.

15 *Probatio dubia in criminalibus nihil operatur.*

Cum in criminalibus probationes eſſe debeat clariſsimæ, num. 16.

17 *Nominis ex diuerſitate inſurgit diuerſitas rei.*

18 *Birruarij non admittunt ad teſtificandum.*

19 *Recognitio monetæ falſæ eſt facienda inter plures.*
Et eſt facienda per peritos ſeparatæ, & non inſimul, num. 20.
21 *Interpretatio illa eſt facienda, per quam delictum excluditur.*
22 *Teſtis vnius non probat.*
Maximè ſi deponat dubitatiuè, num. 23.
24 *Copiæ plus non eſt credendum, quam originali.*
25 *Teſtis dictum corruit data poſſibili veritate in contrarium.*
26 *Teſtis vt repellatur, ſufficit adeſſe cauſam inimicitiæ, etiam opinatam.*
27 *Confeſsio extraiudicialis vti indicium remotum debet probari per duos teſtes.*
Et per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores, num. 28.
29 *Inſtigator, & promotor cauſæ non eſt idoneus teſtis.*
30 *Fama ſine debitis requiſitis nullum facit inditium contra reum.*
31 *Fama orta poſt carcerationem rei non attenditur.*
32 *Fama bona pro reo præfertur malæ famæ pro fiſco.*
33 *Teſtis deponens de dicto teſtis extraiudiciali non attenditur.*
34 *Teſtis dicens, aliquem ita dixiſſe non probat, ſi ille contrarium deponat.*
35 *Monetæ falſæ crimen ſicut probatur coniecturis, ita ex contrarijs coniecturis excluditur.*
Et coniecturæ plures excluſiuæ recenſentur, num. 36. 38. 39. & 40.
37 *Fama bona tollit inditium reſultans ex inuentione monetæ falſæ, & inſtrumentorum.*
41 *Reus in dubio eſt abſoluendus.*
42 *Iudex debet eſſe facilior in abſoluendo, quam in condemnando.*

CONSILIVM III.

Illuſtriſſime Domine: D. N. Clericus Vrbinaten. Inquiſitus de mandato, ſeu complicitate fabricandi monetam falſam cum D. N. de eodem eſt in caſu manifeſtè abſolutionis ab omnibus contra ipſum intentatis pro parte fiſci ex regula *l. qui accuſare, 4. C. de eden.* Quod accuſatore, vel fiſco non probante reus eſt abſoluendus, quam exornant *Farinacc. in fragmat. criminal. littera A. num. 26. Barboſ. axiom. 10. num. 2.* vbi quamplures dat concordantes *Pacia. de probat. lib. 1. cap. 67. per tot. Zuffi. de legitt. proc. criminal. lib. 1. quæſt. 10. in princip.* & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Accuſator, Reſol. 5. per tot.* 1

2 Et primo quia de prætenſo crimine non conſtat de corpore delicti, quo ceſſante ceſſat proceſſus criminalis tex. eſt in vulg. *l. 1. §. item illud, ff. ad Sillani.* & exclamant paſſim Criminaliſtæ, & præcipuè *Farinacc. de inquiſ. quæſt. 2. in princip. Guazzin. defen. 4. cap. 1. num. 1. & 5. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. num. 170. & ſequen. & par. 3. tit. 1. numer. 23. & ſequen. Ciriac. controuerſ. 37. num. 2. Vermigliol. conſ. 144. num. 8. & conſ. 148. num. 14. Caball. reſolut. criminal. caſu 255. numer. 1. & ſequen. parte 3.* & alij plures per me relati in *Reſolut. criminal. in verbo Corpus delicti, Reſolut. prima, numer. 1. & ſequen.*

Quod verò non conſtet in caſu de quo agitur de corpore delicti probatur manifeſtè, quia aut dict. D. N.

inquiritur de mandato dato D. N. ad fabricandam falſam monetam, aut de complicitate cum eodem N.
3 in illa fabricanda, ſi agitur de mandato, & in eo non dicitur conſtare de corpore delicti, niſi conſtito de tractatu, qui eſt diſcuſſio quædam, indago, & colloquium inter aliquos de aliquo peragendo, vt tradunt *Decia. conſ. 67. num. 5. lib. 3. Farinacc. de pæn. temper. quæſt. 96. numer. 77.* vbi dicit, debere de tractatu certè, & clarè conſtare, non autem per præſumptiones, & teſtatur de veriori, & receptiori opinione, plenè *Vermigl. conſ. 31. in princip. & conſ. 70. in princ. & conſ. 79. num. 8. & conſ. 83. in princip.* vbi dicit, tria requiri, vt conſtet de tractatu primò colloquium precedens, ſecundo tractatum committendi maleficium, & tertio deliberationem, & modum illud committendi, alias non dicitur conſtare de corpore delicti, vt ibi per eum, *Andreol. controuerſ. vltim. numer. 5.* benè *Zuffi. de legitt. proc. criminal. quæſt. 66. num. 40.* vbi dicit nequè contra contumacem mandantem procdi poſſe de mandato, niſi adſint inditia de mandato, vt ibi per eum.

De dictis verò requiſitis ad tractatum, hoc eſt de colloquio, tractatu, & deliberatione nullus alius teſtis deponit in proceſſu, niſi N. licet informiter, qui illum nullo modo pro-
4 bat, & primo quia deponit ob impunitatem ei conceſſam, quo caſu dicitur corruptus, & habetur loco accuſatoris, vt docent *Farinacc. de indit. & tortur. quæſt. 43. num. 192. & conſ. 161. num. 9. & conſ. 182. numer. 25. lib. 2. Guazzin. defen. 20. cap. 24. numer. 2. Vermigliol. conſ. 42. num. 12.* & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Teſtium Miſcellanea, Reſolut. 4. in princip.*

5 Secundo quia cum ipſe vti primus teſtis in proceſſu examinatus non dato aperto denunciatore habeatur pro Accuſatore, vt poſt *Bertaz. Decian. Guazzin. Andreol.* per me relatos probaui *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Accuſatio, Reſolut. 10. per tot.* & in puncto de crimine monetæ tradit *Capic. Latr. deciſ. 179. num. 36. & ſeq. lib. 2.*

6 Tertio quia ipſe ſe facit Socium criminis, qui etiam in delictis exceptis, & concurrentibus adminiculis non probat contra Socium ſine tortura, vt ſcripſerunt *Farinacc. conſ. 38. numer. 10. & conſ. 86. numer. 8. lib. 1. & conſ. 156. numer. 12. lib. 2. Vermigliol. conſ. 20. numer. 13. & conſ. 267. numer. 8. & conſ. 270. numer. 7. Zuffi. de legitt. proceſſ. criminal. lib. 3. quæſt. 108. numer. 7. 11. & ſequen. & quæſt. 152. numer. 3. & ſequen. Scialo. in prax. adhib. tortur. capitul. 14. numer. 35.* & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Socius criminis, reſolut. 2. num. 15.*

7 Quæ tortura nulliter data in caſu, de quo agitur, in quo cum N. reus eſſet præſens erat danda in faciem ipſius, vt docent *Farinacc. conſ. 79. numer 13. & conſ. 86. numer. 8. Guazzin. defen. 32. capitul. 8. numer. 3. Vulpell. conſ. 30. numer. 7. & conſ. 83. numer. 8. Zuffi. de legitt. proceſſ. criminal. quæſt. 52. numer. 5. & Scialo. in praxi. torquen. reos, capitul. 10. numer. 27.* vbi dicit ita ſeruari in

Magna

Magna Curia Vicariæ, vt ibi per eum, habetur pro non data ex regul. Quod idem eſt non facere, & minus legittimè facere, *Surd. conſ.* 359. *numer.* 1. *lib.* 3. benè *Barboſ. axiom.* 93. *num.* 20. qui dat concordantes.

8 Et in terminis de Socio deponente contra Socium recepta impunitate quod nihil probet not. *Farinacc. conſ.* 161. *num.* 9. *&* *conſ.* 182. *numer.* 25. *lib.* 2. *&* *de indit.* *&* *tortur. quæſt.* 43. *num.* 192. *Caball. reſolut. criminal. caſu* 29. *numer.* 1. *&* *ſeq. Giurb. conſ.* 22. *numer.* 29. *&* *Vermigliol. conſ.* 3. *num.* 14. *&* *conſ.* 15. *num.* 20. *&* *conſ.* 273. *num.* 11.

9 Vlterius quia Socius criminis non facit inditium, nec probat contra virum bonæ vocis, & famæ, vt in caſu noſtro, neque in criminibus exceptis *Peguer. deciſ. criminal.* 5. *num.* 31. *Honded. conſ.* 100. *num.* 4. *vlnct. numer.* 20. *lib.* 1. *Farinacc. conſ.* 79. *numer.* 23. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, licet de hoc dubitet *de indit.* *&* *tortur. quæſt.* 43. *num.* 188. & contra virum ſummæ bonitatis admittit *P. Dian. in ſumm. in verb. Inquiſitores, num.* 119. & dixi *Ego in d. verbo Socius crim. Reſol.* 2. *num.* 24. vbi alios retuli ita ſentientes.

10 Itaut ſtantibus tot exceptionibus quæ in perſona dict. N. concurrunt ipſe nullum propſus conſtituat probationis gradum, vt tradunt *Farinacc. conſ.* 16. *num.* 23. *&* *conſ.* 40. *num.* 30. *&* *conſ.* 60. *num.* 15. *lib.* 1. *Guazzin. defen.* 29. *cap.* 3. *num.* 9. *Ciriac. controuerſ.* 89. *num.* 20. *Vermigliol. conſ.* 433. *num.* 22. & latius probaui *Ego in Reſolut. criminal. in verb. Teſtes quò ad perſo. reſol.* 25. *num.* 1.

11 Quæ habent locum etiam in cauſis difficilis probationis, in criminibus exceptis, ac etiam vbi exceptiones vti ſingulæ teſtem non repellerent, vt poſt *Menoch. Vulpell. Farinac. Guazzin. Cancer. Ciriac. Andreol. Vermigliol.* & alios plures per me relatos firmaui *Ego Reſolut. crimin. in verbo Teſtes quo ad perſo. reſolut.* 25. *numer.* 1, *&* *ſeq. vbi numer.* 2. *&* *ſeq.* dixi etiam ex *Menoch. Suar.* *&* *Guazzi.* per me adductis ſufficere ad dictum effectum duas exceptiones tantum, cum quibus pertranſeunt *Eugen. conſ.* 27. *num.* 66. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 93. *num.* 50. *lib.* 2. *&* *Gratian. deciſ. March.* 240. *num.* 13. Itaut remaneat expeditum, non conſtare de corpore delicti dicti mandati ad fabricandam falſam monetam.

Prout neque conſtat de corpore delicti complicitatis, & fabricationis monetæ falſæ confectæ per dictum D. N. Inquiſitum, cum habeamus claram in iure concluſionem,

12 quod in crimine falſæ monetæ vt procedi valeat debeat de corpore delicti conſtare euidenter, clarè, & manifeſtè per oculorum inſpectionem, & per ipſam inuentionem, cum ſimus in delicto facti permanentis, nec concurrat difficultas probationis, quicquid ſit quo ad ipſum delictum, vt declarant *Farinacc. de inquiſ. quæſt.* 2. *numer.* 22. *Honded. conſ.* 92. *num.* 11. *lib.* 2. *Mari. Anton. variar. reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 44. *in* 7. *caſu Guazzin. defenſ.* 4. *capitul.* 9. *numer.* 4. *Vermigliol. conſ.* 218. *numer.* 1. *&* *ſequen.* *&* *conſ.* 220. *num.* 1. *&* *ſequen. Caplc. Latro. deciſ.* 179. *numer.* 29. *lib.* 2. & alij per me relati in *Reſolut. criminal. in verbo Moneta falſa, reſolut.* 1. *numer.* 1.

13 Itaut neque ſufficiat confeſſio ipſius Inquiſiti, ſi de illo ſufficienter non appareat, vt docent *Ceph. conſ. 230. num. 11. lib. 2. Farinacc. de inquiſit. quæſt. 2. num. 22. Guazzi. dict. deſen. 4. cap. 9. num. 4. Honded. dict. conſ. 92. num. 11. & Vermigl. dict. conſ. 218. num. 8.* quod eſt generale in omnibus delictis, vt probaui *Ego in Reſol. criminal. in verb. Confeſsio, reſolut. 10. per tot.*

Ex inuentione vero Teſtoni vt dicitur falſi facta in territorio Callij per Birruarios Campaneæ non probatur corpus delicti in hoc caſu, cum fiſcus non ſit in probatis, quod dict. Teſtonus fuerit inuentus penes dictum 14 Inquiſitum, quæ probatio debet eſſe certa, & indifficultabilis, vt probant *Rolan. conſ. 61. numer. 60. lib. 2. Pariſ. conſ. 29. num. 83. lib. 2. Franc. Becc. conſ. 52. numer. 101. & conſ. 67. num. 5. lib. 1. Honded. conſ. 96. numer. 32. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Capic. Latr. deciſ. 179. numer. 48. & ſeq. & num. 55. verſ. & tandem &c.*

Quod quidem demonſtratur manifeſtè, quia dict. Teſtonem eſſe vnum ex illis, qui fabricatus fuit per dict. D. Inquiſitum, & N. nullus alius deponit, niſi ipſemet N. qui vti deponens recepta impunitate, vti accuſator præſumptus, vti ſocius criminis cum tortura nulliter illata, vti vnicus, & contra Clericum bonæ conditionis, & famæ nullam prorſus facit probationem, vt probaui ſupra in verſ. *de dictis vero &c.* quæ hic breuitatis gratia non refero.

Et eo magis cum dict. N. fuerit præſumptiuè ſubornatus vt ſupra, & in recognitione dict. Teſtonis depoſuerit dubitatiuè in eius repetitione ſol. . . . ibi *à me parue quel medeſimo, che mi fu moſtrato, &c.*

15 & ſic probatio remanet incerta, & dubitabilis, quæ nihil operatur maximè in criminalibus *ad tex. in l. certum, 6. ff. de confeſſ. & in l. ſi ita fuerit, 11. ff. de reb. dub.* & tradunt *Rolan. Pariſ. Franc. Becc. Honded. & Capic. Latr. in loc. ſupra proximè adductis.*

Secundo quià recognitio facta per dict. N. teſtem fuit facta ad oculum, & ſic nulliter, cum non ſufficiat illam factam fuiſſe inter duos alios Teſtones, ſed erat facienda inter duos alios Teſtones ſimiles, & cum eadem impronta ad fugiendum periculum tacitæ ſuggeſtionis, de qua diligentia cum non conſtet ex proceſſu, intrat regula *l. non hoc, 4. C. vnde legitt.* quod non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, cum in criminalibus probationes debeant 16 eſſe clariſſimè, vt in his terminis benè probat *Capic. Latr. d. deciſ. 179. num. 48. & ſeq. & num. 55.* vbi dat concordantes, Maximè cum non aſſeratur in dicta recognitione, Teſtones eſſe ſimiles, & ſic eo magis dicta recognitio redditur erronea, & illegittimè facta, vt tradunt *Guazzin. defen. 17. cap. vlt. num. 21. Vermigl. conſ. 234. num. 7. Poſt. de manut. obſeru. 94. num. 14.* & dixi etiam *Ego in Reſol. criminal. in verb. Recognitio, Reſolut. 1. num. 1. & 2.*

Tertio quia deficit identitas dict. Teſtonis, cum teſtonus præſentatus per Baroncellum habeat inſcriptionem *Paulus Papa Quartus*, non autem 17 *Pius Papa Quartus*, ex diuerſitate autem nominis inſurgit diuerſitas rei *Abb. conſ. 47. in fine, lib. 2. Card.*

Tuſch.

Tuſch. pract. concluſ. littera H. concluſ. 58. num. 1. & 2.

Quarto deficit identitas dict. Teſtonis, illum ſcilicet fuiſſe, qui fuit inuentus in Montemartello, dum de identitate illius deponunt Baroncel-
18 lus, vnus Birruarius, & plazzarius, qui vti infames repelluntur a teſtificando, maximè in criminalibus, vt tradunt *Ludou. Maſcard. Farinacc. Caball. Caren. Vermigliol.* & alij per me relati in *Reſolut. crimin. in verb. Birruarius, Reſol. 5. num. 1.* qui teſtantur de magis communi Doctorum opinione, & in omnem caſum numquam dicantur teſtes omni exceptione maiores, cum propter eorum vilitatem ſemper eis diminuatur de fide, vt probant *Farinacc. de teſtib. quæſt. 56. num. 356. & ſeq.* & dixi *Ego dict. Reſol. 5. in fin.* probatio verò in hoc caſu debet eſſe manifeſta, & indubitabilis, vt probat *Capic. Latr. d. deciſ. 179. num. 48. & 55.* qui dat concordantes.

19 Quinto quia recognitio dicti Teſtonis facta per peritos facta fuit ad oculum, & non inter plures, ad fugiendum periculum ſubornationis, & ſuggeſtionis, vt docent *Guazzi. defen. 17. cap. vlt. num. 21. Vermigliol. conſ. 234. num. 7. Zuffi. de legitt. proc. crimin. quæſt. 133. num. 3.*
20 & dixi etiam ſupra numer. 16. Et facta fuit per peritos in ſimul dum erat facienda ſeparatè, itaut nemo ſciat depoſitionem alterius, vt declarant *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 60. Guazzin. defenſ. 20. cap. 20. numer. 4. Caball. reſolut. criminal. caſu 270. num. 4. cent. 3. & Zuffi. de legitt. proc. crimin. quæſt. 33. per tot.* & dixi *Ego latius in d. verb. Recognitio, d. reſol. 1. num. 3.*

Deficiente vero probatione corporis delicti, ſilere debet proceſſus etiam ſi delictum eſſet probatum, & adeſſet confeſſio rei, vt ex *Farinacc. Guazzin. Caren. Ciriac. Vermigliol. Caball.* & alijs probaui ſupra in *princip. num. 2. & ſequen.*

Nihilominus ad demonſtrandum clarius innocentiam dict. D. Inquiſiti placet addere, quod nullam vim poteſt fiſcus facere ſuper ampulla Mercurij, ſeu vt dicitur di argento viuo reperta in domo dict. Inquiſiti ex pluribus, & primò quia Mercurium non ſeruit ad febricandam alchimiam, & argentum falſum, cum illud ab igne conſumetur, vt teſtatur duo periti in eorum repetitionibus, Secundo quia Mercurium ſeruit etiam pro pluribus infirmitatibus cu-
21 randis, vti notorium eſt, dum Aromatarij in dies illo publicè vtuntur, & tradit *P. Delri. diſquiſ. magic. lib. 6. ſect. 2. verſ. Euonimus &c.* Interpretatio autem ſemper illa eſt ſumenda per quam delictum excluditur, *Farinacc. de delict. & pæn. quæſt. 31. num. 22. Ciriac. controuer. 5. num. 220. Guazzin. defen. 29. cap. 2. num. 4. & ſequen. Capic. Latr. deciſ. 13. num. 4. part. 1. Vermigl. conſ. 90. numer. 9. & conſ. 129. numer. 11. Sperell. deciſ. 120. num. 77. par. 2.* & alij plures quos retuli *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Interpretatio, Reſolut. vnic. numer. 1.* Maximè ad fauorem hominis bonæ opinionis, & famæ, *Farinacc. de crimin. læſæ Maieſt. quæſt. 115. numer. 24. & ſeq. & conſ. 175. numer. 16. lib. 2.* vbi alios adducit ita ſentientes, & *Guazzin. defen. 4. capitul. 9. numer. 6.*

Super depoſitione autem lucæ N. de

de teſtono ei oblato ad excubian-
dum per D. Inquiſitum nulla vis fieri
22 poteſt, cum ipſe ſit vnicus, ita vt in-
tret vulgatum dictum *Vox vnius vox*
nullius, de quo in *cap. licet vniuerſis*,
23. *in cap. veniens*, 10. *& in cap. in om-*
ni negotio, 4. *de teſtib. & in l. iuſiuran-*
23 *di*, 8. *C. de teſtib. cum ſimil.* & tradit
plenè *Farinacc. de teſtib. quæſt.* 63. *nu-*
mer. 1. Et cum ipſe deponat dubita-
tiuè ibi *Non mi parue buono*, & ſic non
probet, *Maſcard. de probat. concluſ.*
1370. *per tot. lib.* 3. latè *Farinacc. de*
teſtib. quæſt. 68. *num.* 1. 2. *& ſeq. Ca-*
ren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. *tit.* 6. *num.*
1. *& ſeq. Vermigliol. conſ.* 13. *numer.* 5
& conſ. 15. *num.* 4. *P. Graſſett. de*
nece prodit. §. 25. *num.* 67. vbi in ter-
minis noſtris de verbo *Videtur*, vt ibi
per eum, Non deponit de tempore
nec de impronta illius, itaut illius
depoſitio vti obſcura, incerta, & ni-
hil concludens non veniat attenden-
da, vt in his terminis probat *Capic.*
Latr. d. deciſ. 179. *num.* 48. vbi dat
concordantes, & dixi etiam ſu-
pra.

Depoſitio Ioſephi N. non nocet in
aliquo cum ipſe deponat de auditu a
quibuſdam Clericis in Caſtro Schie-
ti, qui examinati, vt infra dicam de-
ponunt tantum de fama dicti delicti,
quæ vti orta poſt carcerationem di-
cti Inquiſiti, & cum conſtet de con-
traria fama, in nihilo venit attenden-
24 da, vt infra probabo, & ideo non
plus probat dict. Teſtis, ne magis cre-
datur copiæ quam originali *ad tex. in*
cap. licet ex quadam, 47. *de teſtib. Ro-*
lan. conſ. 9. *num.* 34. *lib.* 3. *Honded.*
conſ. 102. *num.* 58. *lib.* 1. *Caluin. de*
equit. lib. 1. *cap.* 30. *num.* 27. & dixi
Ego allegat. Forenſ. 84. *num.* 23. Imo
ipſe excludit delictum dict. Inquiſiti,
dum deponit adeſſe alias in Ciuitate
25 Vrbini fabricantes alchimiam, itaut
data poſſibili veritate in contrarium
illius dictum corruat, vt probant *Al-*
dou. Farin. Ciriac. & Rot. per me relati
allegat. Forenſ. 1. *numer.* 20. *& allegat.*
37. *num.* 21. *& allegat.* 95. *numer.* 9.
vbi alij etiam adduxi.

Bertuccius non venit attendendus
cum quo ad D. Inquiſitum deponat
de auditu ab N. qui cum acceperit
impunitatem, vti primus teſtis exa-
minatus non dato aperto accuſatore
præſumatur accuſator, & faciat ſe
ſocium criminis, & ſic nulllam pror-
ſus faciat probationem, vt dixi ſupra
in princip. numer. 4. *& ſeq.* ſequitur
quod neque vllam faciat neque ipſe
met probationem, cum teſtis de au-
ditu non probet, cuius repelluntur
authores, ne plus credatur copiæ,
quam originali, vt dixi ſupra proxi-
me, & tradunt *Rolan. Honded. Caluin.*
& Ego met in loc. ſupra proximè ad-
ductis.

D. Hieronimus N. alter Teſtis fi-
ſcalis in nihilo venit in eius depoſi-
tione attendendus, quia præſumitur
inimicus D. Inquiſiti ex falſa ſuſpicio-
26 ne, fuiſſe ab eo quærelatum in Tri-
bunali Eccleſiaſtico licet illa non eſ-
ſet vera, cum ad illum repellendum
ſufficiat adeſſe cauſam inimicitiæ
opinatam, *Foller. inter conſ. criminal.*
diuerſ. conſ. 137. *num.* 2. *lib.* 1. *Oſaſcb.*
conſ. 66. *num.* 12. *&* 26. *Maſcard. de*
probat. concluſ. 899. *num.* 3. *lib.* 2. *De-*
cian. tract. crimin. lib. 3. *cap.* 25. *num.*
12. quos vnà cum alijs pluribus re-
fert, & ſequitur *Farinacc. de teſtib.*
quæſt. 53. *num.* 24. *Vermigliol. conſ.*
16. *numer.* 25. Secundo quia de fa-
bri-

bricatione falſæ monetæ deponit de auditu ab N. qui ob impnunitatem receptam, vti facientem ſe ſocium criminis, & præſumptum accuſatorem nihil probat, vt fuit dictum pluries, ita nihil probat dict. Teſtis per iura ſupra adducta.

Nequè per dict. D. Hieronimum probata dicitur confeſſio extraiudicialis de fabricatione falſæ monetæ,
27 quia cum illa ſit inditium remotum probari debet per duos teſtes conteſtes, ita vt probata per vnum teſtem tantum nequè vllam faciat præſumptionem, ne dum inditium, vt tradunt *Oſaſcb. deciſ. pedemon.* 79. *numer.* 29. *Farinacc. conſ.* 112. *num.* 15. *lib.* 2. alios adducens concordantes, *Guazzin. defenſ.* 32. *cap.* 34. *num.* 33. *Baiard. ad Clar.* §. *fin. queſt.* 21. *num.* 122. *Vermigl. conſ.* 13. *n.* 12. *&* *Paul. Rub. de teſtam. quæſt.* 23. *num.* 82. Et teſtes
28 de illa deponentes debent eſſe idonei, legales, & omni exceptione maiores, vt not. *Boſſ. Rolan. Turret. Farinacc. Guazzin.* & alij per me relati in *Reſol. criminal. in verbo Confeſsio, Reſolut.* 13. *num.* 14. qualis non eſt dict. D. Hieronimus, vt ſupra probaui.

Super verò depoſitionibus trium Fratrum S. Franciſci nullum funda-
29 mentum fieri poteſt, quia ipſi ſunt inſtigatores, & promotores cauſæ contra Dominum Inquiſitum, vt benè probant duo teſtes defenſiui ſuper 4. *articul. l.* 3. §. 1. *& l. ob carmen*, 21. §. *fin. ff. de teſtib.* & docent *Oldra. conſ.* 210. *numer.* 7. *Bertaz. conſ.* 170. *num.* 7. *&* *conſ.* 171. *numer.* 13. *lib.* 1. *Sperell. deciſ.* 78. *numer.* 48. *par.* 1. in puncto *Capie. Latr. dict. deciſ.* 179. *num.* 54. *par.* 1. cum quibus pertranſit *Guazzin. defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 28. Et ſunt etiam illius præſumpti inimici ob prætenſam accuſationem contra eos factam in foro Eccleſiaſtico, & ideo vti tales non ſunt idonei teſtes contra dictum Inquiſitum, vt probaui ſupra numer. . . . quæ hic breuitatis ſtudio non refero.

Sicuti etiam non venit attendenda fama, de qua deponunt plures teſtes contra dict. Inquiſitum ex pluribus, & primo quia deficiunt omnia
30 requiſita ad illius probationem neceſſaria, quæ recenſentur per *Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 47. *per tot.* vbi dicit, nullum vidiſſe proceſſum, in quo fama eſſet legittime probata, & ideo quod non reperitur deterior teſtis, quam fama, vt ibi per eum, ſecundo quia omnes ferè de-
31 ponunt de fama orta poſt carcerationem dicti Inquiſiti, quæ non attenditur vti orta præſumptiuè non ex veritate delicti, ſed ex illo actu carcerationis, vt tradunt *Peguer. deciſ.* 12. *num.* 27. *Giurb. conſ.* 47. *num.* 44. *& conſ* 91. *num.* 44. *Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 47. *numer.* 176. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 10. *numer.* 73. vbi alios dat concordantes, *Vermigliol. conſ.* 13. *num.* 15. *& conſ.* 74. *num.* 14. *& Ant. de Ball. tractat. criminal. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 21. & dixi *Ego allegat. Forenſ.* 88. *num r.* 62. *& allegat.* 93. *num.* 21.

Et poſtremo quia conſtat ex proceſſu defenſiuo de contraria fama, nempè dictum Inquiſitum non commiſiſſe dictum delictum falſæ mone-
32 tæ ob bonas rationes a teſtibus adductas, quæ vti fundata in generali præſumptione, quod quilibet præſumi-

ſumitur bonus præfertur contrariæ famæ, & illam tollit, vt docent *Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 47. *numer.* 168. *Guazzin. defenſ.* 28. *cap.* 1. *num.* 18. *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *titul.* 10. *num.* 79. *& ſeq. Sperell. deciſ.* 173. *num.* 44. *par.* 2. *Paul. Rub. de valid. legal. cap.* 1. *numer.* 15. *P. Delri. diſquiſ. magic. lib.* 5. *ſect.* 3. *§. quartum inditium &c. Rot. apud Cardinal. Mantic. deciſ.* 275. *numer.* 12. *& deciſ.* 335. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* & alij per me relati in *d. verb. fama reſolut.* 5. *in princip.*

Neque nocet in aliquo dicto Inquiſito depoſitio D. Scaramucciæ dum dicit, illum fabricaſſe teſtones falſos de auditu a D. Rubeo, & a Fratre S. Franciſci, quia cùm illi non ſint teſtes idonei, vt ſupra abundè probaui, ipſe non plus probat, quam illi probarent, ne plus credatur copiæ, quam originali, vt ex *Rolan. Honded. & Caluin.* probaui ſupra, numer. 24. Nequè dum deponit, quod D. Inquiſitus illum requiſiuit ad barattandum aliquos teſtones pro minori valore, primo quia eſt vnicus non habens conteſtem, *capitul. licet vniuerſis*, 23. *capitul. veniens*, 10. *& cap. in omni negócio*, 4. *de teſtib.* & dixi ſupra numer. 22. ſecundo quia eſt inimicus præſumptus dicti Inquiſiti, dum credit ab ipſo fuiſſe quærelatum in Tribunali Eccleſiaſtico, & ideo procurauit illum inquiri, vt deponunt teſtes defenſiui ſuper 4. *articul.* Tertio eſt contrarius, dum deponit, D. Romeum dixiſſe in apoteca Galli, quod Inquiſitus volebat ei tradere vnum teſtonem falſum ad cambiandum, & quod illud noluit recipere, & Gallus deponit contrarium, & ſic vti pluribus grauatus exceptionibus nullam facit probationem nequè in criminibus exceptis, vt probaui ſupra numer. 10. quæ breuitatis gratia non repeto.

Depoſitio vero dicti Galli deponentis de lamentatione D. Romei non ſolum non venit attendenda, quia deponit de dicto Teſtis extraiu-
33 diciali, quod vti factum ſine iuramento, & citatione partis, & non in forma iudicij nòn eſt attendendum, vt docent *Bart. in l. ſi quis legatum*, 6. *in princip. ff. ad leg. Corn. de falſ. Tindai de teſtib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *& ſeq. Farinacc.* qui ad eum ſe refert *de teſtib. quæſt.* 74. *num.* 30. *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 39. *&* 40. *& Rota apud Bichium deciſ.* 488. *num.* 9. *tom.* 2. Nec non etiam quia
34 D. Romeus deponit contrarium in proceſſu defenſiuo, itaut nemini credatur, *Maſcard. de probat. concluſ.* 1375. *num.* 1. *lib.* 1. *Farinacc. conſ.* 127. *num.* 11. *& conſ.* 138. *numer.* 21. *& conſ.* 179. *num.* 4. *lib.* 2. *Giurb. conſ.* 23. *num.* 13. *Guazzin. defen.* 19. *cap.* 2. *poſt num.* 2. *Caren. de offic. S. Inquiſ. part.* 3. *titul.* 6. *numer.* 42. *Ciriac. controuerſ.* 27. *numer.* 8. *Vermigliol. conſ.* 159. *numer.* 24. *Rota deciſ.* 337. *numer.* 5. *poſt ſecundum volum. conſil. Farinac.*

Ex quibus apparet manifeſtè non ſolum non conſtare de corpore delicti fabricationis monetæ falſæ, ſed neque de ipſo delicto, Quod eo magis eſt dicendum ſtantibus coniecturis dictum delictum excludentibus,
35 quia ſicut dictum delictum coniecturis probatur, eo magis contrarijs coniecturis excluditur, vt probant, *Anton. Gomez variar. reſolut. tom.* 3. *in*

in titul. de homicid. num. 27. *& Capic. Latr. d. deciſ.* 179. *num.* 63.

36 Prima autem coniectura deſumitur ex qualitate dict. D. Inquiſiti, qui eſt vir nobilis, & Sacerdos, & optimæ conditionis, & famæ, itaut non ſit præſumendum ita graue delictum committendo tot eius merita voluiſſe obſcurare, vt conſiderant *Io: de Plate. Inſt. liſp. & Iul. Ferret.* quos refert, & ſequitur *Capic. Latr. d. deciſ.* 179. *num.* 65. *&* 66. & bonam fa-
37 mam tollere inditia reſultantia ex inuentione monetæ falſæ, vel Inſtrumentorum ad illam videndam apud aliquem tradunt *Maſcard. de probat. concluſ.* 1066. *num.* 10. *lib.* 2. *Farinacc. de crimin. læſæ Maieſt. quæſt.* 115. *num.* 124. *& ſeq. & conſ.* 175. *numer.* 16. *vol.* 2. *Guazzin. d. defen.* 4. *cap.* 9. *num.* 6. *Capic. Latr. d. deciſ.* 179. *n.* 71. & alij plures quos retuli *Ego in reſ. crimin. in ver. Moneta falſa, Reſ.* 3. *n.* 4.

38 Secunda reſultat coniectura ex modicitate monetæ falſæ, quæ facit remoueri præſumptionem fabricationis illius, vt docent *Caball. reſolut. criminal. caſu* 199. *num.* 16. *&* 17. *& Capic. Latr. d. deciſ.* 179. *nu.* 62. *&* 63.

39 Tertia elicitur coniectura ex eadem modicitate monetæ diuidendæ vt prætenditur inter plures, quibus tàm exigua vtilitas contigiſſet; itaut non ſit veriſimile pro tam modico lucro tam graue delictum voluiſſe committere, vt pariter docent *Caball. & Capic. Latr.* in locis proximè adductis.

Quarta reſultat coniectura ex eo, quod actus qui prætenditur pro parte fiſci in apoteca N. puta in eius fucina, & ſimiles præſumuntur facti de
40 die, delicta autem falſitatis, & ſimilia ob grauitatem pœnarum ſolent fieri in occulto, non autem palam, vt ab omnibus videri poſſint, vt benè conſiderant *Vulpell. Honded. Farinacc. Morot. Ciriac.* & alij per me adducti *allegat. Forenſ.* 89. *num.* 53. *& Capic. Latr. deciſ.* 163. *num.* 26. *par.* 2.

Quinta inſurgit coniectura ex eo, quod d. D. Inquiſitus rogauit D. N. quod vellet inſinuare D. N. quod ſe abſtineret, vt dicitur *Dal tanto ſoffiare*, quod eſt maximum bonitatis, & innocentiæ ſignum in hoc caſu.

Quæ omnia excludunt omninò
41 prætenſum delictum, & faciunt Inquiſitum eſſe in caſu manifeſtæ abſolutionis, maximè attenta diſpoſitione *l. non puto,* 10. *ff. de iure fiſci,* de qua *Peregr. de iure fiſc. lib.* 6. *tit.* 1. *nu-*
42 *mer.* 3. Et cum Iudex facilior eſſe debeat in abſoluendo, quàm in condemnando, *l. arrianus,* 46. *ff. de act. & oblig. l. reſpiciendum,* 11. *ff. de pæn.* & not. *Caball. reſolut. crimin. caſu* 257. *ſub num.* 1. *Paul. Rub. de vallidit. legal. cap.* 24. *num.* 17. & ante eum *Farinac. conſ.* 1. *num.* 8. *& conſ.* 75. *n.* 75. *lib.* 1.

Dictus D. Inquiſitus abſolutus fuit in Ciuitate Vrbini de anno 1673. per D. Iudicem cauſæ.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Bannum continens pœnam excesſiuam an ſit nullum, & veniat circumſcribendum, pœna confiſcationis bonorum an intret contra ſodomitam, opiniones quando ſunt contrariæ quę nam ſit ſequenda in iudicando, ſtatutum quando tollat pœnam impoſitam a iure communi, confiſcationi an ſit locus quando imponitur pœna extraordinaria, & an Minori ſit minuanda pœna in crimine ſodomiæ, cætera habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Bannum continens pœnam exceſsiuam eſt nullum.*

Itaut illud veniat circumſcribendum, numer. 2.

3 *Sodomiæ crimen dicitur atrociſsimum.*

Itaut contra ſodomitam intret pœna mortis, & ignis, num. 4.

5 *Confiſcatio bonorum non habet locum contra ſodomitam.*

Cum nulla lex talem pœnam imponat, numer. 6.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 8.

7 *Confiſcationi non eſt locus niſi quando lex illam imponit, vel Princeps id mandat.*

9 *Opiniones quando ſunt contrariæ prævalet illa, pro qua ſtat conſuetudo.*

10 *Opinio mitior in dubio eſt tenenda.*

11 *Statutum ſi aliquid voluiſſet expreſsiſſet.*

Maximè quando id de facili exprimere potuiſſet, num. 12.

13 *Pœna impoſita a Statuto tollit pœnam impoſitam a iure communi.*

Siuè expreſsè ſtatutum deroget iuri communi, ſiuè non, num. 14.

15 *Confiſcationi non eſt locus quando imponitur pœna extraordinaria.*

16 *Iudex recedendo a pena ordinaria non poteſt pœnam confiſcationis imponere.*

17 *Sodomita gaudet immunitate Eccleſiæ.*

18 *Minoribus ob crimen ſodomiæ pœna minorari debet.*

Quod declaratur ibi num. 19.

CONSILIVM IV.

Excellentiſſime Domine: Bannum publicatum contra N. de Caſtro N. Diocceſis Eugubinæ pro crimine ſodomiæ

1 in pœnam triremium ad decennium, & confiſcationis bonorum vti continens pœnam exceſſiuam, & exorbitantem confiſcationis bonorum eſt notoriè nullum non obſtantibus etiam Conſtitutionibus Apoſtolicis, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 93. verſ. quærò ſi Iudex &c. Cartar. de execut. ſenten. cap. banni. cap. fin. numer. 48. & ſeq.* in puncto *Thob. Non. conſ. 104. num. 3. Farinacc. conſ. 28. in princip. lib. 1.* vbi dicit, ita in facto obtinuiſſe, & de *inquiſ. quæſt. 11. num. 62. Guazzin. defen. 35. cap. 14. num. 1.* latè comprobans, *& num. 5.* vbi de ſententia condemnante in confiſcationem bonorum, quando dicta

dicta pœna a iure, vel a Statuto non eſt impoſita, vt in caſu noſtro, cum quibus pertranſit *Vermigliol. conſil.* 26. *numer.* 1. *&* *conſil.* 345. *numer.* 11.

2 Ita vt illud veniat circũſcribendum *ad tex. in l.* 4. *S. condemnatum, & ibi Caſtr. & Ripa, ff. de re iudic.* & not. *Oldra. de reſcrip. prælud.* 7. *num.* 230. quem refert, & ſequitur *Caluin. de æquitat. lib.* 2. *cap.* 198. *num.* 50. *& ſeq.* vbi dicit ita ſeruari in Statu Mediolani moderando ſententias exceſſiuas vt ibi per eum.

Quod verò pæna banni contra d. N. publicati ſit exceſſiua quòad confiſcationem bonorum ſuadetur mani-
3 feſtè ex pluribus, & primo quia licet crimen Sodomiæ ſit atrociſſimum, & de exceptis, vt not. *Cabal. reſol. crim. caſu* 84. *num.* 17. *cent.* 1. *Farinac. de delict. carn. quæſt.* 148. *numer.* 5. *&* 6. *Sanfelic. deciſ.* 355. *numer.* 8. *&* 9. *& Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt.* 9. *numer.* 20.

4 Itaut contra ſodomitam intret pæna vltimi ſupplicij *ad tex. in l. cum vir.* 31. *& ibi ſcribentes C. ad leg. Iuli. de adult. & tradunt Farin. de delict. carn. d. quæſt.* 148. *num.* 4. *& ſeq. Maſtrill. de indul. cap.* 31. *num.* 2. *Barb. de poteſt. Epiſc. alleg.* 44. *numer.* 6. latè *Caball. reſol. crim. caſu.* 16. *num.* 34. *& Maſſin. de confiſc. bonor. dict. quæſt.* 9. *num.* 30. nec non *Capic. Latr. deciſ.* 163. *num.* 59. ſubdentes, poſtea illius cadauer eſſe igne conſumandum, vt ibi per eos.

5 Non tamen pro dict. delicto Sodomiæ intrat pœna confiſcationis bonorum, vt ſcripſerunt *Plot. conſ.* 132. *per tot. inter conſ. crimin. diuerſor. lib.* 1. *Thob. Non. dict. conſ.* 104. *per tot.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens, *Peregr. de iure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 169. vbi dicit, hanc eſſe rectiorem opinionem, & ita ſentit *Baiard. ad Clar. S. Sodomia, num.* 18. *Farin. de delict. carn. d. quæſt.* 148. *num.* 15. vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe, & reprobat diſtinctionem *Menoch.* inter ius ciuile, & ius canonicum, *Guazz. de confiſc. bonor. concl.* 13. *limit.* 45. *in prin.* vbi dicit, nunquam vidiſſe pro dict. crimine pœnam confiſcationis bonorum imponi, & ita ipſum obtinuiſſe in Alma Vrbe, cum quibus pertranſire videtur *Giglia. ad. Stat. Peruſ. in verbo Sodomia, num.* 2. & ita ego iudicaui in Ciuitate Vrbini de anno 1647. dum eram Prætor d. Ciuitatis, & ſententia fuit approbata a DD. Auditoribus Eminentiſſimi D. Card. Legati Vrbini, & ita fuiſſe reſolutum etiam in Senatu Mediolani, teſtatur *Clar. in pract. S. Sodomia, numer.* 6.

6 Ratio autem eſt manifeſta, cum nullum habeamus legem d. pœnam confiſcationis bonorum contra ſodomitam imponentem, vt firmant *Thob. Non. d. conſ.* 104. *num.* 4. ponderando *tex. in d. l. cum vir, C. ad leg. Iul. de adul. & in auth. Vt non luxur. contra natur. Peregr. de iure. fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 169. *& Guazz. de confiſcat. bonor. d. conclu.* 13. *limit.* 45. *num.* 1. Confiſcatio au-
7 tem bonorum extraordinaria, quæ dicitur præter legem non poteſt imponi a Iudice etiam amplam iuriſdictionem habente, ſed ſolum a Principe Supremo, vel a ſupremam iuriſdictionem habente, vt declarant *Thob. Non. d. conſ.* 104. *num.* 4. *Pereg. de iur. fiſc. dict. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 20. *&* 21. *& numer.* 169. *Clar. in pract.* *S. fin.*

§. *fin. quæſt.* 78. *numer.* 5. *Carpan. ad Stat. Mediol. in cap. Omnium, numer.* 680. *Rimin. Iun. conſ.* 327. *numer.* 1. *&* 10. *lib.* 3. *Guazzin. de confiſcat. bonor. concluſ.* 12. *numer.* 29. *Maſsin. de confiſcat. bonor. quæſt.* 1. *numer.* 7. *&* 8. *& ſequen. & Giurb. obſeruat.* 90. *numer.* 1. *& ſeq.*

8 Licet contrariam opinionem, imò in dicto caſu eſſe locum confiſcationi bonorum contra Sodomitam, tenuerint *Clar. in pract.* §. *Sodomia, num.* 6. *Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. dict. allegat.* 44. *num.* 7. *Theſaur. Iun. quæſt. Forenſ.* 17. *num.* 15. *lib.* 3. vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, & *Sanfel. deciſ.* 355. *num.* 9. quos refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſ. bonor. quæſt.* 9. *in fin.* quorum aliqui teſtantur de magis communi opinione, licet alia ſit verior de iure, & magis ſeruata in practica.

Quæ quidem opinio dict. N. Inquiſito fauorabilis, & excluſiua confiſcationis, eo magis eſt ſequenda,
9 quia quando opiniones ſunt controuerſæ præualet ſemper illa, quæ ſeruatur in practica, & in caſu noſtro, a qua ſumitur legum interpretatio, etiam ſi contraria opinio eſſet communis, vt docent *Bero. conſ.* 87. *num.* 25. *vol.* 3. *Villalo. in commun. opin. littera C. num.* 107. benè *Decian. conſ....* *in princ. lib.* 2. *& Lazar. de blaſph. quæſt.* 13. *num.* 22. benè comprobans, cum quibus pertranſit etiam *Caluin. de æquitat. lib.* 7. *cap.* 128. *num.* 262.

10 Et in dubio tenenda eſt opinio, quæ eſt mitior, & benignior maximè in pęnalibus, *l. præſes*, 32. *ff. de pæn. Lazar. in d. quæſt.* 13. *num.* 40. *Farinacc. conſ.* 30. *num.* 160. *& conſ.* 59. *num.* 37. *lib.* 1.

Secundo dicta pœna confiſcationis bonorum appoſita in dicto banno eſt exceſſiua, quia adeſt clara diſpoſitio *Statuti Eugubini*, *lib.* 4. *rubr.* 25. quòd pro delicto ſodomiæ imponit tantum pœna mortis, & ignis, nul-
11 lam autem facit mentionem de pæna confiſcationis, quam certè ſi voluiſſet imponi illam expreſſiſſet, *l. vni*, §. *ſin autem ad deficientis*, *C. de caduc. tollen. l. ſi ſeruum*, 70. §. *prætor ait*, *ff. de acquir. hæred.* & tradunt *Surd. deciſ.* 88. *num.* 4. *& deciſ.* 322. *num.* 22. idem *Surd. conſ.* 245. *num.* 45. *vol.* 2. *Mar. Anton. variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *numer.* 10. *& Barboſ. axiom.* 136. *num.* 5. vbi alios dat
12 concordantes, & ſtatutum id noluiſſe præſumitur quod de facili exprimere potuiſſet, & non expreſſit, *Menoch. conſ.* 30. *numer.* 8. *Barboſ. dict. axiom.* 136. *num.* 6.

13 Pæna autem impoſita a Statuto tollit pænam impoſitam de iure communi, quatenus etiam in hoc caſu eſſet impoſita, vt declarant *Farinacc. de variar. ac diuerſ. crimin. quæſt.* 107. *num.* 76. *& quæſt.* 111. *num.* 97. vbi dicit, hanc opinionem veriorem eſſe, & rationabiliorem, *Caball. reſolut. criminal. caſu* 2. *num.* 3. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione *Guazzin. defen.* 33. *cap.* 19. *num.* 1. *& de pace, quæſt.* 35. *num.* 4. vbi dicit, quod ita totus mundus ſeruat, *Ciriac. controuerſ.* 506. *numer.* 39. *Vermigliol. conſ.* 227. *num.* 1. & alij plures per me adducti *Reſolut. criminal. in verb. Pæna, reſol.* 1. *in princ.* & in terminis quod ſi Statutum mandet aliquem capite puniri pro aliquo delicto, & non exprimat de confiſcatione bonorum, quod illi non ſit locus benè com-

comprobat *Peregr. de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *numer.* 21. vbi quamplures dat concordantes, & teſtatur de veriſſima opinione.

Vbi enim pœna iuris communis a ſtatuto aucta, vel diminuta eſt, nouatam eſſe pœnam iuris communis tradunt *Bero. Caualc. Menoch. & Giurb.* per me relati in *d. reſolut.* 1. *num.* 1. *in fin.*

14 Quod habet locum ſiuè expreſsè Statutum deroget iuri communi, ſiuè non, quia adhuc pœna ſtatuti attendi debet in vtroquè caſu, vt not. *Gram. conſ.* 35. *num.* 56. & 57. *Ludou. deciſ. Lucen.* 61. *num.* 17. quos referendo ſequitur *Giurb. conſ.* 25. *num.* 5. *in fin.* & alij Doctores ſupra proximè adducti.

Tertio dicta pœna confiſcationis bonorum appoſita in dict. banno eſt exceſſiua, quia bannum prædictum cantat de pęna triremium per decen-
15 nium, & ſic de pœna extraordinaria, quando autem ex cauſa receditur à pœna ordinaria delicti, & imponitur extraordinaria nunquam eſt locus confiſcationi bonorum cum id fieri non poſſit niſi per Principem Supremum, qualis eſt Sacra Conſulta in Statu Eccleſiaſtico non autem per Iudices ordinarios, vt poſt *Baiard. & Carpa.* per eum relatos tradit *Guazzin. de confiſcat. bonor. concluſ.* 13. *limit.* 7. 8. & 9. *num.* 2. *Farinacc. conſ.* 185. *num.* 71. *lib.* 2. *Peregr. de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 26. latè *Giur. conſ.* 58. *num.* 8. & *ſeq.* vbi hanc concluſionem benè comprobat, & reprobat *Maſtrill. deciſ.* 271. *num.* 28. contrarium tenentem, cum quibus pertranſeunt *Vermigliol. conſ.* 108. *numer.* 5. *Capic. Latr. conſult.* 131. *numero* 22. quem referendo ſequitur *Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt.* 3. *in fin. Anton. de Ball. tractat. criminal. lib.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 10. & *Andreol. controuer.* 434. *num.* 6. & illam firmaui *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Confiſcatio, Reſolut.* 1. *in princ.* itaut hæc opinio ſit magis communiter recepta per Doctores.

16 Iudex enim recedendo a pœna ordinaria, & deueniendo ad extraordinariam, & arbitrariam non poteſt vigore ſui arbitrij pœnam confiſcationis bonorum imponere, cum id ſpectet ſolum ad Principem Supremum, vt docent *Bald. in l.* 1. *num.* 2. *C. ſine iuſſu Princ. Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 93. *in princip.* & *num. ſeq.* vbi alios dat concordantes, & benè declarat *Farinacc. de delict. & pœn. quæſt.* 25. *num.* 19. nec non *Giurb. d. conſ.* 58. *num.* 10. & *ſeq.*

Quibus eo magis locus eſſe debet, cum aliqui ex Doctoribus, qui tenent, eſſe locum in hoc crimine confiſcationi bonorum moueantur ex atrocitate criminis, quod licet ſit atrociſſimum, non tamen ob illius atrocitatem eſt ita recedendum a
17 regulis iuris communis, cum ideo videamus, quod illi non denegatur gaudere immunitate Eccleſiæ ſtante *Bulla Gregor. XIV.* vt contra *Mar. Ital.* probat *Farinacc. de immun. Eccleſ. num.* 98. nec non *Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 127. dicens ita eſſe ſeruandum in practica, *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt.* 9. *num.* 29. & *P. Dian. in Sum. in verb. Immunitas quo ad delicta, num.* 22. *in fin.*

Nec non etiam ſtante minori ætate delinquentis 20. annorum circiter, cui ratione ætatis pœnam mi-

norari in hoc etiam ſodomiæ delicto, voluerunt *Farinacc. de delict. carn. dict. quæſt.* 148. *num.* 76. *&* *de pæn. temper. quæſt.* 92. *num.* 85. vbi teſtatur de communi opinione, *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. dict. allegat.* 44. *numer.* 13. *&* *Gargiar. lun. conſ.* 67. *numer.* 1. *lib.* 1. qui alios dant concordantes:

Licet alij contrarium teneant relati per me in *Reſolut. criminal. in verbo Sodomia, reſolut.* 3. *num.* 10. cum a prima opinione non ſit recedendum vti mitiori, & benigniori in pænalibus, vt dixi ſupra numer. 10. Et contra tamen maiorem decimo octauo anno imponit pœnam mortis *Conſtitut. March. lib.* 4. *cap.* 67. licet de pœna confiſcationis nec verbum quidem quam vidiſſe aliquando ſeruari in alma Vrbe dicit *Farinacc. vbi ſupra*.

Dictus N. Inquiſitus obtinuit, quia fuit aggratiatus ſoluta quadam pœna pecuniaria, nec bona ei fuerunt confiſcata.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM.

Mandatum ad delinquẽdum an præſumatur, & quid ſi offendens habebat cauſam propriam offendendi, vel ſtante inimicitia inter offendentem, & offenſum, Inquiri vt quis poſſit de participatione, ſeu tractatu in homicidio an debeat conſtare de corpore delicti, & quomodo, ex actu bono an poſſit inferri ad malum, depoſitio teſtis qui recuſat ſe repetere an valeat, vel præſumatur falſa, teſtes deponentes de amicitia an præferantur deponentibus de contrario, reliqua habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore non probante reus abſoluitur.*

2 *Mandatum ad delinquendum non præſumitur, ſed illud eſt probandum.*

3 *Mandatum non præſumitur, quando mandatarius habebat cauſam propriam occidendi.*

4 *Delinquere quis magis præſumitur ex cauſa propria, quam de mandato alterius.*

5 *Inimicitia inter occidentem, & occiſum excludit præſumptionem mandati.*

6 *Inquiri vt poſſit de participatione, ſeu tractatu debet conſtare de corpore delicti.*

7 *Mandatum non probatur ex verbis æquiuocis.*

8 *Frater conſobrinus non eſt teſtis idoneus pro fratre.*

9 *Inditium proximum probatur per vnum teſtem omni exceptione maiorem.*

10 *Inditium remotum probari debet per duos teſtes.*

11 *Teſtis poſitus ad partes habetur pro non examinato.*

12 *Teſtis depoſitio qui recuſat ſe repetere præſumitur falſa.*

13 *Teſtis dictum extra iudicium ſine iuramento, & citatione non valet.*

14 *Teſtis dans alium in conteſtem, ſi conteſtis neget, illius depoſitio non valet.*

Et dict. teſtis eſt ſuſpectus de falſo, numer. 15.

16 *Amicitia eſt actus virtuoſus, & ſonat in bonum.*

17 *Actu ex bono inferri non poteſt ad malum.*

18 *Teſtes de auditu in criminalibus non probant.*

Maximè ſi teſtes, a quibus dicunt audiuiſſe non fuerunt examinati, num. 19.

20 *Inimicitia vt faciat inditium debet eſſe capitalis.*

21 *Amicitia præſumitur, cum dicatur eſſe præſumptio naturæ.*

22 *Teſtes deponentes de amicitia præferuntur deponentibus de inimicitia.*

Etiam ſi teſtes deponentes de inimicitia eſſent plures, num. 23.

24 *Inimicitia non facit inditium quando conſtat de certo occiſore inimico.*

25 *Teſtis vnicus contra fiſcum inducentem plenè probat.*

26 *Inimicitia cauſatur ex depoſitione in cauſa criminali.*

27 *Fama ſine debitis requiſitis nihil operatur.*

28 *Fama orta poſt carcerationem rei non attenditur.*

29 *Fama reprobatur per teſtes dicentes, nihil dici audiuiſſe.*

30 *Fama bona tollit contraria famam malam.*

31 *Fama bona tollit inditia leuia contra reum exiſtentia.*

CONSILIVM V.

EXcellentiſſime Domine: Ad. Reu. D. Sebaſtianus Rubeus de S. Laurentio in campo inquiſitus de mandato, & participatione ad homicidium commiſſum in perſonam q. Doctoris Auerardi de eodem per Ioſephum Lamberrum ad quærelam D. Aſcanij Auerardi eſt in caſu manifeſto abſolutionis ex vulgata regula *l. qui accu-*
1 *ſare*, 4. *C. de eden.* quod accuſatore non probante reus eſt abſoluendus, quam exornant *Farinacc. in frag. crim. littera A. num. 26. Caball. reſolut. criminal. caſu 200. num. 11. Burboſ. axioma 7. num. 1. & Egomet in Reſolut. criminal. in verbo Abſolutio, Reſolut. 5. in princip.*

Et incipiendo a mandato ad homicidium committendum illud non
2 ſolum non probatur in proceſſu, prout probari debet, cum mandatum ad delinquendum non præſumatur, ſed illud ſit probandum per accuſatorem, vel fiſcum, vt tradunt, *Farinacc. de conſult. & mandat. quæſt. 134. num 68. & conſ. 80. numer. 65. lib. 1. Guazzin. defen. 32. cap. 30. numer. 1. & ſequen. Giurb. conſ. 85. num. 6. & conſ. 91. num. 17. Andreol. controuerſ. 149. num. 3. Ant. de Ball. tract. criminal. lib. 1. quæſt. 20. num. 6. Ciriac. controuerſ. 106. numer. 23. Vermigliol. conſ. 171. num. 14. Rota deciſ. 29. numer. 2. poſt ſec. vol. conſ. Farinacc.* & alij relati per me *Reſolut. crimin. in verbo Mandatum, Reſolut. 1. in princip.*

Sed imò conſtet ex proceſſu per duos Teſtes fiſcales, qui ſunt Ioannis Baptiſta Mactioli in proceſſ. fol. 60. & D. Tomaſſina fol. 23. conſtet inquam de contrario, nempe dict. Ioſephum occidiſſe Doctorem Auerardum eo quia illum perſequebatur, & quia ipſe depoſuerat in iudicio contra illum ſuper delatione piſtolarum, ex quibus excluditur omninò
3 mandatum, nempè ex cauſa propria occidendi, vt declarant *Mari Anton. variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 27. num. 10. & ſeq. Giurb. d. conſ. 91. num. 27. Ciriac. d. controuerſ. 106. numer. 22. & ſeq. & controuerſ. 150. numer. 5. & ſeq. & num. 55. Guazzin. defenſ. 4. cap. vlt. num. 21. Andreol. dict. controuerſ. 149. num. 6. Vermigl. conſ. 90. num. 7.* & nouiſſimè *Zuffi. de legitt. proceſſ. criminal. lib. 1. quæſt. 66. num. 6.* & dixi *Ego allegat. Forenſ. 94. num. 8.*

4 Cnm habens cauſam propriam delinquendi magis ex illa, quam de mandato, ſeu ex inſtigatione alterius præſumatur deliquiſſe, vt probant *Mar. Anton. de Ball. dict. quæſt. 20. num. 6. Zuffi. dict. quæſt. 66. numer. 6.* & alij plures per me adducti *in Reſolut. criminal. in verbo Mandatum, reſol. 3. num. 4.*

5 Maxime ſtante inimicitia inter occiſum, & occiſorem, de qua deponit N. teſtis fiſci, ex qua excluditur om-

omnis præſumptio mandati, vt probant *Ciriac. dict. controuerſ.* 106. *num.* 21. *& ſeq. & num.* 25. *&* 66. *& Andreol. d. controuer.* 149. *num.* 13.

Et idem eſt dicendum quò ad participationem, ſeu tractatum, ſuper
6 quibus vt poſſit contra aliquem procedi neceſsè eſt, quod conſtet ſaltem in genere de corpore delicti ipſius participationis, & tractatus, vt tradunt *Muſcatell. in pract. criminal. de probat. & cognit. delict. medi. mand. numer.* 24. *& ſeq. & numer.* 43. *Eugen. conſ.* 76. *num.* 26. *&* 37. *lib.* 1. *Ciriac. d. controuerſ.* 106. *num.* 33. *&* 34. *& num.* 71. vbi dicit; eſſe neceſſaria inditia inferentia ad delictum participationis, & tractatus, non autem ſufficiunt inditia generalia aſſumpta ex inimicitia, & ſimil. vt in caſu de quo agitur, cum quibus pertranſit *Andreol. d. controuer.* 149. *numer.* 1. videndus, quæ in caſu d. D. Sebaſtiani omnino deſiderantur.

Nequè prædicta probari dicuntur ex depoſitione Antonij Auerardi dicentis, D. Sebaſtianum dixiſſe homicidæ *Quando ſi getta giù vna cerqua ſi leua la radice, e poi il ceppo*, ex quibus videtur inferri ad homicidium in perſonam dict. Doctoris Auerardi, qui poterat dici radix Domus de Aue-
7 rardis, quia omiſſo quod ex verbis æquiuocis, qualia ſunt iſta non infertur ad mandatum, & ad delictum, vt probant *Vulpell. conſ.* 63. *num.* 8. *Honded. conſ.* 87. *num.* 29. *vol.* 2. *Baiard. ad Clar.* §. *final. quæſt.* 89. *num.* 20. *Farinacc. de conſult. & mand. quæſt.* 134. *num.* 28. *& ſeq. Decian. tractat. criminal. lib.* 9. *cap.* 34. *numer.* 34. niſi interpætatio pro delicto eſſet magis veriſimilis, vt declarant Doctores ſupradicti, & alij per me relati in dicto verbo *Mandatum, reſolut.* 2. *num.* 7. maximè quia non fuit expreſſa perſona occidendi, vt tradunt *Bero. Decian. & Farinacc.* per me relati in *d. Reſol.* 2. *num.* 8.

Quia, inquam, dicta verba non probantur per dictum Auerardum fratrem conſobrinum Accuſatoris,
8 qui non poteſt eſſe teſtis pro Accuſatore conſanguineo contra Inquiſitum, *Vulpell. conſ.* 12. *numer.* 9. *Farinacc. de teſtib. quæſt.* 54. *num.* 5. qui dat concordantes, *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 15. *Vrſell. in exam. apum, concluſ.* 76. *num.* 13. *Maſcard. de probat. concluſ.* 68. *num.* 3. *& ſequen.* vbi teſtatur de communi opinione, & *concluſ.* 408. *num.* 12. *lib.* 1. *& dixi Ego allegat. Forenſ.* 85. *numer.* 18.

Quod quidem comprobatur hoc dilemate, quia aut agitur de inditio
9 proximo, & teſtis de illo deponens debet eſſe omni exceptione maior, & abſque vlla prorſus macula, *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 21. *verſ. vnus teſtis &c. & quæſt.* 22. *verſ. vnum tamen &c. Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 36. *num.* 225. *& ſeq. & quæſt.* 37. *num.* 58. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem eſſe veriſſimam, & magis communiter approbatam vt ibi per eum, *Guazzin. defen.* 30. *cap.* 30. *ſub num.* 2. *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *titul.* 10. *numer.* 29.

10 Aut agitur de inditio remoto, & illud eſt probandum per duos teſtes, vt teſtantur *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 22. *in princip.* qui teſtatur de communi opinione, *Farinacc. de indit. & tortur quæſt.* 37. *numer.* 13. *& ſequen. Guazz. defen.*

defen. 30. *cap.* 31. *in princip. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 21. vbi hanc dicit eſſe indubitatam concluſionem, *Caball. reſolut. criminal. caſu* 193. *num.* 1. vbi dicit, hanc eſſe veriſſimam opinionem, *Ciriac. controuerſ.* 104. *num.* 32. *& controuerſ.* 106. *num.* 40. *& ſeq. Zuffi. de legitt. proceſſ. criminal. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 5. & probaui Ego *Reſolut. criminal. in verb. Inditium ad torturam, Reſol.* 5. *num.* 1. *& ſeq.* vbi dixi, dict. teſtes eſſe debere omni exceptione maiores etiam in delictis occultis, & criminibus exceptis, vt ibi eſt videre.

Neque vlla vis fieri poteſt ſuper depoſitiones Magiſtri Dominici Bac-
11 ci, quia cum illius depoſitio ob recuſatam ab eo repetitionem, fuerit poſita ad partes, ideo habetur pro non examinato, & illius depoſitio corruit, vt docent *Honded. conſ.* 101. *numer.* 28. *lib.* 1. qui teſtatur de communi opinione *Caball. reſol. criminal. caſu* 269. *num.* 19. *cent.* 3. *Guazzin. defenſ.* 25. *cap.* 1. *num.* 11. *&* 12. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinionem, & *Vermigliol. conſ.* 90. *num.* 5. *& conſ.* 114. *num.* 4. *& conſ.* 143. *num.* 18.

12 Imo teſtis citatus ad ſe repetendum ſi non compareat, ſed fugam arripiat, vel ſe occultet, eius prima depoſitio præſumitur falſa, *Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt.* 45. *num.* 40. *Guazzin. d. defen.* 25. *cap.* 1. *num.* 23. *& ſeq.* & poteſt inquiri de falſo, vt not. *Boſſ. Farinac. Cabal. & Caluin.* per me relati in *Reſolut. crimin. in verbo Teſtium miſcell. Reſol.* 2. *numer.* 1. *&* 2. Maximè cum de tempore verborum prolatorum per dictum D. Inquiſitum in apoteca dict. Teſtis ipſe D. Sebaſtianus reperiretur graui infirmitate oppreſſus, itaut de lecto ſurgere non valeret, itaut condiderit etiam Teſtamentum, & ſic in apoteca dict. Teſtis adeſſe non potuerit, vt probant teſtes defenſiui ſuper 6. articul. &c. & cum dict. Teſtis plures patiatur exceptiones in perſona, & in dicto ſatis releuantes, de quibus in proceſſu, quæ vti non neceſſaria latius non proſequor, merito &c.

Et eiuſdem farinæ eſt depoſitio Sebaſtiani Sargentis in proceſſ. fol. 141. deponentis de aſſertione Homicidæ, quod D. Sebaſtianus eidem promiſerat pecunias ad effectum ſe ſubſtentandi extra patriam, quæ promiſſio videbatur inferre ad participationem in homicidio ex pluribus, & primo quia depoſitio illius ob non repetitionem fuit poſita ad partes, & ſic nullam facit probationem, vt tradunt *Honded. Caball. Guazzin. & Vermigliol. relati ſupra numer.* 11. imò præſumitur falſa, vt not. *Baiard. & Guazzin. relati ibi num.* 12.

13 Secundo quia dicta aſſertio quatenus etiam eſſet vera vti tamen extraiudicialis, & facta ſine iuramento, & citatione partis, & non in forma iudicij, nullam contra dict. D. Sebaſtianum facit probationem, *Tindar. de teſtib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *& ſeq. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 10. *numer.* 39. *&* 40. *& Rota apud Bichium deciſ.* 448. *num.* 9. *lib.* 2.

Tertio quia aſſertio prædicta dict. homicidę vti inditium remotum erat probanda ſaltem per duos teſtes, vt teſtantur *Clar. Farinacc. Guazzin. Caren. Caball. Ciriac. & Zuffi.* in locis relatis ſupra, num. 10.

De-

Depoſitio verò D. Eleonoræ Morandæ deponentis fol. 75. D. Blaſium Iacobinum dixiſſe in apoteca ſui viri, D. Sebaſtianum Inquiſitum mutuaſſe
14 ſcuta vigintiquinque Ioſepho Homicidæ ad effectum homicidij committendi, cum D. Blaſius id neget dixiſse, & deponat totum contrarium in proc. fol. 23. non ſolum nullam facit probationem, vt docent *Farinac. conſ.* 127. *num.* 11. *& conſ.* 138. *num.* 21. *& conſ.* 179. *num.* 4. *lib.* 2. *Giurb. conſ.* 23. *num.* 13. *& conſ.* 137. *nu.* 26. *&* 36. *Guazzin. defen.* 19. *cap.* 2. *poſt. num.* 2. *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 42. *Ciriac. contro.* 27. *n.* 8. *Vermigl. conſ.* 159. *nu.* 24. *& conſ.* 143. *num.* 17. *& conſ.* 290. *num.* 22. *& Rota deciſ.* 337. *num.* 5. *poſt ſec. volum. conſ. Farinac.*

15 Sed etiam ſit ſuſpecta de falſo, *Farinac. de teſti. quæſt.* 65. *num.* 274. *& conſ.* 39. *num.* 14. *lib.* 1. *& conſ.* 138. *num.* 21. *lib.* 2. *Giurb. conſ.* 37. *n.* 28. *& conſ.* 70. *num.* 36. vbi dat concordantes *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 42. *Ciriac. contr.* 27. *nu.* 8. *& Vermigl. conſ.* 30. *num.* 16.

Et poſtremo cum d. inditium vti remotum probandum ſit per duos teſtes, alias nihil releuant, vt teſtantur *Clar. Farinac. Guazzi. Caren. Caball. Ciriac. & Zuffi.* in locis relatis ſupra *num.* 10. & dixi *Ego Reſol. crim. in verbo Inditium reſol.* 5. *num.* 1.

Super amicitia vero exiſtente inter D. Inquiſitum, & Homicidam nullum
16 prorſus poteſt fieri fundamentum, cum amicitia non ſit actus improbus, ſed virtuoſus, vt dicit *Card. Tuſc. pract. concl. littera. A. concl.* 326. *nu.* 6. ſed nomen amicitiæ ſonet in bonum, vt dicit *Carol. de Graſſ. de effect. amic. num.* 17. nec non *Farinac. conſ.* 102 *nu.* 48. *vol.* 2. *Giur. conſ.* 91. *num.* 37. *& Andreol. contro.* 149. *num.* 2. *&* 4. ex bono autem non poteſt inferri ad
17 malum, vt docent *Maſcar. de probat. concl.* 223. *num.* 3. *& ſeq. lib.* 1. *Menoch. conſ.* 283. 5. *& ſeq. lib.* 3. quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. & tortu. quæſt.* 37. *num.* 8. & dixi *ego alleg. foren.* 94. *num.* 29.

Inditium vero inſurgens ex receptione facta per D. Sebaſtianum de homicida poſt delictum eſt nullius momenti, cum de illa non conſtet ex proceſſu, quia de illa deponunt quatuor Te-
18 ſtes duo viri, & duæ mulieres de auditu tantum, qui in criminalibus non ſolum non probant, imò neque faciunt præſumptionem, niſi leuem, *cap. licet ex quadam.* 47. *de teſti.* & docent *Farin. de teſti. quæſt.* 69. *num.* 9. *&* 32. vbi alios adducit, teſtatur de communi opinione, & dicit depoſitionem d. teſtium vix ſufficere ad capturam, *& conſ.* 62. *num.* 11. *lib.* 1. *& conſ.* 147. *num.* 44. *lib.* 2. *Caren. de offic. S. Inquiſ. part.* 3. *tit.* 6. *num.* 9. *Ciriac. contro.* 91. *num.* 12. *Tranſmiet. de oblig. denuc. quæſt.* 5. *cap.* 2. *ſub num.* 1. & dixi *Ego in Reſol. crim. in verbo teſtes quo ad dicta reſol.* 4. *in princ.* vbi alios ita ſentientes adduxi.

Cum teſtis debeat deponere quod nouit, & quibus præſens fuit, & ſic per proprium ſenſum, non autem per ſenſum alienũ, *cap. teſtes,* 3. *quæſt.* 9. & tradunt *Canon. in d. cap. licet ex quadam* 47 *de teſt.* & alij Doct. ſupra àdducti, quibus addo *Zuffi. de legit. proc. crim. lib.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 6.

19 Et eo magis cum D. Tiburtia, & famula, a quibus dict. teſtes dici audierunt non fuerint in proceſſu exa-

minatæ

minatæ, dum exeminari potuerunt, quo caſu teſtes de auditu neque faciunt præſumptionem, vt ſcripſerunt *Menoch. de arbitra. caſu* 475. *num.* 6. plenè *Farinac. conſ.* 147. *num.* 46. & *conſ.* 182. *num.* 15. *lib.* 2. & *in tract. de teſti. d. quæſt.* 69. *num.* 92. & *ſeq.* & *Vermigl. conſ.* 61. *nu.* 16. & *conſ.* 179. *num.* 7.

Supereſt aliud debile, & inſufficiens inditium deſumptum ex inimicitia prętenſa inter d. D. Sebaſtianum, & Doctorem Auerardũ occiſum, ſuper quo nullum poteſt fieri fundamentum ex pluribus, & primo quia de aſſertá inimicitia non cõſtat ex proceſſu, vel tantum de quadam leui diſplicentia, inimicitia autẽ vt faciat inditium de-
20 bet eſſe capitalis cum de leui inimicitia leges non current, vt tradunt *Farin. conſ.* 61. *num.* 16. *lib.* 1. *Andreol. d. contro.* 149. *num.* 5. idem *Farinac. de indit. & tortu. quæſt.* 49. *num.* 89. & 108. *Giurb. conſ.* 13. *num.* 17. *Caren. de offic. S. Inquiſ. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 89. *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 1. *quæſt.* 21. *in prin. Vermigl. conſ.* 30. *numer.* 5. & *conſ.* 199. *num.* 8. & nouiſſimè *P. Graſſet. de nece prodit.* §. 33. *num* 3. & 4.

Inimicitia enim vt faciat inditium debet eſſe proportionata vindictæ, non autem ſufficit leuis, & abſquè vindictæ proportione, vt declarant *Vermigl. Guazzi.* & *Farinac.* per me relati in *Reſol. crim. in verbo Inimicitia Reſol.* 1. *ſub num.* 1.

Secundo quia non ſolum inter d. partes non conſtat de inimicitia, ſed imò conſtat de amicitia, vt deponũt con-
21 cludenter teſtes defenſiui *ſuper* 2. & 3. *art.* qui vti habentes pro ſe aſſiſtentiam iuris communis, quod præſumit amicitiam, cum illa dicatur præſumptio naturæ, vt not. *Hond. conſ.* 107. *num.* 27. *lib.* 1. *Farin. de indit.* & *tortu. quæſt.* 49. *num.* 126. *Ciriac. contro.* 409. *num.* 70. & *ſeq. P. Graſſet. de nece prodit. d.* §. 33. *num.* 7. & *Zuffi. de legitt. proceſ. crim. quæſt.* 47. *num.* 8. qui dant
22 concordantes quamplures ideo præferuntur teſtibus fiſci etiam ſi deponerent de inimicitia; vt poſt *Bald. Innoc. Butr. Abb. Deci. Bero. Felin. Corſett. Franc. Curt. Gabr.* & alios per eum adductos firmat *Farin. de teſti. quæſt.* 65. *num.* 150. & *ſeq.*

23 Etiam ſi teſtes deponentes ad defenſam eſſent numero pauciores, quã teſtes fiſci, ſi exceſſus non ſit magnus, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de defenſ. reo. num.* 8. *in fin. Gabr. de teſti. concluſ.* 4. *num.* 47. & 57. *Crot. de teſti. num.* 369. *in fin.* quos refert, & ſequitur *Farin. de teſti. d. quæſt.* 65. *num.* 157.

24 Tertio quia conſtito de certo interfectore inimico, vt in caſu de quo agitur inimicitia etiam ſi adeſſet nullum inditium facit contra alium de mandato, conſilio, tractatu, ſeù axilio, vt tradunt *Hond. conſ.* 87. *ſub num.* 97. *vol.* 2. *Decia. conſ.* 67. *num.* 11. *lib.* 3. *Farinac. de indit.* & *tortur. quæſt.* 49. *num.* 119. *Eugen. conſ.* 27. *num.* 32. & *ſequen.* & *conſ.* 76. *num.* 36. & *ſeq.* & *num.* 45. *lib.* 1. *Ciriac. contr.* 106. *num.* 22. & *ſeq.* & *Andreol. d. controu.* 149. *num.* 6.

Quod vero Ioſeph homicida eſſet inimicus Doctoris Auerardi occiſi de-
25 ponit explicitè Franciſcus Carolus Marcellus in proc. foleſſ. 79. qui vti teſtis fiſci contra inducentem plenè probat licet vnicus, vt probant *Hond. conſ.* 99. *num.* 16. & *ſeq.* & *conſ.* 102. *num.* 13. *lib.* 1. *Farin. de teſti. quæſt.* 62. *nu.* 214. & 237. *Giurb. conſ.* 84. *n.* 10.

Guazzi.

Guazz. defen. 33. *cap.* 14. *num.* 11. & *Vermigliol. conſ.* 95. *num.* 1. & *conſ.* 500 *nu.* 31. qui dant concordantes quamplures. Maximè iunctis depoſitionibus Io: Bapt. Matthioli, D. Thomaſſinæ deponentium, quod occiſſus perſequebatur Occiſorem, & contra
26 eum depoſuerat in iudicio in caſu capitali, ex quibus cauſatur vera inimicitia ad notata per *Hoſti. Io: Andr. Butr. Abb. Io: de Anan.* & *Felin. in cap. meminimus* 13. *de accuſa.* & eſt tex. *in cap. cum P.* 10. & *ibi Abb. Anan.* & *Felin. de accuſa. Maſcar. de proba. concl.* 898. *num.* 17. *lib.* 2. & *Farin. de indit.* & *tortur. quæſt.* 49. *num.* 51. & *ſequen.* & *num.* 76. vbi dat concordantes.

27 Super fama verò nullum conſtitui poteſt fundamentum, cum illa ſit deſtituta omnibus requiſitis ad illius eſſentiam neceſſarijs, quæ recenſentur per *Farin. de indit.* & *tortur. quæſt.* 47. *ferè per tot.* vbi dicit, nunquam vidiſſe proceſſum in quo fama eſſet legitimè probatam, & quod ideo non reperitur deterior teſtis, quam fama, vt ibi per eum, & aliqua retuli etiam *Ego Reſol. crim. in verbo fama. Reſol.* 3. & *Reſol.* 7. *per tot.*

28 Secundo quia omnes teſtes de fama deponentes loquuntur de fama orta poſt carcerationem dict. D. Inquiſiti, vt ex eis clarè eſt videre, quo caſu fama orta non eſt veritate delicti, ſed ex illo actu carcerationis nihil, & operatur, & non venit attēdenda, vt traddunt *Peguer. deciſ.* 12. *num.* 27. *Giurb. conſ.* 47. *num.* 44. & *conſ.* 91. *num.* 44. *Farin. de indit.* & *tortur. quæſt.* 47. *num.* 176. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 73. *Vermigl. conſ.* 13. *num.* 15. & *conſ.* 74. *num.* 14. & *Ant. de Ball. tract. crimin. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 21.

Poſtremo quia cum adſint plures teſtes in proceſſu examinati, depo-
29 nentes neſcire cauſam carcerationis D. Inquiſiti reprobant teſtes deponentes de fama, illum fuiſſe carceratum pro complicitate in homicio Doctoris Auerardi, quia ſi de eo eſſet fama, etiam ipſi ſciuiſſent, cum eorum quæ publicè dicuntur ſcientia præſumatur, vt dixerunt *Farinac. de indit.* & *tortur. quæſt.* 47. *num.* 170. & *ſeq. Surd. conſ.* 151. *num.* 79. *lib.* 2. *Sperell. deciſ.* 91. *num.* 65. *par.* 1. *Rota deciſ.* 80. *num.* 56. *poſt* 1. *volum. conſ. Farinac.* & *deciſ.* 274. *num.* 12. *poſt ſec. vol. conſ. Farinac.*

Ex quibus apparet apertiſſimè, dict. D. Sebaſtianum eſſe in caſu ma-
30 nifeſto abſolutionis, & præcipuè ſtāte illius bona fama, quæ tollit contrariam famam, vt probant *Crau. Rolan. Gabr. Farinac Surd. Guazzin. Caren. Sperell. Paul. Rub. P. Delri.* & *Rota* per me adducti *in Reſolut. crimin. in verbo fama Reſol.* 5. *in princ.* ſed etiam
31 tollit omnia inditia ſaltem leuia contra illum exiſtentia, vt not. *Farin. conſ.* 10. *num.* 37. & 52. & *conſ.* 22. *num.* 32. & *conſ.* 40. *num.* 76. & *conſ.* 79. *num.* 22. *lib.* 1. & *P. Delri. diſquiſ. magic. lib.* 5. *ſect.* 3. *ver. quartum inditium*, & dixi *Ego allegat. foren.* 83. *num.* 28. & *allegat.* 85. *num.* 45. vbi alios retuli ita ſentientes.

Dictus D. Sebaſtianus, vt audiui, fuit abſolutus in Ciuitate Fori Sempronij per Iudicem cauſæ.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Clericus pro ſimplici homicidio an ſit condemnandus in pœnam vitæ, vel in pœnā extraordinariam, & in quibus caſibus ſit tradendus Curiæ Seculari, & quid ſi delictum ſit enorme, homicidium quando dicatur proditorium, Clericus ob dimiſſionem habitus, & tonſuræ quando amittat priuilegium clericale, & an poſſit illum reaſſumere poſt delictum, cætera habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro ſimplici homicidio non condemnatur in pœnam vitæ.*

2 *Clericus non traditur Curiæ ſeculari niſi in tribus caſibus.*

Fallit in homicidio qualificato proditionis, aſſaſinij, & ſimil. num. 3.

Contrarium tenent Doctores magis communiter, num. 8.

4 *Homicidium commiſſum in dormientem, dicitur proditorium.*

5 *Homicidium non dicitur proditorium, niſi quod ſit ſub velamine amicitiæ.*

Ratio affertur, num. 6.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 7.

9 *Opinio benignior eſt tenenda in pœnalibus.*

10 *Clericus in dubio non eſt tradendus Curiæ Seculari.*

11 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*

12 *Clericus ob dimiſsionem habitus temporalem non admittit priuilegium clericale.*

Et tantum illud amittit pro tempore, quo illud dimiſit, num. 13.

14 *Clericus poteſt habitum reaſſumere etiam poſt delictum ad effectum gaudendi priuilegio clericali.*

15 *Clericus an gaudeat priuilegio clericali ob dimiſſionem habitus eſt decidendum per Epiſcopum.*

CONSILIVM VI.

Excellentiſſime Domine: N. filius Vbaldi Gregorij de Caſtro Inſulæ fuſariæ Nucerinæ Diœceſis inquiſitus de
1 homicidio per eum commiſſo in perſonam N. filij Sebaſtiani Gregorij de eodem vti Clericus non poteſt condemnari pro ſimplici homicidio in pœnam ordinariam homicidij vitæ, ſed in aliam pœnam mitiorem, & ad ſummum triremium, vt tradunt *Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 759. per tot. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 46. num. 1. & 2.* vbi dicit, clericum pro quocumque crimine puniendum eſſe citra pœnam ſanguinis, *Farinac. de homic. quæſt. 119. num. 55.* vbi dicit, in Alma Vrbe ſeruari, quod Clericus pro homicidio voluntario tranſmittitur ad triremis ad tempus, ſeù in perpetuum iuxta qualitates homicidij *Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 110. num. 10.* & idem tradit *Guazzin. defen. 39. cap. 1. num. 4.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit, de anno

1604.

1604. ipſum euaſiſſe a pœna mortis quatuor Clericos de Regno Neapolitano, qui occiderant Archipræsbiterum, & Vicarium Foraneum dicti loci, & pluries illum condemnaſſe Clericos in pœnam extraordinariam pro homicidio, per eos commiſſo, vt ibi per eum *Vermiglol. conſ. 64. numer. 5.*

2 Clerici enim ratione dignitatis clericalis non traduntur Foro Seculari, niſi in tribus caſibus, nempè hæreſis, falſitatis commiſſę in litteris Apoſtolicis, & conſpirationis in proprium Epiſcopum, vt declarant *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 60. Farinacc. de inquiſ. quæſt. 8. num. 75. & ſequen. Guazzin. defen. 39. dict. cap. 1. num. 2.* declarando, vt ibi per eum, plenè *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 110. num. 11. & 12.* vbi quamplures dat concordantes, & ante eos ſcripſit *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 36. verſ. ſcias etiam &c.*

3 Quibus nullo modo nocet, quod prædicta non habeant locum in homicidijs qualificatis per Clericos commiſſis, puta in commiſſis proditoriè, per aſſaſinium, & ſimil. quia tunc poſſe Clericos Curiæ Seculari tradi, ſcripſerunt *Clar. in d. quæſt 36. verſic. pariter etiam, &c. Scac. de iudic. dict. lib. 1. cap. 11. num. 63. & ſeq. & Guazzin. dict. defen. 29. cap. 1. num. 6.* vbi alios dat concordantes; Quale videtur eſſe homicidium de quo agi-

4 tur, vti commiſſum in perſonam dormientem, vt ſupponitur, quod vocat proditorium *Pater Graſſettus in tractat. de nece prodit. §. 22. numer. 6.*

Quia obiectum euitatur duplici medio, & primò negando, dict. homicidium eſſe verè proditorium,

5 cum illud dicatur verè proditorium quando occiditur amicus, vel ille cui occiſor amicũ ſe frangebat, ita vt ille non deberet præcauere, vt tradunt, & declarant ex Neotericis *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 380. num. 40. & ſeq. par. 2. & cap. 619. num. 29. par. 4 Guazzin. defen. 1. cap. 38. num. 40. Farinac. conſ. 76. num. 7. lib. 1. & in append. de immun. Eccleſ. num. 143.* vbi receſſit ab opinione, quam prius tenuerat *de delict. & pæn. quæſt. 18. num. 36. Tres conſulentes apud Farinac. cnoſ. 168. numer. 71. & ſequen. par. 2.* vbi *Farinac. in addit.* dicit, ita pluries in Sacra Conſulta fuiſſe reſolutum, latè *Giurb. conſ. 60. num. 1. & ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. pragm. vnic. tit. 42. num. 10.* & hanc concluſionem latè comprobat quam pluribus authoritatibus, & rationibus allatis *Sperell. deciſ. 23. num. 10. & ſeq. par. 1.* vbi dicit contrarium tenentes intelligi de homicidio proditorio improprio, & largo modo, vt ibi per eum, & alij plures per me adducti *Reſol. crimin. in verbo homicidium, reſol. 5. num. 1.*

6 Cum præcipua proditionis qualitas ſit amicitia, *Gratian. d. cap. 380. num. 40. & dict. cap. 619. numer. 26. Giurb. dict. conſ. 60. num. 2. Vinc. de Franch. deciſ. 713. num. 15. & ſeq.* & alij Doctores ſupra adducti, qua ceſſante ceſſare proditorium, dixerunt *Plaz. Couar. Vincen. de Franch. Giurb. & Sperell.* per me relati *in dict. Reſolutio. quincta, numero primo, in fine.*

7 Quicquid ſubtilizando tenuerint plures Doctores, quos refert, & ſequitur *Pater Graſſett. de*

nece prodit. §. 9. *numer*. 4. *& ſequen*. *&* §. 10. *numer*. 16. *& latius* §. 16. *numer*. 8. *& ſequen*. contra quos adeſt opinio, magis communis, de qua ſupra.

8 Secundo quia dict. opinio non eſt vera, cum imò verior, & receptior ſit opinio, quod Clericus pro quocumque grauiſſimo crimine, præter tria ſupra excepta non ſit condemnandus in pœnam vitæ ordinariam, & confiſcationis bonorum, etiam in crimine aſſaſinij, & læſæ maieſtatis, ſed in extraordinariam tantum, vt poſt *Barba. Curt. Iunior, Rolan. Gigan. Clar. Salzed.* per eum relatos firmat *Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat*. 110. *numer*. 12 *&* 13. vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, communem, & ſequendam in praxi, quam pariter latè comprobat, & contrarijs reſpondet *Genuen. in pract. Eccleſi. quæſt*. 759. *verſ. verior igitur*, vbi dicit, hanc opinionem vti veriorem, & æquiorem eſſe ſequendam, vt ibi per eum; & non diſſentit *Farinacc. de inquiſit. quæſt*. 8. *numer*. 81. *verſ. Ego in hac, &c.* quando aliquod graue ſcandalum non immineret, vt ibi per eum.

9 Quibus eo magis locus eſſe debet, cum in dubio in pænalibus opinio mitior, & benignior ſit ſequenda *l. præſes*, 32. *ff. de pæn*. & tradunt *Farinac. conſ*. 30. *num*. 160. *& conſ*. 59. *numer*. 37. *lib*. 1. *Lazar. de blaſphem. quæſt*. 13. *num*. 40. Et in terminis no-
10 ſtris, quod Clericus pro ænormo delicto per eum commiſſo in dubio non ſit tradendus Curiæ Seculari, ſcripſerunt *Clar. in dict. quæſt*. 36. *verſ. pariter etiam, &c. Farinacc. de inquiſ. dict. quæſt*. 8. *numer*. 81. *verſ. Idemque Iudex &c. & Scacc. de iudic. dict. lib*. 1. *capitul*. 11. *numer*. 64. *in fine*.

11 De Clericatu autem dicti D. Inquiſiti conſtat ex illius dimiſſoria Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Nucerini *Rota apud Cardinal. Caualer. deciſ*. 483. *numer*. 2. *& deciſ*. 572. *numer*. 4. *& apud Gregor. XV. deciſ*. 78. *numer*. 5. *& in Aquilana iuris patronat*. 1. *Februar*. 1651. §. *Clericatus vero &c. coram Reuerend. Patr. Domino Meltio*, vbi aliæ recenſentur.

Non obſtante etiam, quod dictus N. Inquiſitus, vt ſupra, non
12 incederet in habitu, & tonſura, quia Clericus per dimiſſionem habitus non amittit priuilegium Clericale quando dimiſſio fuit temporalis ſine animo illud deſerendi, vt in caſu de quo agitur, vt tradunt *Alciat. conſ*. 90. *ſub numer*. 9. *lib*. 9. *Ricc. deciſ. Neapolit*. 154. *numer*. 4. *part*. 4. *& Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſal. lib*. 1. *capitul*. 39. §. 2. *numer*. 24. quos refert, & ſequitur *Rota in Piſauren. primogenit*. 16. *Ianuar*. 1651 *coram Eminentiſſimo Cerro*, §. *nihil vero &c.*

13 Imo Clericum per dimiſſionem habitus, & tonſuræ non dici amiſiſſe priuilegium Clericale, niſi reuocabiliter, & ſic pro tempore tantum, quo habitum non geſtauit, etiam ſi dimiſſio ſit diuturna, *ad tex. in capitul*. 1. *& in capitul. final. de vita, & honeſt. Cleric.* tenuerunt *Capra. reg*. 97. *numer*. 96. *& ſequen. & Sperell.* qui illum refert *deciſ*. 26. *numer*. 18. *& ſequen. part*. 1. vbi hoc latè comprobat, & bonis vtitur rationibus.

14 Itaut

14 Itaut Clericus poſſit habitum reaſſumere etiam poſt commiſſum delictum, & etiam ad effectum gaudendi priuilegio clericali, vt not. *Ricci. deciſ.* 177. *part.* 1. quem refert, & ſequitur *P. Diana, in Summa in verbo Clericus quò ad forum, num.* 6. *in fine, & deciſ.* 167. *part.* 2. quem refert, & ſequitur *Caren. reſolut.* 11. *numer.* 16. latè comprobans *Barboſ. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. dicto* §. 2. *numer.* 27. *& Sperell. dict. deciſ.* 26. *num.* 19. *& num.* 22.

15 In omnem autem caſum id venit dicendum per Epiſcopum, & interim eſt ſuperſedendum, *Rolan. conſ.* 4. *numer.* 20. *lib.* 1. *Lancell. de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *in præfat. numer.* 78. *Decian. tractat. criminal. lib.* 6. *cap.* 36. *numer.* 12. *Sperell. deciſ.* 8. *num.* 23. vbi quamplures dat concordantes, *& deciſ.* 17. *numer.* 15. *part.* 1. in quibus teſtatur de communi opinione, addo *P. Suarez de benefic. fidei catholic. libr.* 4. *cap.* 34. *numer.* 2. *& Maſcard. de probat. concluſ.* 689. *num.* 7. *& ſequen. volumin.* 2. vbi teſtatur de veriori, & tutiori opinione, *& D. Deluca in Theat. veritat. & Iuſtit. tom.* 3. *de foro compet. diſcuſ.* 64. *num.* 2.

Et ſecundum prædicta fuit iudicatum per Iudicem cauſæ, vt mihi relatum fuit.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

ARGVMENTVM.

Mandans quando poſſit inquiri non conſtito de mandatario, & an ſufficiat, quod de mandatario conſtet per coniecturas, mandatum ad delinquendum an præſumatur, ſeu ſit probandum, inimicitia vt faciat inditium an debeat eſſe capitalis, vel ſufficiat leuis, adminicula quando coadiuuent probationes, & inimicitia ex quibus actibus inducatur, Confeſſio extraiudicialis quomodo probetur, & quando faciat iuditium, facinoroſus vt quis dicatur, quid requiratur, allocutio ſecreta quomodo probetur, & quando faciat inditium, receptatio quomodo probetur, & quando faciat inditium, ratificatio delicti vt facta dicatur quid requiratur, alia habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandans inquiri non poteſt non conſtito de mandatario.*

Ratio affertur, num. 2.

Ita vt non ſufficiat conſtare de illo per coniecturas, ſed debeat plenè probari, numer. 3.

Quod tamen in practica non ſeruatur, num. 4.

Procedit quando mandans eſt contumax, ſecus ſi ſit præſens, num. 6.

5 *Practica vnius Curiæ non eſt trahenda ad aliam Curiam.*

7 *Confeſſio extraiudicialis probata per vnũ teſtem non releuat.*

8 *Accuſatore, vel fiſco non probante reus abſoluitur.*

9 *Mandatum ad occidendum non præſumitur, ſed debet probari.*

10 *Mandatum eſt quid facti.*

11 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

12 *Delictum non præſumitur, ſed illud debet probari.*

13 *Mandatum probatur ex pluribus inditijs, & præſumptionibus.*

14 *Inimicitia vt faciat inditium debet eſſe grauis, & capitalis.*

Et debet eſſe proportionata vindictæ ſequtæ, num. 15.

16 *Inimicitia vt faciat præſumi mandatum debet eſſe orta ex grauiſſima iniuria.*

17 *Inimicitia leuis a legibus non curatur.*

18 *Inimicitia non facit inditium contra Sacerdotem quotidie celebrantem.*

19 *Inimicitia naſcitur ex iniuria verbali.*

20 *Cauſa ex qua oritur inimicitia eſt plenè probanda.*

21 *Teſtis plures patiens exceptiones non eſt teſtis idoneus.*

22 *Adminiculari non poteſt quod non facit aliquem gradum probationis.*

23 *Adminicula non probantur, niſi per teſtes omni exceptione maiores.*
24 *Inimicitia non oritur ex iniuria, quam quis non reuocauit ad animum.*
25 *Inimicicia naſcitur contra faciente memorialia Superiori.*
26 *Inimicitiæ cauſa debet eſſe nota offenſo.*
27 *Confeſſio extraiudicialis non probatur per vnicum teſtem.*
Sed illa eſt probanda per duos teſtes numer. 28.
Qui debent eſſe omni exceptione maiores, num. 29.
30 *Inimicitia ex non ſalutatione præſumitur leuis.*
31 *Facinoroſus vt quis dicatur requiritur pluralitas delictorum.*
32 *Latro publicus non dicitur qui ſemel, vel bis in via publica furatus fuit.*
33 *Graſſator non dicitur qui ſemel, vel bis in via publica commiſit grauationem.*
34 *Amicitia eſt quid bonum, & ex ea non præſumitur malum.*
35 *Allocutio ſecreta eſt probanda per duos teſtes.*
36 *Mulier maximè pauper, & vilis non probat.*
37 *Allocutio ſecreta facit inditium ſolum quando eſt facta cum occiſore.*
Et quando delictum eſt ſequtum in continenti, num. 39.
38 *Allocutio cenſetur facta ad bonum finem.*
40 *Receptatio delinquentis facit inditium contra receptantem.*
Probata tamen ſcientia commiſsi delicti, alias ſecus, num. 41.
42 *Receptatio in dubio cenſetur facta ignoranter.*
Et ſufficit, quod receptator ſit dubius de delicto, num. 43.
44 *Teſtis depoſitio ob longam carcerationem præſumitur menticuloſa.*
45 *Teſtis qui plus depoſuit in ſecundo examine, quam in primo non probat.*
46 *Ratificatio delicti non inſurgit ex eo, quod quis lætatus fuerit de illo*
Maximè ſi fuerint oſtenſa etiam aliqua verba diſplicentiæ, num. 47.
Et niſi delictum fuerit commiſſum nomine ratificantis, num. 48.
49 *Fama debet probari per teſtes omni exceptione maiores.*
50 *Fama debet eſſe conſtans, ſollida, & inuariabilis.*
51 *Fama in dubio cenſetur orta poſt carcerationem.*
52 *Inditia contra Clericum debent eſſe grauiora, quam contra laicum*
53 *Fama bona tollit inditia leuia exiſtentia contra reum.*

CONSILIVM VII.

REuerendiſſime Domine: Ad: Reu. D. Angelus Maſciolus de Fabriano inquiſitus de mandato ad homicidium commiſſum diebus elapſis in perſonam q. Reu. D. Stephani Curati Villæ Caſaluenti Nucerinæ Diœceſis vt prætenditur per N. eius nepotem, & Cæſarem illius famulum dict. de cauſa inquiſitos venit abſquè
1 dubio abſoluendus ex duobus, & primò quia non conſtat de mandatarijs, & ſic de principali delinquente, quo caſu agi non poteſt contra mandantem, vt tradunt *Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 33. numer. 2. Farinac. de inquiſit. quæſt. 3. in princ.* vbi dicit, hanc concluſionem procedere nemine diſcrepante, *& conſ. 34. nu. 1. lib. 1. Giur. conſ. 91. num. 18. & conſ. 97. mum. 7. & ſequen. Vermigliol. conſ. 27. numer. 16. & conſil. 45. numer. 1.*

Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 9. num. 16. nouiſſimè *Zuffi. ſeu Cardin. Gualter. apud eum de legit. proc. crimin. lib. 1. quæſt. 66. num. 9. & ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe tritiſſimam regulam, & alij per me relati *Reſolut. crimin. in verbo Mandatum. Reſol. 6. in. prin.*

2 Mandatum enim tanquam quid accidens non poteſt ſtare ſine ſuo principali delinquente, & ſic mandatario, vt docent *Farinac. in d. quæſt. 3. num. 2. & Zuffi. d. quæſt. 66. num. 10.* & alij Doctores ſupra adducti, alias mandanti defenſio tolleretur, dum poſſet probare, delictum non fuiſſe commiſſum a pretenſo mandatario, ſed ab alio, nequè mandatarium de tempore delicti fuiſſe in alio loco, & ſimil. vt benè conſiderant *Farin. dict. quæſt. 3. num. 3. Giurb. dict. conſ. 97. numer. 8. Felic. allegat. 197. numer. 1. part. 2.* & alij Doctores ſupra relati.

3 Ita vt non ſufficiat de mandatario conſtare per inditia, & coniecturas, ſed de eo debeat conſtare plenè per teſtes, vel per confeſſionem ipſius mandatarij, non autem per illius contumaciam, vt docent *Hond. conſ. 107. num. 13. lib. 1. & conſ. 87. num. 145. & ſeq. lib. 2. Cartar. de execut. ſenten. capt. bann. cap. 1. num. 348. & ſeq. Farinac. conſ. 24. numer. 11. lib. 1. Giurb. conſ. 97. ſub num. 7. Vermigl. conſ. 79. numer. 6.* qui alios dant concordantes, & alij per me adducti *d. reſol. 6. num. 4.*

4 Quibus non obſtat, quod dict. concluſio in practica non ſeruetur, ſed ſufficiat conſtare de mandatario per præſumptiones, & coniecturas, vt teſtatur *Farin. de inquiſ. dict. quæſt. 3. ſub num. 5.* quia omiſſo quod d. pra-

5 ctica non eſt trahenda ad alias Curias, vt dicit *Cartar. de exec. Sent. cap. bann. d. cap. 1. num. 349.* quia inquam,

6 illa habet locum quando mandans eſt contumax, quando vero eſt præſens, & carceratus, vt in caſu noſtro, d. practica non habet locum, ſed vt poſſit procedi contra mandantem debet de mandatario plenè, & concludenter conſtare, vt benè declarat *Vermigl. d. conſ. 45. num. 2. & d. conſ. 61. num. 2. & ſeq.* & ita tenet etiam *Zuffi. ſeu Card. Gualter. apud eum dict. quæſt. 66. num. 32. & 33.* & dixi *Ego d. reſol. 6. num. 5. in fin.*

Non obſtante confuſione extraiudiciali dd. Inquiſitorum, de qua deponit Ioannes Alexandri, quia illa vti inditium remotum probata per vnum Teſtem nullum gradum proba-

7 tionibus conſtituit, vt infra latè demonſtrabo, maximè cum dict. Teſtis quamplures patiatur exceptiones, vt pariter infra dicetur, & in terminis tradit *Farin. conſ. 102. num. 31. lib. 1.* & in terminis pariter confeſſionis extraiudicialis not. *Vermigl. conſ. 394. num. 6. 7. & ſeq.* & hoc ſolum motiuum eſt per ſe ſufficiens pro obtinenda abſolutione dict. D. Angeli Inquiſiti.

Secundo principaliter dict. D. Angelus venit abſoluendus ex vulgata

8 regula, quod accuſatore, vel fiſco non probante reus eſt abſoluendus, de qua in *l. qui accuſare, 4. C. de eden.* quam exornant *Farin. in fragm. crim. littera A. num. 26. Vermigl. conſ. 6. num. 14. & conſ. 386. num. 1. Barboſ. axiom. 10. num. 2. in fin.* Ita ut reo ſufficiat ſimpliciter delictum negare, *Guazzin. defenſ. 29. cap. 1. numer. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 36. num. 1. & ſeq.*

& ſeq. lib. 1. Scacc. de iudic, lib. 1. cap. 93. num. 3.

9 Quod quidem apertè demonſtratur quia mandatum ad delinquendum non præſumitur, ſed illud venit omninò probandum per fiſcum, vel accuſatorem, vt tradunt *Farin. de conſul. & mandat. quæſt. 134. num. 68. Andreol. contro. 149. num. 3. Ciriac. contro. 106. num. 23. Vermigliol. conſ. 171. num. 14. & Rota deciſ. 29. num. 2. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* & alij plures per me adducti *Reſol. crim. verbo Mandatum reſol. 1. in prin.*

10 Tum quia mandatum eſt quid facti, vt not. *Ceph. conſ. 652. num. 22. lib. 5. Card. Tuſc. pract. concl. littera M. concluſ. 32. num. 11. & Ciriac. controu. 356. num. 31.* facta autem non præſumuntur, *l. in bello, 12. §. facta ff. de capt. & poſtli. reuer. l. ſi emancipati, 9.*

11 *& ibi Iac. C. de collat.* latè *Barbo. axiom. 93. nu. 27.* nouiſſimè *D. Aloi. Manſſi. conſult. 22. num. 23.* Nec non quia de-

12 lictum non præſumitur, ſed illud debet probari *l. merito, 51. & ibi gloſ. ff. pro Soci. Farinac. de reo confeſ. & conuic. quæſt. 85. num. 1. & ſeq.* vbi dat concordantes quamplures *Ciriac. controu. 255. num. 25. & contro. 318. num. 8. Capic. Latro. deciſ. 13. num. 4. P. Graſſet. de nece prodit. §. 10. num. 38. Paul. Rub. de vallid. legal. cap. 16. num. 44. & Rota deciſ. 56. num. 9. poſt 1. vol. conſ. Farinac.*

Neque obſtat, quod dict. concluſio non habet locum tribus concurrentibus videlicet, inimicitia, allocutione ad aures, & delicto in continenti ſequto, vel prædictis ceſſantibus, prout verè ceſſant in caſu, de

13 quo agitur, concurrentibus tamen alijs equipollentibus inditijs, quæ adhuc mandatum præſumi faciunt, vt not. *Farinac. de conſult. & mandat. dict. quæſt. 134. num. 62. & conſ. 55. num. 47. & conſ. 102. num. 32. & ibi Adden. littera D. lib. 1.* & ante eum *Vulpell. conſ. 115. in princ. Crauet. conſ. 35. num. 4.* Quia ſimilia inditia equipollentia nullo modo concurrunt in caſu de quo agitur, vt ex infra deducendis manifeſte apparebit.

Et incipiendo ab inditio inimicitiæ prætenſæ inter D. Stephanum occiſum, & D. Angelum ſuper illa fi-

14 ſcus nullum poteſt facere iuridicum fundamentum, quia inimicitia; vt deſeruiat pro inditio debet eſſe grauis, & capitalis, vt tradunt *Farinac. de indit. & tortu. quæſt. 49. num. 89. & 108. Giurb. conſ. 13. num. 17. & conſ. 51. num. 7. Andreol. dict. contro. 149. num. 5. Vermigliol. conſ. 30. num. 5. & conſ. 199. num. 8.* nouiſſimè *P. Graſſet. de nece prodit. §. 33. num. 3. & 4.* & dixi *Ego in Reſol. crim. in verbo. Inimicitia, Reſol. 1. num. 1.*

15 Inimicitia enim, vt faciat inditium ad torturam debet eſſe proportionata vindictæ, ita vt de leui inimicitia leges non current, vt obſeruant *Farinac. conſ. 147. num. 32. lib. 2. Vermigliol. conſ. 15. numer. 14. & conſ. 27. num. 12. Guazzin. defenſ. 28. cap. 1. num. 6.* & dixi *Ego allegat. foren. 83. num. 15.*

Quod quidem eſt certiſſimum quando agitur de præſumendo man-

16 datum ad homicidium, vt in caſu de quo agitur, quia tunc non ſufficit, quod inimicitia ſit capitalis, ſed requiritur, quod illa ſit orta ex atrociſſima iniuria omninò corriſpondente vindictæ ſequtæ, vt probant *Farin. conſ. 147. num. 32. vol. 2.* vbi plures

dat

dat concordantes, *& Vermigl. conſ. 33. num. 18. & conſ. 35. num. 20. & conſ. 61. num. 9. & 10. & conſ. 82. num. 4.*

Inimicitia verò de qua deponunt teſtes informatiui inter D. Angelum Inquiſitum, & D. Stephanum occiſum vti orta ex leuibus altercationibus inter eos ſequtis, non ſolum non dicitur grauis, & atrox, vt ſupra, ſed
17 tantum dicitur leuis, & leuiſſima, de qua leges non curant, vt declarant *Marſil. in pract. §. diligenter, num. 69. Blanc. de indit. nu. 175. Farin. d. conſ. 147. numer. 28. lib. 2. & Vermigl. conſ. 30. num. 6. & conſ. 61. numer. 9. & Giurb. conſ. 51. numer. 3.* Maximè cum cauſa fuerit leuiſſima importans quantitatem quindecim baioccorum circiter, vt deponit Ioannes teſtis fieri *fol. 38. & ſeq.* quæ cum regulariter curari non ſoleant, ideo illa non inducunt inimicitiam *Blanc. de indit. numer. 130. Farinac. de indit. & tortu. quæſt. 49. numer. 13. Vermigl. conſ. 13. num. 11.* qui dant concordantes.

Quod eo magis eſt dicendum
18 ſi reus in Sacerdote quotidie celebrante, in quo omnem odium præſumitur remiſſum, & inimicitia nullum facit inditium, vti aduertunt *Farinac. de indit. & tort. quæſt. 49. numer. 113. Vulpell. conſ. 118. num. 19. Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 1. quæſt. 21. numer. 15. Guazzin. defen. 28. cap. 1. numer. 10. Ciriac. controu. 150. numer. 37. & contro 488. numer. 50. Vermigl. conſ. 27. numer. 13. & conſ. 225. num. 11.* vbi loquitur de Sacerdote, qui quotidie celebrat, cum quibus pertranſit *P. Graſſet. de nece prodit. §. 13. numer. 12.*

Quibus in nihilo nocet, quod D. Stephanus occiſus iniuriauerit os Angelum in d. contentione ſequta inter eos occaſione mortuarij vocando il-
19 lum *Razza triſta*, ex quo dici poteſt inducta inimicitia, vt dicit *Farinac. de indit. & tort. d. quæſt. 49. num. 38. & ſeq.* vbi dat concordantes.

Quia de hoc non conſtat legitimè, cum de dict. verbis non diſponat niſi
20 Ioannis Thomæ de Caſaluento, cauſa autem ex qua oritur præſumptio inimicitiæ probari debet concludenter per duos teſtes, alias non dicitur probata inimicitia, vt declarant *Farinac. de indit. & tortur. dict. quæſt. 49. num. 131. & Carena de Offic. S. Inquiſ. part. 3 tit. 10. num. 95.* Maximè cum dict. Teſtis ſit pauper, vilis, exercens artem lanionis, & malæ famæ, vt
21 benè probant teſtes defenſiui, Teſtis autem plures patiens exceptiones licet non ſufficientes vti ſingulæ ad repellendum teſtem, illum omninò a teſtificando repellunt, vt probant *Menoch. Vulpell. Farinac. Guazzi. Cancer. Ciriac. Vermigl. & Andreol.* in locis per me adductis *Reſol. crimin. in verb. Teſtes quò ad perſonam Reſol. 25. num. 1. & ſeq.* cum quibus pertranſit *Card. Tuſch. pract. concl. littera I. concl. 218. num. 1. & ſeq.*

Non obſtantibus depoſitionibus D. Beſaniæ, & D. Magdalenæ, ex quarum depoſitionibus videtur adminiculari depoſitio d. Ioãnis Thomę quia conſtantibus ſupradictis exceptionibus ipſe omninò a teſtificando repellatur, vt tradunt Doctores ſupra proximè adducti, inter quos *Menoch.* dicit ſufficere duos defectus *de arbitr. Iudic. caſu 99. num. 7.* adminicula nihil operantur ex Regula quod nul-
22 lum eſt adminiculari non poteſt, vt

docent

docent *Farinac. conſ.* 10. *num.* 16. *lib.* 1. *& Rota deciſ.* 558. *num.* 3. *par.* 2. *recen.* Cum vt adminicula operentur debeat præcedere aliquis gradus probationis, ſui coniugi poſſint, vt declarant *Farinac. dict. conſ.* 10. *num.* 16. *lib.* 1. *& conſ.* 120. *num.* 32. *volum.* 2. *Vermigl. conſ.* 266. *num.* 5. *& Rota dict. deciſ.* 558. *num.* 3. *par.* 2. *rec. & deciſ.* 274. *num.* 14. *poſt ſecun. vol. conſ.*
23 *Farinac.* Maximè cum adminicula non probentur, niſi per teſtes omni exceptione maiores, quales non ſunt mulieres, vt probant *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 18. vbi hanc opinionem latè comprobat, & dicit, contrariam opinionem eſſe falſam *Menoch. de præſump. lib.* 1. *quæſt.* 91. *num.* 5. *&* 6. vbi dicit, hanc opinionem eſſe probabiliorem, & illam eſſe veriorem, & probabiliorem, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum teſtatur *Farinac. de indit. & tort. quæſt.* 37. *num.* 28. *& conſ.* 22. *num.* 7. vbi teſtatur de veriori opinione, *Ciriac. dict. contr.* 106. *numer.* 44. & alij per me adducti *Reſolut. crim. in verbo Adminicula Reſol.* 1. *num.* 2.

Secundo quia quatenus de dicta iniuria conſtaret, D. Angelus illam
24 ad animum non reuocauit, vt patet dum illam non reiecit iniuriantem mentiendo, ſed tanquam bonus Sacerdos ſubiunxit tantum verba pacifica dicens *Io ſono conoſciuto*, quo caſu ex iniuria non deſumitur præſumptio inimicitiæ, vt probat *Farinac. in d. quæſt.* 49 *num.* 45. *& Vermigl. conſ.* 159. *numer.* 11. qui dant concordantes.

Sicuti etiam in nihilo eſt attenda cauſa inimicitiæ ex eo, quod D. Stephanus fecerit contra D. Angelum
25 memorialia, ex quo inter eos videtur inſurgere inimicitia, vti aduertit *Capic. Latro deciſ.* 90. *num.* 5. *par.* 1.
26 Quia vt dict. cauſa operetur debet eſſe nota dict. Inquiſito, vt not. *Farinac. de indit. & tortur. d. quæſt.* 49. *num.* 96. *& conſ.* 127. *num.* 7. *& conſ.* 130. *num.* 6. *& conſ.* 147. *num.* 24. *& Vermigl. conſ.* 15. *num.* 11. *& conſ.* 30. *num.* 12. *& conſ.* 38. *num.* 8. De qua ſcientia non conſtat, niſi ex depoſi-
27 tione Ioannis Alexandri, qui vti vnicus non probat in aliquo confeſſionem extraiudicialem D. Angeli, vt docent *Oſaſch. deciſ. Pedem.* 79. *num.* 29. *Farinac. conſ.* 112. *num.* 15. *lib.* 2. *Guaz. defen.* 32 *cap.* 34. *nu.* 13. *Baiar. ad Clar.* §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 122. vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi dict. teſtis depoſuerit in tortura, vt ibi per eum, *& Paul. Rub. de teſt. quæſt.* 23. *num.* 82.

28 Cum confeſſio extraiudicialis vti inditium remotum probanda ſit per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore, *Farinac. de teſti. quæſt.* 64. *num.* 145. vbi reprobat contrarium tenentes, & dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, *& de reo confeſ. & conuict. quæſt.* 82. *num.* 44. *& ſequen. Guazzin. defen.* 32. *cap.* 34. *num.* 13. *Cabal. reſol. crim. caſu* 81. *in prin. Caren de offic. S. Inquiſ. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 63. *Cirlac. contro.* 171. *num.* 25. *Rube. de teſt. quæſt.* 23. *num.* 83. *Vermigl. conſ.* 13. *num.* 18. *& conſ* 299. *num.* 9. & dixi *Ego alleg. foren.* 88. *num.* 9.

Quod eo magis eſt dicendum cum dict. Ioannes ſit pauperrimus, ruſticus, & vilis perſona, vt teſtantur teſtes defenſiui, ita vt compatiatur plures exceptiones omnino repellitur a teſtificando, etiam ſi dict. exceptio-

ptiones vti ſingulæ id operari non poſſent, vt tradunt *Menoch. Vulpell. Farinac. Guazzin. Cancer. Ciriac. Vermigl. & Andreol.* nec non *Card. Tuſch.* relati ſupra *num.* 21. Maximè cum teſtes deponentes de confeſſione ex-
29 traiudiciali eſſe debeant omni exceptione maiores, *Rolan. conſ.* 57 *num.* 34. *lib.* 4. *Turrett. conſ.* 62. *num.* 4. *lib.* 1. vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt.* 82. *num.* 46. *& conſ.* 70. *num.* 43. *lib.* 1. *& conſ.* 115. *numer.* 24. *& conſ.* 193. *num.* 18. *&* 38. *& num.* 47. *libr.* 2. *Guazzin. defenſ.* 32. *cap.* 34. *num.* 14.

Prout neque contrarium ſuadet cauſa inimicitiæ deducta ex non ſa-
30 lutatione, quia ex illa non præſumitur inimicitia capitalis, ſed tantum leuis inimicitia, vt not. *Marſil. in pract.* §. *præterea, num.* 12. *& numer.* 55. *& ſeq. Maſcard. de probat. concluſ.* 898. *num.* 42. *iuncto, num.* 25. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur *Farinac. de indit. & tortur. dict. quæſt.* 49. *num.* 56. *& conſ.* 138. *num.* 6. *& conſ.* 193. *num.* 44. *lib.* 2.

Aliud inditium quod prætenditur contra d. D. Angelum ex retentione per eum facta hominum facinoroſorum deficit omninò in facto, cum ex proceſſu non conſtet de dict. qualitate, ſed tam Carolum famulum, quam Ioannem Mariam vnicum tantum commiſiſſe delictum, & ideo illos di-
31 ci non poſse facinoroſos, cum vt quis dicatur talis requiratur pluralitas delictorum, & vnum nullo modo ſufficiat, vt not. *Maſcard. de probat. concl.* 838. *num.* 11. *&* 12. *volum.* 2. *Ceph. conſ.* 28. *num.* 4. *lib.* 1. *Claud. ad Bertaz. conſ.* 213. *numer.* 4. *littera D. verſ. ſed quod ſaltem &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *& Farinac. de delict. & pœn. quæſt.* 23. *num.* 16. *& ſeq.* vbi dicit, requiri ad dict. effectum fuiſſe commiſſa ſaltem duo alia delicta, & teſtatur de magis communi Doctorum opinione.

32 Prout videmus non dici latronem publicum qui ſemel, vel bis in via publica furatus fuit, vt teſtantur *Guazzin. defenſ.* 1. *cap.* 38. *numer.* 34. *Giurba conſ.* 90. *ſub num.* 12. *Sperell. deciſ.* 103. *numer.* 27. *par.* 2. *Vermigl. conſ.* 270. *num.* 1. & ante eos *Farinac. de furt. quæſt.* 167. *numer.* 48. & dixi *Ego Reſol. crim. in verb. furtum reſol.* 14. *num.* 1.

33 Et non dicitur graſſator qui ſemel, vel bis in via publica commiſit graſſationes, ſed requiritur frequentia actuum, *Farinac. de furt. d. quæſt.* 167. *num.* 87. *Sperell. d. deciſ.* 103. *num.* 27. vbi dicit, ita Romæ fuiſſe reſolutum, *Guazzi. d. defen.* 1. *cap.* 38. *num.* 36. *Giurb. d. conſ.* 90. *num.* 12. *P. Diana in ſumma in verb. Immunitas Eccleſiaſtica quò ad delicta, num.* 31. & alij per me relati *in dict. Reſolutione* 14. *num.* 4.

34 Inditium vero deſumptum ex amicitia cum D. Paulo neſcio quo nitatur fundamento, cum amicitiæ nomen ſonet in bonum, vt dicit *Natt. conſ.* 298. *num.* 4. *lib.* 2. *& Carol. de Graſ. de effect. amic. num.* 17. ex actu vero bono nulla deſumi poteſt ſiniſtra ſuſpicio ad malum, vt dicit *Farinac. de indit. & tort. quæſt.* 37. *num.* 8. & dixi *Ego allegat. foren.* 94. *num.* 29. & ſentiunt etiam *Natt. & Carol. de Graſſ. vbi ſupra.*

Et eiuſdem farinæ eſt aliud inditium quod deſumitur ex allocutione

ſecuta

ſecuta cum d. D. Paulo ex pluribus,
35 & primò quia de illa non conſtat, cum allocutio ſecreta vti iuditium remotum ſit probanda per duos teſtes; vt docent *Hond. conſ.* 96. *numer.* 42. *lib.* 1. *Farinac. conſ.* 37. *num.* 22. *lib.* 1. *& Vermigl. conſ.* 3. *numer.* 28. & dixi *Ego allegat. Foren.* 94. *numer.* 25.

In caſu verò de quo agitur non ſolum de illa deponit tantum D. Diano-
36 ra famula D. Pauli, & ſic eſt vnica, ſed vlterius vti mulier, pauper, & vilis conditionis nullum facit probationis gradum *Vulpell. conſ.* 12. *num.* 7. vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *Farinac. de teſt. quæſt.* 59. *numer.* 1. *& ſeq. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt.* 10. *numer.* 47. *Giurb. conſ.* 43. *numer.* 5. *Caball. reſolut. crim. caſu* 288. *num.* 64. *cent.* 3. Cum mulier dicatur mendax, fallax, doloſa, periura, mutabilis, & varia, vt dicit *Farinac. d. quæſt.* 59. *num.* 4. nec non *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 154. *numer.* 5. *& ſeq.* & ante eos *Tiraq. de legi. connub. leg.* 9. *numer.* 49. *& ſeq.* & cum d. mulier patiatur plures exceptiones, ita vt omninò repellatur a teſtificando, vt probaui *ſupra numer.* 21.

Secundo quia quatenus de dicta allocutione conſtaret, ex illa aliqua ſiniſtra ſuſpicio elici poſſet, quando
37 illa facta fuiſſet cum illis, qui D. Stephanum occiderunt, in quibus terminis loquuntur *Boſſi. Maſcard. Decian. Hond. Farinac. Giurb. Andreol. Caren. Ciriac. Vermigl. & Zuffi.* per me adductis in *Reſol. crim. in verbo Mandatum*, *Reſol.* 1. *num.* 9. non autem dum fuit facta cum D. Paulo, qui non occidit in quibus terminis nullum Doctorem inueni dictam coniecturam ponderantem.
38 Maximè cum alloqutio in dubio cenſeatur facta ad bonum finem, non autem ad malum; vt probat *Vermigl. conſ.* 43. *num.* 8. *& conſ.* 46. *num.* 16. *& conſ.* 61. *n.* 18. *& conſ.* 83. *num.* 9. in quibus dat concordantes, & cum dict. D. Paulus ſit Sacerdos, & Curatus, qui habet præſumptionem pro
39 ſe, *cap. abſit,* 11. *quæſt.* 3. & ſcribit *Farin. conſ.* 25. *num.* 46. *lib.* 1. benè *Thom. deciſ. Marth.* 121. *num.* 55. & cum homicidiũ in continenti non ſit ſequtum, ſed poſt quindecim dies ab illa, vt patet ex proceſſu, & docent *Farinac. de conſult. & mandat. quæſt.* 134. *num.* 63. *Vermigl. conſ.* 61. *num.* 13. *Hond. conſ.* 87. *num* 42. *& ſequen. vol.* 2 volentes illam non eſſe attendendam ſequto delicto poſt tres dies, vt ibi per eos.

Neque pariter vlla poteſt inſurgere ſiniſtra ſuſpicio contra d. D. Angelum de mandato ad homicidium ex eo, quod poſt prætenſum homici-
40 dium ſequtum in perſona D. Stephani receptauerit in Abbatia S. Emiliani dd. Io: Mariam, & Carolum de dicto homicidio imputatos, ad not. *per Farinac. de conſul. & madat. quæſt.* 133. *num.* 25. vbi concordantes, Quia hoc
41 non habet locum, niſi probata ſcientia plenè, vel ex notorietate de delicto commiſſo per receptatum, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3 *num.* 50. *verſ. aduertendum tamen &c. Menoch. de arbitrar. caſu* 348. *num.* 15. *& in additt.* 161. *num.* 4. *Gabr. conſ.* 168. *num.* 3. *& conſ.* 169. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 2. *Decian. tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 70. plenè *Farinac. de conſul. & mand. quæſt.* 133. *num.* 103. vbi quamplures dat concordantes more ſuo, *Laderch. conſ.* 204. *num.* 1. *& 2.*

& 2. *Baiar. ad Clar. quæſt.* 90. *numer.* 36. & *ſequen.* & *Vermigl. conſ.* 394. *numer.* 4. vbi alios adducit ita ſentientes.

42 In dubio autem receptatio præſumitur facta potius ignoranter, quam ſcienter, *Ant. Gomez variar. reſol. dict. cap.* 3. *num.* 30. *in fin. Menoch. in addit. ad dict. caſum* 348. *num.* 5. *Oſaſch. conſ.* 65. *num.* 44. *Gabr. d. conſ.* 168. *num.* 5. *lib.* 2. *Turrett. conſ.* 8. *num.* 9. & *ſeq. lib.* 2. vbi teſtatur de communi opinione *Decian. tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 70. *in fine*, plenè *Farin. de conſult.* & *mandat. dict. quæſt.* 133. *num.* 111. vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Vermigl. conſ.* 394. *num.* 4. qui alios pariter dat concordantes, & dixi *Ego allegat. Foren.* 96. *num.* 17.

43 Itaut ſufficiat ad excludendam dictam præſumptionem orientem ex receptatione, quod receptator ſit dubius, *Farinac. conſ.* 32. *num.* 3. *lib.* 1. *Vermigl. dict. conſ.* 394. *num.* 12. qui dant concordantes, Maximè cum dicta receptatio facta fuerit patenter, & ſic bona fide credens illos non eſſe delinquentes, & ſic non doloſè, ad not. per *Farinac. dict. quæſt.* 133. *num.* 53. & per *Vermigliol. dict. conſ.* 394. *num.* 5. & ante ſequutum bannum, quo caſu eo magis veriſimilis eſt ignorantia delicti, vt not. Doctores ſupra adducti.

Quibus non nocet in aliquo prætenſa confeſſio extraiudicialis d. Inquiſitorum facta, vt prætenditur dict. D. Angelo de homicidio per eos cõmiſſo in perſonam D. Stephani ex duobus, & primo quia illa non probatur legittimè in proceſſu, cum Ioãnes Alexandrij, qui de illa deponit ſit teſtis vnicus non habens conteſtem; confeſſio autem extraiudicialis eſt probanda per duos teſtes conteſtes, vt probant *Farinac. Guazzin. Caball. Caren. Ciriac. Rub.* & *Vermigl.* relati *ſupra num.* 28. eſt pauper, & vilis confeſſio autem extraiudicialis probari debet per teſtes omni exceptione maiores, vt not. *Rolan. Turrett. Farinat.* & *Guazzin.* relati *ſupra num.* 29. depoſuit tædio longę carcerationis nempè viginti dierum circiter, &

44 ſic illius depoſitio dicitur meticuloſa, & non attenditur, *Farinac. conſ.* 193. *num.* 3. *Vermigl. conſ.* 33. *numer.* 15. & *conſ.* 74. *num.* 6. & *conſ.* 143. *num.* 19. Poſtremo quia in legittimatione proceſſus fuerunt excepti teſtes mortui, vel abſentes, ipſe vero teſtis fuit abſens, & non repetitus; & ideo vti non legittimatus per eius non repetitionem nihil probat, *Farinac. conſ.* 76. *num.* 1. & *ſeq.* & *conſ.* 168. *num* 39. & *ſeq. Vermigl. conſ.* 90. *num.* 5. & *conſ.* 114. *num.* 4. *Zuffi. de legitt. proc. crimin. quæſt.* 130. *in princ. Guazzin. defenſ.* 25. *cap.* 1. *num.* 11. & 12. & alij per me relati *Reſol. crim. in verbo Teſtes quo ad dicta Reſolut.* 2. *num.* 1. & *ſeq.* Vlterius eſt varius, vt patet ex illius depoſitione ibi *Io lo sò più di certo di quello, c'hò depoſto in Saſſo ferrato, perche ſono già diſpoſto di dire tutta la verità*, vnde in illius primo examine illã integrè non dixerat, & ideò

45 cum plus depoſuerit in ſecundo examine, quam in primo ſi non dicitur falſus, tamen non probat, vt poſt *Tind. Nell. Crot. Boſſi.* & *Clar.* per eum adductos firmat *Farin. conſ.* 147. *num.* 37. *lib.* 2.

Secundo non obſtat dict. inditium deſumptum ex dict. receptatione, etiam

etiam ſi de delicto ex dict. extraiudiciali confeſſione dict. Inquiſitorum conſtaret, vt benè comprobat in puncto *Vermigl. dict. conſ. 394. num. 6. 7. & ſeq.*

Inditium verò deſumptum ex ratificatione delicti facta, vt prætenditur per D. Angelum, de qua deponit dict. Ioannes Alexandri eſt prorſus iuuaſſe ex pluribus, & primo quia ob tot exceptiones, quas dict. Teſtis patitur in perſona, & in dicto, quas ſupra proximè deduxi, quas hic inaniter non repeto; nullam facit pro-
46 bationem, Secundò quia ratificatio delicti non dicitur facta ex eo, quod quis audito delicto oſtendat aliqua ſigna dicto, vel facto complacentiæ, & lætitiæ, puta dicendo, quod ſibi placet, talem fueſſe occiſſum, vt in caſu de quo agitur, vt tradunt *Oſaſch. deciſ. Pedemon. 138. ſub num. 17. Natt. conſ. 499. ſub num. 5. & conſ. 493. numer. 11. & conſ. 595. num. 15. Tiber. Decian. tractat. criminal. lib. 9. capitulo 38. numero ſeptimo* benè *Farinacc. de conſult. & mandat. quæſt. 135. numer. 64.* vbi alios dat concordantes.

47 Quod quidem eſt certiſſimum in caſu de quo agitur ex verbis ſubſequentibus D. Angeli ibi, *Mà non già che sij ſtato tradito così malamente, e ſe ſete ſtati voi altri bricconi ſaltate fuori dell' Abbatia*, vt tradunt *Natt. dicto conſ. 499. num. 5. circa medium Farin. conſil. 104. numer. 15. libro primo, & de conſult. & mandat. quæſt. 135. num. 66.*

48 Tertiò quia ratificatio nunquam cenſetur inducta niſi ſit facta de actu geſto nomine ſuo, & quod ſit ratificatus vti geſtus nomine ſuo, vt benè declarat *Natt. dict. conſ. 499. num. 5. & conſ. 495. num. 14.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. final. quæſt. 87. numer. 5. Hond. conſ. 96. numer. 58. libr. 2.* vbi dicit ita communiter tenere Doctores, *Farinac. conſ. 104. numer. 18. lib. 1. & de conſult. & mandat. quæſt. 135. num. 85.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *& iterum conſ. 225. num. 22. libr. 3.* cum quibus pertranſit *Vermigliol. conſil. 70. numero decimoſecundo.*

Vltimum verò de fama non meretur allegari, quia omiſſo, quod deficiunt omnia requiſita ad famæ probationem, quæ recenſentur per *Farinac. de indit. & tortur. quæſt. 47. per tot.* vbi dicit, numquam vidiſſe proceſſum, in quo fama fuerit legittimè probata, & quod ideo non reperitur deterior teſtis quam fama, ſufficiat adducere quod teſtes de fa-
49 ma deponentes debent eſſe omni exceptione maiores, vt teſtantur *Rolan. Maſcard. Simon de Præt. Farinacc. Scac. Ciriac. Caren. & P. Delr.* per me relati *in Reſolut. criminal. in verbo fama Reſolut. 3. num. 4.* In caſu verò de quo agitur de fama deponunt ſolum quatuor teſtes, quorum duo ſunt mulieres, videlicet D. Lucia, & D. Fauſtina, & duo homines videlicet Iacobus Felicis, & Silueſter Pauli, qui vltra exceptiones ſexus, vti laici, vel non admittuntur, vel non dicuntur teſtes omni exceptione maiores contra Clericum, vt dicit *Farinac. de teſtib. quæſt. 61. numer. 98.* licet poſtea, *numer. 119.* dicat hoc non procedere in probatione famæ contra Clericum, vt ibi per eum.

50 Secundo quia ſunt inter ſe varij , vt ex eis eſt videre , fama autem eſſe debet certa , conſtans , illeſa , & inuariabilis apud omnes , vt teſtantur *Ciriac. controu.* 488. *num.* 89. *Vermigliol. conſ.* 36. *numer.* 12. *& Sperell. deciſ.* 173. *num.* 37. *& Rota deciſ.* 335. *ſub numer.* 5. *parte ſecunda recentior.* Et poſtremo quia dum dict.
51 teſtes deponant de tempore ortus dict. famæ , illa præſumitur orta poſt carcerationem dict. D. Angeli, & poſt incohatum proceſſum , & ſic non venit attendenda , vt tradunt *Bart. Marſil. Farinacc. Caball. Hond. Vermigliol.* & alij per me relati *Reſolut. criminal. in verbo fama, Reſol.* 9. *num.* 5.

Ex quibus apparet ſatis manifeſtè , inditia coaceruata contra dict. D. Angelum eſſe talia , vt illius abſolutionem nullo modo retardare
52 valeant maxime cum ſimus in Clerico , quem inditia quæ alias laicos forte afficerent, certè non afficiunt, vt not. *Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 41. *numer.* 9. *& ſequen. Guazzin. defenſ.* 30. *cap.* 10. *numer.* 3. *Io: Franc. Leo. in Theſa. fori Eccleſ. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 106. *Graſſ. de effect. cleric. effect.* 14. *numer.* 11. & nouiſſimè *Scialo. in prax. torq. reos, capit. decimoterzo, num.* 47.

53 Et ſtante illius bona fama , quæ tollit inditia leuia , ſi quæ adeſſent contra dictum Inquiſitum , & omnem malam præſumptionem contra eundem, vt declarant *Vulpell. Merend. Hond. Farinac. & Pater Delrius,* per me relati *in Reſolut. criminal. in dict. verbo fama Reſolut.* 5. *in fin. & allegat. Foren.* 83. *num.* 28. *& allegat.* 85. *num.* 45.

D. Angelus Inquiſitus fuit abſolutus in Ciuitate Nucerinæ per Reuerendiſſimum D. Vicarium Illuſtriſsimi Epiſcopi dict. Ciuitatis de anno 1672.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

ARGVMENTVM.

Irregularitas quando incurratur tam ex homicidio voluntario, quam caſuali maximè ſi dabatur opera rei illicitæ, Iudex in foro externo an poſſit declarare quem irregularem ſine probationibus, Irregularitas an incuratur a conſanguineo ob homicidium commiſſum in perſonam inimici ſine eius ſcientia, & participatione, & quid in ratificante homicidium eius intuitu commiſſum, ſententia contumacialis quãdo noceat tertio, & quando quis debeat ſe habere pro irregulari in vtroque foro.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas incurritur ex homicidio voluntario, & caſuali.*

Declara non procedere in homicidio caſuali propriè ſumpto, num. 2.

Etiam ſi quis daret operam rei illicitæ, num. 3.

Licet contrarium teneant alij, numero 4.

5 *Iudex in foro externo non debet condemnare quem irregularem ſine ſufficienti probatione, & num. 21.*

Itaut ad dictum effectum non ſufficiant probationes æquiuocæ, numero ſexto.

7 *Quæ ſunt extra acta ſunt extra mundum.*

8 *Suppoſito deficiente deficit diſpoſitio.*

9 *Irregularitas, vt oriatur ex homicidio caſuali debet præcedere aliquod factum illicitum, ex quo cogitari poſſit ſequuturum eſſe homicidium.*

10 *Irregularitas ex delicto non incurritur ſine peccato mortali.*

11 *Irregularitas non intrat contra conſanguineum ob homicidium commiſſum per conſaguineum contra eius inimicum, ſine illius ſcientia.*

12 *Beſtialitas vnius conſanguinei non debet nocere alteri.*

13 *Ratificans homicidium illius intuitu factum non incurrit irregularitatem.*

Licet contrarium teneant alij Doctores, num. 14.

15 *Ignorantia probabilis excuſat ab irregularitate ex delicto.*

16 *Sententia contumacialis non probat contra tertium.*

17 *Sententia contra mandatarium non nocet mandanti.*

18 *Spontanea comparitio eſt magni innocentiæ ſignum.*

19 *Irregularem debet quis ſe habere in dubio facti in vtroquè foro.*

Declara vt num. 20.

22 *Irregularitas vti odioſa reſtringi debet.*

23 *Iniuria facta vni conſanguineo cenſetur facta alteri.*

CONSILIVM VIII.

1 REuerendiſſime Domine. Fateor equidem irregularitatem tam ex homicidio voluntario, quam ex caſuali incurri poſſe ex *Bonacc. de irregularit. diſput. 7. quæſt. 4. punct. 7. in princ. & ex P. Diana. in Summa in verbo Irregularitas ex homic. num. 1.* abſtrahendo ab homicidio, caſuali
2 propriè ſumpto, ex quo irregularitas non incurritur cum talis euentus cogitari non potuerit, vt declarant *Farinac. de homicid. quæſt. 126. numer. 57. & in fragmat. criminal. littera I. in verbo Irregularitas, numer. 524. Maiol. de irregularit. libr. quincto capit. 48. §. tertio, numero primo, Pater Laiman. in Theolog. moral. ſect. quincta, tractat. 3. parte 3. capit. 10. numero primo, & Bonacc. de irregularit. diſputat. 7. quæſtione quarta, puncto ſeptimo, numero ſecundo*, vbi dat concordantes; & ante eos ſcripſerunt *Abb. & Felin. in capit. exhibita, 22. de homicid.* & dixi *Ego in Reſolut. criminal. in verbo Homicidium, Reſol. 4. num. 3.*

3 Quod habere locum etiam ſi quis daret operam rei illicitæ, cum etiam comparatione illicitè operantis homicidium fortuitum eſſe poſſit, ſi de tali euentu vel numquam in mentem venit cogitare, vel, & ſi cogitauerit, tamen morali certitudine ſibi perſuaſit, procul abeſſe periculum tenuerunt *Arragon. 2. 2. quæſtion. 64. arct. octauo, dubit. 2. Cordub. libr. 2. quæſtionarij, quæſt. 26. Sot. de iuſt. & iur. lib. quincto, quæſt. prima, arct. 9. Auil. de cenſ. part. ſeptima, diſput. ſexta, dub. primo, Sair. lib. 7. Theſaur. cap. quincto, num. 13. & Guttier. canon. quæſt. lib. 2. cap. 6. numer. 156.* quos refert, & ſequitur *Pater Laiman. in dict. ſect. 5. tract. 3. part. 3. capit. 10. num. 1.* benè comprobans.

4 Licet contrarium tenuerint *Couar. Silueſt. D. Thom. & Caiet.* in locis relatis per *Pater Laiman. dict. cap. 10. numer. 1.* cum quibus pertranſire videtur nouiſſimè doctiſſimus *Pilaia Aduoc. Roman. deciſ. Pontif. lib. 4. deciſ. 11. num. 7.*

Quod verò homicidium ſequtum in perſonam q. D. Stephani, etiam per Nepotem, & famulum D. Angeli Maſcioli ex inimicitia præcedenti ipſius D. Angeli cum D. Stephano dicatur caſuale, ita vt D. Angelus dicatur ex eo incurriſſe irregularitatem, hoc nullo nititur iuridico fundamento, ſiuè attendamus factum, ſiuè ius.

5 Dixi ſiuè attendamus factum, quia præſciendum eſt, Iudicem in foro externo neminem poſſe damnare de irregularitate ſine ſufficienti probatione, ex qua delictum dicatur moraliter certum, vt docent *P. Sanch. in Præcep. Decalog. libro primo, cap. decimo, numer. 39. in princ. Pater Vidal. in Inquiſ. Theol. in append. miſcell. inquiſ. 14. per tot. Mari. Anton. var. reſolut. lib. 3. cap. 16. numer. 18.* & dixi etiam infra *num. 11. & Rota deciſ. 80. numer. 19. part. vndecima re-*
6 *cent.* Ita vt non ſufficiant ad dictum effectũ probationes equiuocæ *Maiol. de irregularit. libro quincto, cap. 48. §. quarto, numer. 9. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 96. numer. 2. & 3. & dict. deciſ. 80. numer. 16. par. vndecima recent.*

In facto

In facto autem de quo agitur nullæ adſunt probationes contra dictum Dominum Angelum, in quibus dict. irregularitatis incurſio poſſit fundari, Et primo non in Inimicitia, ſuper qua fit fundamentum in motiuis, quia aut de illa non conſtat, aut eſt ita leuis, vt de illa leges non curent, vt late probaui *in conſ. præcedenti, num.* 14. *& quampluribus ſequen.* quæ hic breuitatis gratia non repeto.

Cum inimicitia in dicto caſu debeat eſſe capitalis, orta ex grauiſſima iniuria, reſpondent grauitati homicidij, non autem ſufficit inimicitia orta ex leuiſſimis cauſis, vt conſanguinei offenſi moueri potuerint ad occidendum inimicum, vt latè probaui *in conſil. præcedent.* hic pariter non repetenda, merito, &c.

Deficit etiam in facto aliud præſuppoſitum factum in motiuis, nempè rixa, & offenſio recepta per D. Angelum a dict. q. D. Stephano occiſo, tam ex qualitate illius, quam ex defectu probationis, vt pariter latè probaui *in conſ. præceden.* in hac cauſa reddito, *num.* 19. *& ſequen.* omninò reaſſumendo, de quibus neceſſe

7 eſt concludenter conſtare ex actis, ad notata per *Adden. ad Gregor. XV.* 224. *numer.* 6. *& per Rot. in Romana damnorum, vigeſima Iunij* 1640. *coram Reuerend. Patr. Domin. Roias*, §. *iniuſtitia vero*, *&c.* Deficiente autem ſuppoſito deficit diſpoſi-

8 tio, vt poſt *gloſ. Bart. Roman. Deci. Ripa, Ruin. Socin. Iun. Rolan. Cephal. Riminal. Iunior. & Betti.* per eum adductos; firmat *Surdus conſil.* 150. *numer.* 78. *volum. primo, & conſil.* 385. *numer.* 27. *libro tertio*.

Et eadem quidem reſultat diſpoſitio ſi attendamus iuris diſpoſitio-

9 nem, nam vt ex homicidio caſuali oriri poſſit irregularitas requiritur, quod præcedat aliquod factum illicitum ex quo Clericus, ſiuè alius cogitare debeat, homicidium ſequi poſſe, vt not. *Pater Dian. in Summa, in verbo Irregularitas ex homicid. numer.* 47. *in fin. & Sperell. deciſ.* 77. *num.* 13. *part.* 1. dicens ad incurrendam irregularitatem requiri factum, vel dictum directum ſufficiens ad deformationem hominis in-

10 de ſequtam, vt ibi per eum, Cum ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiratur peccatum mortale, vt poſt *Suarez, Vgolin. Valen. Auil. Latr. Coninch. Herinq. Filliuc. Regin.* & alios per eum relatos firmat *Bonacc. de irregularit. diſput.* 7. *punct.* 3. *numer.* 5. & nouiſſimè *D. Pilaia, deciſ. Pontif. lib.* 4. *deciſ.* 11. *num.* 7. In proceſſu vero non conſtat legittimè de aliquo actu poſitiuo, ex quo D. Angelus potuerit aliquo modo dubitare, ſequuturum eſſe dictum homicidium, vt ex apparet, merito, &c.

11 Et in terminis caſus noſtri, quod ſequto homicidio per conſanguineos, offenſi contra offendentem non conſtito de ſcientia, vel participatione conſanguinei offenſi nulla intret irregularitas manifeſtè ſcripſerunt *Specul. in titul. de diſpenſ.* §. *iuxta, numer.* 53. *tom.* 1. *Auila. de cenſur. par.* 7. *diſput.* 6. *ſect.* 4. *ad fin.* quos refert, & ſequitur *Farinacc. in fragmat. criminal. littera I. num.* 469. *in fin. part. ſecunda*, referendo Doctores contrarium tenentes loqui,

quando qui recepit iniuriam habuit ſcientiam, illius conſanguineos velle occidere offendentem, & illos non prohibuit, alias ſecus, vt in caſu noſtro.

12 Beſtialitas enim vnius conſanguinei alteri conſanguineo nocere non debet, vt tradunt *Simon de Præt. conſ.* 15. *numer.* 39. *& ſequen. & num.* 75. *Guazzin. defenſ.* 32. *cap.* 30. *num.* 4. *& Giurb. conſ.* 91. *numer.* 29. *in fine*.

13 Imò non deſunt Doctores magni nominis volentes, quod ratificans homicidium eius intuitu factum non incurrat irregularitatem, inter quos fuerunt *Pater Tambur. in Decal. lib.* 6. *cap.* 4. §. 5. *numer.* 6. *Pater Laiman: in Theolog. moral. lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 4. *numer.* 6. vbi plures dat concordantes, *Henriq. in Summa, libr.* 14. *cap.* 16. *num.* 2. *ad finem iuncta, gloſ. littera A.* cum quibus pertranſit *Pater Graſſet. de nece prod.* §. 20. *num.* 35. & ante eum *Bonac. de irregul. diſput.* 7. *quæſt.* 4. *punct.* 8. *numer.* 42. vbi alios adducit ita ſentientes.

14 Licet contrarium tenuerint *Pater Comitol. reſp. moral. part.* 6. *quæſt.* 63. *&* alij apud *Leandr. quæſtion. moral. part.* 5. *tractat. ſecundo, diſputat.* 12. *quæſt.* 35.

15 Maximè cum ignorantia probabilis excuſet ab irregularitate ex delicto, vt poſt *Vgolin. Auil. Suarez Reginal. Coninch. Sanch. & Nauarr.* per eum adductos ſcriptum reliquit *Bonac. de irregular. diſput.* 7. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 4.

Quæ omnia redduntur certiora, cum non poſſimus verè aſſerere, homicidium commiſſum in perſonam D. Stephani fuiſſe commiſſum per nepotem, & famulum dict. D. Angeli, cum nullus ad ſit teſtis in proceſſu,

16 qui id de viſu affirmet, & ſententia deſuper lata contra eos vti contumacialis hoc non probet contra tertium non citatum, vt not. *Vermigl. conſ.* 58. *numer* 1. *& conſ.* 61. *numer.* 5. *& Rota deciſ.* 15. *numer.* 1. *poſt ſecun. vol.*

17 *conſil. Farinac.* & lata contra mandatarium non nocet mandanti, *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap.* 1. *num.* 348. *Farinac. conſ.* 24. *num.* 11. *ante finem, lib.* 1. *Vermigl. conſ.* 31. *numer.* 7. *& conſ.* 61. *numer.* 5. *Giurb. conſ.* 97. *num.* 7. Vti etiam ex pontanea conſtitutionem iam facta in iudicio dict. famuli D. Angeli apparere

18 dicitur, quæ dicitur magnum innocentiæ argumentum, *Farinacc. conſ.* 10. *numer.* 52. *& conſ.* 40. *numer.* 77. *lib.* 1. *& conſ.* 130. *numer.* 13. *libr.* 2. *Giurb. conſ.* 13. *num.* 22. *& conſ.* 37. *numer.* 29. vbi quam plures dat concordantes, *Caluin. de æquitat. libr.* 2. *cap.* 132. *num.* 33. *Carena reſol.* 122. *in fine*.

19 Nequè vllum poteſt fieri fundamentum, quod in dubio facti quis ſe debet habere pro regulari in vtroque foro ex cauſa homicidij, vt dicit *Pater Sanch. in Præcept. Decal. libr.* 1. *cap.* 10. *numer.* 42. vbi teſtatur de veriori opinione, quia dict. concluſio habet locum quò ad Cleri-

20 cum, qui in dubio facti debet ſe habere pro irregulari in vtroque foro, ita vt teneatur procurare diſpenſationem, vt in his terminis loquitur *Pater Sanch. in dict. cap.* 10. *numer.* 42. *& Doctores ab eo adducti* ſi benè aduertantur, & præcipuè *Nauar. conſ.* 6. *numer.* 2. *de homic. tom.* 2.

cum

cum ipſe ſit Iudex ſui ipſius, vt dicit *Pater Sanch. vbi ſupra* Non autem habet locum quò ad Iudicem, qui in dubio non debet aliquem iudicare irregularem, vt docent *Pacif. conſ. 96. numer.* 10. *lib.* 4. *Nauar.* qui loquitur in his terminis *d. conſ. 6. numer. 2. in tit. de homicid. tom. 2. Henriq. in Summa Theolog. moral. de irregular. lib.* 14. *cap.* 3. *numer.* 3. *Mari. Anton. variar. reſolut. lib.* 3. *reſol.* 16. *numer.* 18. & ipſe met *Pater Sanch. in dict. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 39. vbi dicit, quod Iudex in foro externo nequit abſque ſufficienti probatione, qua reddatur certo moraliter delictum, damnare de irregularitate, vt ibi per eum, & dixi ſupra, *num.* 9. *&* 10.

21

22 Cum enim irregularitas ſit odium iure humano impoſitum reſtringi debet ad caſum indubitatum, & iure expreſſum, vt declarant *Herinq. & Mari. Anton.* in locis proximè adductis.

Secundo quia prædicta locum forte habere poſſunt quandò dubium eſt, an homicidium ſit ſequtum ex culpa commiſſa per Clericum, eius conſilio, inſtigatione, facto, & ſimil. quæ nullo modo adaptari poſſunt caſui, de quo agitur, in quo de nulla culpa imaginabili D. Angeli conſtat, nec conſtare poteſt, ex ipſe potuerit cogitare, ſeqututum eſſe dict. homicidium; Suppono ego citra veri præiudicium, quod D. Angelus fuerit iniuriatus a D. Stephano occiſo, & quod inter eos adeſſet aliqua inimicitia, vnus eius conſanguineus, qui reputat iniuriam

23 propriam ex regula, quod iniuria facta vni conſanguineo cenſetur etiam facta alteri, vt tradunt *Hond. conſ.* 102. *numer.* 64. *lib.* 1. *Giurb. conſ.* 61. *numer.* 13. *& Paſcal. de patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 10. *numer.* 16. occidit iniuriantem, vt quotidie euenit, neſcio quo iure D. Angelo id valeat imputari, ita vt incurrat irregularitatem, dum non conſtat de aliquo dicto, vel facto id inferente, ita vt hoc prætendere mihi videatur eſſe contra omnia bona principia iuris, vt in ſimili conſiderat *Nauar. conſ.* 11. *numer.* 10. *& ſequen. in tit. de homic. tom.* 2. & tradunt *Specul. Auila, & Farinacc.* in locis adductis *ſupra num.* 11.

Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Nucerinus declarauit, D. Angelum nullam incurriſſe irregularitatem, & propterea non eſſe amplius moleſtandum dict. de cauſa de anno 1672.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Inquiri vt quis valeat de participatione ad homicidiũ an requirantur inditia ſpecialia de d. participatione, vel ſufficiant generalia puta inimicitia, & ſimilia, Inditium fugæ an per comparitionem dicatur purgatum, allocutio ſecreta quando faciat inditium contra alloquentem, mala fama quando operetur contra reum Inditium ſanguinis exeuntis ex cadauere ad præſentiam alicuius an veniat attendendum, Inimicitia capitalis inter aliquos ex quibus actibus dicatur inſurgere, fama bona quid operetur ad fauorem Inquiſiti, mulier an ſit teſtis idonea in criminalibus, & minor 20. anno, cætera habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore, vel fiſco non probante reus abſoluitur.*

Cum reo ſufficiat ſolum delictum negare, num. 2.

3 *Inquiri vt poſſit contra participem in delicto debent præcedere inditia ſpecialia ſuper participatione, & generalia non ſufficiunt.*

Ratio affertur, num. 4.

5 *Fugæ inditium purgatur per comparitionem rei.*

Etiam ſi reus aufugiſſet de manibus familiæ, num. 6.

7 *Alloutio ſecreta eſt probanda per duos teſtes.*

8 *Mulier pauper, & vilis non eſt idonea teſtis.*

9 *Mulier dicitur mendax, fallax doloſa, & mutabilis.*

10 *Mulier non eſt teſtis idonea ſi patiatur plures exceptiones.*

Ratio affertur, num. 11.

12 *Allocutio ſecreta afficit ſi ſit facta cum eo qui occidit, ſecus ſi cum alijs.*

Et quando delictum eſt in continenti ſequutum, num. 13.

14 *Fama ſine debitis requiſitis nihil operatur.*

Maximè ſi de illa non deponant decem teſtes, vel ſaltem ſeptem, num. 15.

16 *Fama debet eſſe vniformis, conſtans, illeſa, & non variabilis.*

17 *Teſtes deponentes nihil dici audiuiſſe reprobant teſtes deponentes de fama.*

18 *Minor 20. annis non admittitur ad teſtificandum.*

19 *Inditia leuia, dubia, & equiuoca non attenduntur.*

20 *Inditium ſanguinis exeuntis ex cadauere ad præſentiam alicuius eſt leuiſſimũ.*

21 *Inimi-*

21 *Inimicitia vt faciat inditium debet eſſe capitalis.*

22 *Inimicitia capitalis non probatur ex non ſalutatione.*

23 *Teſtes pro defenſione licet pauciores præferuntur teſtibus fiſci.*

24 *Teſtes habentes iuris communis diſpoſitionem pro ſe alijs præferuntur.*

25 *Clericus fungitur vice ferè duorum teſtium.*

26 *Inimicitia capitalis non inſurgit ex lite, quæ non eſt ſuper omnibus bonis.*

27 *Cauſa inimicitiæ debet eſſe ſufficienter probata.*

28 *Inimicitiæ inditium ceſſat ſequta pace.*

29 *Inimicitia non facit inditium contra Sacerdotem quotidie celebrantem.*

30 *Inimicitia facit inditium contra offenſum, non contra offendentem.*

31 *Fama bona tollit inditia leuia contra reum exiſtentia.*

32 *Spontanea comparitio eſt magnum innocentiæ ſignum.*

CONSILIUM. IX.

Reuerendiſſime Domine: Reu: D. Paulus Viuanus Curatus Villę Serucci Nucerinæ Diœceſis inquiſitus de participatione in homicidio commiſſo diebus elapſis in perſonam q. Reu. D. Stephani Curati Villæ Caſaluenti eiuſdem Diœceſis, vt prætenditur per Ioannem Mariam, & Ceſarem dict. de cauſa Inquiſitos, venit omninò
1 abſoluendus ex vulgata regula *l. qui accuſare, 4. C. de eden:* quod accuſatore, vel fiſco non probante reus eſt abſoluendus; quam exornant *Farinac. in fragm. criminal. littera A. numer. 26. Vermigl. conſ. 6. num. 14. & conſ. 386. numer. 1.* nec non *Barboſ. axiom. 7. num. 1.* Ita ut reo ſufficiat ſolum de-
2 lictum negare, & nihil teneatur probare pro parte ſua, vt firmant *Decia. conſ. 96 num 28. lib 3 Guazzi. defenſ. 29. cap. 1. num. 6. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 93. num. 3. verſ. ſi ſumus, &c.*

Quod vero pro parte fiſci, vel accuſatoris nihil fuerit probatum in proceſſu ad demonſtrationem prætenſæ participationis in dict. homicidio probatur manifeſtè, quia cum ipſe non inquiratur de mandato ad
3 homicidium, ſed ſolum de participatione in illo, vt poſſit procedi contra eum debent præcedere, inditia ſpecialia ſuper dict. participatione, & illius qualitatibus, ita vt ad dict. effectum non ſufficiant inditia generalia deſumpta ex inimicitia, & ſimilibus, vt docent *Farinac. de conſult. & mandat. quæſt. 129 num. 21. Guazzin. defenſ. 4. cap. 14. num. 7. & ſequen. Ciriac. contr. 106. numer. 33. & ſequen. & num. 71. Andreol. contro. 149. num. 1. & ſequen. Eugen. conſ. 76. num. 26. & 37.* & dixi *Ego allegat. Foren. 90. num. 10. & ſeq. & in Reſolut. crimin. in verbo Auxilium, Reſolut. 2. num. 1.*

4 Et ratio eſt, quia cum fiſcus in dicto caſu procedat contra participem in delicto non vti principalem in eo, ſed vti participem, ſi vult eum torquere neceſſe eſt, quod inditia reſpiciant ipſam participationem, vel tractatum, & quod illa ſint talia, quod verè, vel præſumptiuè apparere faciant de corpore participationis, vel tractatus, & nihil faciat inditium ſimplex inimicitiæ, & ſimil. vt benè declarant *Ciriac. dict. contr. 106. num. 33. & 34. Eugen. dict. conſ. 76. nu. 26. & 37. Andreol. dict. contr. 149.*

num.

num. 5. *in fin.* & alij Doctores ſupra adducti.

Amplectendo tamen pro clariori demonſtratione illius innocentiæ inditium fugæ dict. D. Pauli à Birruarijs, ſuper illo nullum poteſt conſtitui iuridicum fundamentũ, quia omiſſo quod ille receſſus D. Paulo non poteſt dici verè fuga, vt probaui *Ego in Reſolut. crimin. in verbo fuga, Reſolut.* 1. *num.* 4. Quia inquam illud

5 fuit omninò purgatum per ſpontaneam ipſius comparitionem in iudicio, vt tradunt *Clar. in pract.* §. *final. quæſt.* 21. §. *fuga delinquentis*, *Farinac. de indit. & tortu. quæſt.* 48. *numer.* 48. *Giurb. conſ.* 13. *num* 22. *Ciriac. controu.* 150. *num.* 43. *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 85. *Vermigl. conſ.* 3. *num.* 34. *& conſ.* 30. *numer.* 21. *& Ant. de Ball. tract. crimin. libr.* 1. *quæſt.* 15. *numer.* 4. qui dant concordantes quamplures.

6 Quod quidem habet locum etiam ſi ipſe aufugiſſet è manibus familiæ quia ſponte poſtea comparendo inditium fugæ optimè purgare dicitur, vt obſeruant *Plot. conſ.* 65. *num.* 24. *inter conſ. crimin. diuerſ. lib.* 1. *Farinac.* qui alios dat concordantes quamplures *de indit. & tortur. dict. quæſt.* 48. *num.* 49. *Gramm. conſ.* 42. *num.* 2. *& Duen. in reg.* 390. *in.* 4. *limit.*

Nequè vlla prorſus deſumi poteſt coniectura contra eundem ex prætenſa allocutione ſequta inter dict. Inquiſitum, & D. Angelum Maſciolum ex pluribus, & primò quia de illa non conſtat ex proceſſu, cum in-

7 ditium ſecretæ allocutionis dicatur inditium remotum, & ideo illud veniat probandum per duos teſtes, vt docent *Hond. conſ.* 96. *num.* 42. *lib.* 1. *Farinac. conſ.* 37. *num.* 22. *lib.* 1. *Vermigl. conſ.* 3. *num.* 28. & dixi *Ego alleg. Foren.* 94. *num.* 25.

In caſu verò de quo agitur non ſolum dict. allocutio ſecreta non eſt probata per duos teſtes, imò nequè per vnum, cum de illa deponat tan-

8 tum D. Dianora famula D. Pauli, quæ vti mulier, pauper, vilis, & non in totum ſanæ mentis, vt deponunt teſtes defenſiui; nullum prorſus facit probationis gradum, maximè de iure canonico, vt tradunt *Vulpel. conſ.* 12. *num.* 7. vbi teſtatur de receptiſſima opinione, latè *Farinac. de teſtib. quæſt.* 59. *num.* 1. *& ſeq.* benè *Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt.* 10. *num.* 47. & ante eos *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 24. *verſ. de iure autem, &c.*

9 Cum mulier dicatur mendax, fallax, doloſa, periura mutabilis, & varia, vt probant *Farinac. de teſtib. quæſt.* 59. *num.* 4. *Calui. de æquit. cap.* 154. *num.* 5. *& ſequen. lib.* 2. & ante eos *Tiraq. de legib. connub. leg.* 9. *num.* 49. *& ſequen. & Maſcard. de probat. concluſion.* 762. *numer.* 3. *& ſequen. lib.* 2.

10 Quæ concluſio nullam admittit dubitationem quando plures concurrunt exceptiones in muliere, licet non omninò vti ſingulæ illam reprobantes, vt in caſu de quo agitur, quia tunc nihil omninò probat, ita not. *Menoch. de arbitrar. caſu* 98. *num.* 15. *& caſu* 99. *num.* 3. vbi dicit ſufficere duas exceptiones tantum, *Farinac. conſ.* 16. *numer.* 23. *& conſ.* 40. *num.* 30. *& conſ.* 60. *num.* 15. *& conſ.* 78. *num.* 15. *lib.* 1. *Guazzin. defen.* 29. *cap.* 3. *ſub num.* 9. *Ciriac. controu.* 89. *num.* 20. *Vermigl. conſ.* 433. *num.* 22. *& Andreol. contr.* 172. *num.* 9.

11 Quod

11 Quod enim vna ſuſpicio non operatur plures ſimul iunctæ benè operantur, *l. inſtrumenta* 5. *l. rationes* 6. *l. exemplo* 7. *l. non epiſtolis* 13. *C. de probat. cap. illo vos* 4. *de pignor.* & docent *Menoch. Farinac. & alij Doctores ſupra adducti.*

Secundo quia quatenus de dicta allocutione conſtaret, poſſet illi for-
12 taſſe eſſe locus quando illa facta fuiſſet cum illis, qui D. Stephanum occiderunt, in quibus terminis loquntur *Boſſi. Maſcar. Card. Tuſch. Decian. Baiar. Hond. Farin. Giurb. Ant. de Ball. Andreol. Caren. Ciriac. & Zuffi.* per me relati *in Reſolut. crimin. in verbo Mandatum, Reſolut.* 1. *num.* 9. non autem dum aſſeritur facta cum D. Angelo, qui non occidit maximè non concurrentibus alijs requiſitis de quibus habetur per Doctores *in dict. Reſolut.* 1. *num.* 9.

13 Tertio quia vt illi locus eſſe poſſit requiritur, quod delictum fuerit in continenti ſequtum poſt ſecretam allocutionem, vt tradunt *Doctores in dict. Reſolut.* 1. *adducti, num.* 9. Itaut ſi ſit ſequtum poſt tres dies non dicatur in continenti ſequtum, *Farinac. de conſult. & mandat. quæſt.* 134. *num.* 63. *Vermigl. conſ.* 61. *num.* 13. & antequam occiſor ad extraneos actus diuertatur, *Hond. conſ.* 87. *num.* 42. *& ſeq. lib.* 2. *Farinac. dict. quæſt.* 134. *num.* 63. Prætenſa autem allocutio, vt deponit ipſa D. Dianora facta fuit decem, vel duodecim dies ante Carniſpriuium, & ſic die ſexta, vel octaua Februarij, & homicidium ſequtum fuit die vigeſima quarta eiuſdem menſis, & ſic per dies ſexdecim ante, merito, &c.

14 Inditium vero famæ eſt omninò inutile, & in nihilo attendendum ex pluribus, & primò quia deficiunt omnia requiſita ad famæ probationem neceſſaria, quod teſtes audierint a maiori parte populi, quod audierint a perſonis veridicis, & fide dignis, quod nominent authores, a quibus audierunt, & alia requiſita, quæ recenſentur *per Farinacc. de indit. & tortur. quæſt.* 47. *per totum*, vbi dicit, non inueniri deteriorem teſtem, quam fama, cum nunquam vidiſſet illam legittimè probatam, vt ibi per
15 eum, maximè cum de illa non deponant decem teſtes, ſeu ſaltem ſeptem, quo caſu ſuppleri aliqua famæ requiſita teſtantur *Thob. Non. conſ.* 111. *num.* 5. *Vulpel. conſ.* 39. *num.* 9. *& ſeq. Farinac. de indit. & tort. d. quæſt.* 47. *num.* 267. *Giouag. conſ.* 6. *numer.* 100. *lib.* 1. *Ciriac. contr.* 102. *in princ.* & alij plures per me relati *Reſol. crim. in verbo fama. Reſolut.* 7. *numer.* 1. *& ſequen.*

Secundo quia de illa deponunt quatuor teſtes tantum, videlicet D. Fauſtina Iacobi, & Iacobus Felicis qui deponunt, dici audiuiſſe puplicè dict. homicidium fuiſſe commiſſum de mandato, & commiſſione D. Angeli, & D. Pauli Inquiſiti, Lucas vero Bertini deponit, *ſi ſente vociferare, che nell' homicidio di D. Stefano vi poſſi hauere hauto parte D. Paolo*, & D. Liuia Hieronymi deponit, dici publicè audiuiſſe D. Stephanum fuiſſe occiſum de mandato D. Angeli cum participatione D. Pauli, ita vt duo teſtes deponant de mandato, & duo de participatione, illi non pro-
16 bent famam, cum fama vt afficiat debeat eſſe vniformis, illæſa, & conſtans apud omnes, & non varia, ita vt nul-

vt nulla adſit contradictio, vt probant *Farinacc. de indit. & tortur. dict. quæſt.* 47. *numer.* 164. *Sperell. deciſ.* 173. *num.* 38. *Vermigl. conſ.* 36. *num.* 12. *Ciriac. controu.* 488. *num.* 89. & *Rota deciſ.* 167. *num.* 24. *par.* 1. & *deciſ.* 335. *num.* 5. *par.* 2. *rec.*

Poſtremo quia adſunt quamplures teſtes fiſcales, & præcipue Reueren. D. Carolus Ambroſinus, D. Iacoba Benedicti, Vitales Sanctis, & Iulius Auguſtini deponentes neſcire, neque dici audiuiſſe, quis nam occiderit dict. D. Stephanum, qui repro-
17 bant alios teſtes deponentes de fama, quia ſi id fuiſſet publicum etiam ipſi teſtes de eo notitiam habuiſſent, vt obſeruant *Farinac. de indit. & tortu. dict. quæſt.* 47. *num.* 170. & *ſeq. Sperell. deciſ.* 91. *numer.* 65. *part.* 1. *Rota deciſ.* 80. *num.* 56. *poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* & ante eos *Horat. Luti. conſ.* 161. *numer.* 33. *inter conſ. crimin. diuerſ. libr.* 1. & *Surd. conſ.* 151. *num.* 79. *lib.* 2.

Poſtremum verò inditium de ſanguine, qui dicitur egreſſus ex cadauere D. Stephani in aduentu D. Pauli Inquiſiti in Eccleſia tempore exequiarum deficit in facto, & in iure. In facto quidem cum de illo non conſtet legittimè, cum ſolum de eo deponant duæ mulierculæ videlicet D. Iacoba Benedicti, & D. Marta Cæſaris, quæ vti mulieres, minores vigeſimo anno, vt ipſe met fatentur, & conſtat ex fide Baptiſmi data in proceſſu defenſiuo nullam faciunt legittimam probationem, vt omiſſa qualitate ſexus muliebris, qui de iure canonico repellit mulieres a teſtifi-
18 cando in cauſa criminali, & in terminis de minore viginti annorum ſcriperunt *Farinac. de teſti. quæſt.* 58. *num.* 10. *Caren. de Offic. S. Inquiſit. part.* 3. *tit.* 5. *num.* 48. & *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 2. nec non etiam *Card. Tuſch. pract. concluſ. littera I. concluſ.* 196. *num.* 9. qui dat concordantes, & *Gilhaus, in arbor. iudic. cap.* 6. *par.* 3. *de teſti. num.* 58. *Ego met alleg. Foren.* 95. *num.* 6. & in terminis de muliere patiente plures exceptiones dixi *ſupra, num.* 10.

Super depoſitione verò D. Valerij Brunamontis nulla vis fieri poteſt, cum ex ea non ſolum non probetur dict. inditium, imò illud omninò excludatur, dum deponit, ſanguinem ex cadauere D. Stephani exiuiſſe ad præſentiam Domini Pauli Inquiſiti, D. Caroli, ipſius met Teſtis, & aliorum Sacerdotum, qui aderant ad illius mortorium, & ſic d. inditium ex pluralitate adſtantium redditur omnino equiuocum, & incertum, vt in terminis dicit *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 3. qui docet modum practicandi dict. inditium, & facit generalis concluſio, quod inditia leuia, dubia, & æquiuoca, & quæ
19 multipliciter intelligi poſſunt non ſunt ſufficientia ad torturam, vt not. *Farinac. de indit. & tortur. quæſt.* 37. *numer.* 6. & *conſ.* 37. *num.* 20. *Ciriac. controu.* 106. *num.* 35. & *ſeq.* & *Vermigliol. conſ.* 60. *num.* 23. & *conſ.* 117. *num.* 4.

20 Deficit poſtremò in iure, quia dict. inditium quando etiam de eo conſtaret, vti incertiſſimum, & leuiſſimum, & quod poteſt etiam arte Dæmonis, & ex cauſis nobis ignotis euenire, nullo modo eſſe attendendum dixerunt *Theſ. deciſ.* 173. *num.* 2. *verſ. mihi certè &c.* vbi dicit, hanc

expe-

experientiam fallacem repertam fuiſſe, cum ſanguis pluries non exierit ad præſentiam eorum, qui delinquentes poſtea reperti ſunt *Pater Mart. Delri. Præſes Abauo, Ludou. Gilhauſen. Matth. Steph.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. numer. 186. & ſequen.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum in Senatu Mediolani 3. Iulij 1636. ſubiungens, de hoc inditio vti fallaci, & incerto nullam habendam eſſe rationem, niſi quando ſanguis exiuit modo præternaturali, & alia adſunt vrgentia inditia, & non aliter, vt ibi per eum, quæ non poſſunt applicari caſui, de quo agitur, in quo vt ſupra fuit probatum nulla alia concurrunt inditia participationem, & complicitatem in dicto homicidio inferentia.

Neque vllum poteſt fieri fundamentum pro parte fiſci ſuper prætenſa inimicitia inter Dominum Stephanum, & Dominum Inquiſitum ex duobus, & primo, quia cum Dominus Paulus fuerit inquiſitus non de mandato ad homicidium, ſed de participatione, & complicitate in eo, inimicitia non venit attendenda, ſed requiruntur inditia ipſam participationem, & complicitatem inferentia, vt declarant *Farinacc. Guazzin. Cirlac. Andreol. & Ego met* in loc. adductis ſupra in princip. numero 3.

21 Secundo quia inimicitia vt faciat inditium, & operetur debet eſſe capitalis, vt not. *Giurb. conſil. 13. numer. 17. & conſ. 51. numer. 17. Andreol. controuerſ. 149. num. quincto, Vermigliol. conſil. 30. numer. 5. & conſ. 199. numer.* 8. & nouiſſimè *Pater Graſſet. de nece prodit* §. 33. *num.* 3. *&* 4. & probaui Ego *in reſol. crim. in verbo inimicitia reſol.* 1. *in princ.*

Inimicitia enim debet eſſe proportionata vindictæ ſequtæ vt operetur, non autem ſufficit leuis, de qua leges non curant, vt aduertunt *Farinac. conſil. 147. numer. 32. lib. 2. Guazzin. defenſ. 28. cap. 1. numer. 6. & Vermigliol. conſ. 15. numer. 14. & conſ. 27. num. 12.* qui dant concordantes.

Inimicitia autem de qua teſtes deponere videntur inter Dominum Stephanum, & Dominum Paulum non poteſt dici capitalis, ſed leuis tantum, quod benè probatur quia ſi velimus attendere ſigna illius teſtes omnes de illa deponentes illam

22 deducunt ex non ſalutatione, & non conuerſatione, ex non ſalutatione, & non allocutione autem non infertur ad inimicitiam capitalem, ſed ſolum ad leuem inimicitiam, vt docent *Farinac. conſ. 138. numer. 6. & conſ. 127. nu. 15. & conſ. 193. nu. 44. lib. 2. & Vermig. conſ. 30. num. 9.*

Imo adſunt teſtes fiſci deponentes contrarium, & præcipuè Dominus Carolus Ambroſinus dicens *E da poco tempo in qua ſi ſono reparlatt inſieme*, & D. Lucia fol. 73. *Dopo la pace D. Paolo poco parlaua a D. Stefano*, ergo aliquando inuicem loquebantur, Qui teſtes licet pauciores tamen fauore defenſionis veniunt maximè attendendi, & præferuntur teſtibus fiſci, *Surd. conſil. 173. numer. 67. libr. 2. Rolan. conſ. 63. numer. 44. lib. ſecundo, Gabriel commun. concluſ. de teſtib.*

 concl.

concluſ. 4. numer. 20. Boſſi. in pract. in titul. de defenſ. reor. numer. 7. in fin. Farinacc. conſ. 39. numer. 15. volum. 1. & in tractat. de teſtib. quæſt. 65. numer. 153. & Guazzin. defen. 29. capitul. 3. numer. 13. licet teſtes fiſci vt dixi eſſent plures, ſed in modico exceſſus, vt probat *Farinacc. dict. quæſt. 65. numer. 157.* vbi dat concordantes quamplures, & dixi *Ego allegat. Forenſ. 85. numer. 22.*

24 Et eo magis cũ depoſitiones d. Teſtium ſuper amicitia cum iure cõmuni conueniant, quæ a iure communi præſumitur quo caſu eis magis creditur vti veriſimiliora deponentibus, vt declarant *Innoc. Butr. Abb. Imol. Deci. & Bero. in cap. auditis 15. de probat. Rolan. conſ. 24. numer. 55. libr. 1. Vulpell. conſ. 76. num. 12. & Farinac. de teſtib. dicta quæſt. 65. numer. 150. & ſequen.* Maximè cum Do-
25 minus Carolus vti Clericus fungatur vice ferè duorum teſtium, vt poſt *Deci. Alex. Crauet. Siluan. Corn. Rolan. Gabr. Monticell. Maſcard.* & alios per eum adductos firmat *Farinac. de teſti. quæſt. 61. num. 8.*

Si vero attendamus cauſas ipſius inimicitiæ, & pariter illa non poteſt dici capitalis, nam his quæ aderat inter Dominum Stephanum, & Dominum Inquiſitum cum illa non eſſet ſuper omnibus bonis, ſed tantum ſu-
26 per iure decimandi in parua etiam quantitate, vt omnes teſtes deponunt, non eſt potens ad inducendam inter ipſos inimicitiam capitalem, ſed leuem tantum, vt not. *Maſcar. de probat. conclus. 898. num. 26. lib. 2. Honded. conſil. 107. numer. 1. & 31. lib. 1.* plenè *Farinac. de indit. & tortu. quæſt. 49. numer. 13. Vermigl. conſ. 30. numer. 6. & conſil. 381. numer. 12.* Cum modicum damnum vnuſquiſque æquo animo ferre ſoleat, vt dicit *Farinac. vbi ſupra*, & cum paruam læſionem lex non conſideret, *l. ſcio 4. & ibi not. ff. de reſtitut. in integrum Barboſ. axiom. 175. per totum.*

Si vero attendamus cauſam offeſſionis, quæ prætenditur facta per Dominum Stephanum Domino Paulo mittẽdo ſatellites aliquos ad eius
27 domum ad effectum illum occidendi, & de illa ſufficienter non conſtat, cum cauſa inimicitiæ debeat concludenter probari, *Decian. tratat. criminal. libr. 3. cap. 25. num. 30. & ſequen. Hond. conſ. 107. numer. 41. libr. 1.* plenè *Farinac. de indit. & tort. quæſt. 49. numer. 127. Ciriac. controu. 409. numer. 70. & 71. Vermigliol. conſ. 15. numer. 10. & Pater Graſſet. de nece prodit. §. 33. numer. 7.* De illa autem deponit tantum Domina Dianora eius famula, quæ vti mulier, pauper, vilis, & patiens defectum circa intellectum nullum facit prorſus probationis gradum, vt probaui *ſupra num. 8.* quæ hic breuitatis ſtudio non repeto.

Neque pariter venit attendenda alia cauſa inimicitiæ ex eo, quod annis elapſis Dominus Paulus exploſi fecerit archibuſiatam contra Dominum Stephanum ex pluribus, & primo, quia de hoc non conſtat,
28 vt probaui ſupra proximè, Secundo quia ſuper dicta exploſitione ſequta eſt pax inter dictas partes iam ſunt anni elapſi, vt probant

probant *Menoch. Eugenius, Carena, Guazzin. Cirsac.. Vermigliol. Ant. de Ball. & Paul. Rub.* per me relati *Reſolut. criminal. in verbo. Inimicitia, Reſolut. prima, numer.* 10. Tertio quia inimicitia non facit inditium contra Sacerdotem quotidie Sacrum celebrantem, qui præſumitur iniuriam remiſſiue, & odium extinxiſſe, vt in puncto tradit *Vermigliol. conſil. vigeſimo ſeptimo numer. decimoterzo, & conſ. 225. numer. vndecimo, Pater Graſſett. de nece prodit. §. decimoterzo, numer. decimoſecundo,*

30 Poſtremo quia dicta offenſio in omnem caſum cauſaret inimicitiam quò ad Dominum Stephanum offenſum, non autem quò ad Dominum Paulum offendentem, qui cùm ſemel offenderit non præſumitur iterum velle offendere, vt tenent *Farin. de indit. & tortur. quæſt. 49. num. 93. & Vermigliol. conſil. 332. numer. 3.* & dixi *Ego alleg. Forenſ. 83. num. 16.*

Ex quibus apparet manifeſtè, dict. Dominum Inquiſitum eſſe in manifeſto caſu abſolutionis, cùm nulla remaneat contra eum ſuſpicio dict. participationis in dicto homicidio, quod eo magis eſt dicendum ſtante illius bona fama, quæ tollit

31 ſaltem inditia leuia, ſi quæ, adeſſent contra dictum Inquiſitum, & omnem malam ſuſpicionem contra eum, vt docent *Vulpell. Merend. Honded. Farinac. & Pater Delr.* per me relati *in alllegat. Foren. 83. num. vigeſimo octauo, & allegat. 85. numero quadrageſimo quinto* Et ſtante

32 illius ſpontanea conſtitutione in carceribus, quæ dicitur magnum innocentiæ inditium, vt tradunt *Caluin. de equitat. libro ſecundo, capiul. 132. numero 33. Carena reſolution. 122. in fine, & Vermigliol. conſil. 35. numer. vigeſimo terzo, & conſil. trigeſimo ſexto, numer. ſecundo,* qui dant concordantes.

Dominus Paulus ſupradictus fuit abſolutus per Reuerendiſſimum Dominum Vicarium Generalem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Nucerini in Ciuitate Noceriæ de anno 1672.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

ARGVMENTVM.

Via criminalis quando detur ob ſpretum mandatorum Illuſtriſsimi A. C. ignorans, & dubitans, quando dicatur attentare, & contemnere, amotio ſcripturæ affigæ ſine laceratione an inducat cõtemptum, iuſſus Superioris quando in delictis excuſet, dolus ex quibus coniecturis excludatur, ceſſante dolo an debeat ceſſare pœna, intentato iudicio ciuili, quando liceat conuolare ad criminale, cætera habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Via criminalis an detur ſine delicto.*

2 *Via criminalis datur ob ſpretum mandatorum A.C.*

3 *Copia ſimplex informis, & ſine ſubſcriptione Notarij non facit fidem.*

4 *Ignorans non dicitur contemnere, nec ſpernere.*

Nec dicitur attentare, numern quinto.

6 *Dubitans dicitur potius eſſe in bona, quam in mala fide.*

7 *Ignorantia facti excuſat a pœna etiam prudentiſſimos.*

8 *Scripturæ amotio ſine laceratione non inducit contemptum.*

9 *Contemptus iudicatur ex coniecturis.*

10 *Abſolutio obtenta ab A. C. non eſt affigenda ad valuas dum Epiſcopus, vel eius Vicarius eſt præſens.*

Et eſt affigenda in proprio originali. num. 11.

12 *Superioris iuſſus in delictis leuioribus excuſat.*

13 *Credulitas, & iuſta cauſa excuſat a pœna.*

14 *Superiori permittitur tueri propriam iuriſdictionem.*

Etiam procedendo criminaliter, numer. 15.

16 *Tertius non dicitur attentare.*

17 *Attentata, & ſpretus iuriſdictionis ſupponunt dolum.*

18 *Obediens mandato Superioris non dicitur eſſe in dolo.*

19 *Dolus excluditur ex actu palam geſto.*

20 *Ignorantia facit ceſſare præſumptionem doli.*

21 *Dolus vt excludatur ſufficit dubitatio.*

22 *Deli. præſumptio ceſſat ceſſante lucro.*

23 *Scripturam non dicitur ſpreuiſſe qui illam non lacerauit.*

24 *Dolum non præſumitur.*

25 *Interpretatio eſt facienda in dubio per quam dolus excluditur.*

26 *Dolo ceſſante ceſſat pœna.*

27 *Pœna ceſſat vbi non eſt contemptus.*

28 *Iudicium ciuile intentans non poteſt conuolare ad criminale.*

29 *Maxi-*

Maximè quando vnum eſt alteri præiudiciale, num. 29.

30 *Cauſa criminalis non eſt committenda ceſſante dolo.*

31 *Iudex in dubio pronunciare debet ſpretum, & attentatum non adeſſe.*

Et omnis interpretatio eſt facienda ad illa euitanda, num. 32.

CONSILIVM. X.

Illuſtriſſime Domine: Cauſa Perilluſtr. D. Antonij Gutij Callienſis Cancellarij Epiſcopalis Inquiſiti ob amotam ab eo abſolutoriam effixam ad Valuas Eccleſiæ Cathedralis d. Ciuitatis eſt omninò re-
1 mittenda ad Iudicem ciuilem, cum contra eum non detur via criminalis, cui non eſt locus ſiuè delicto, vt tradunt *Bart. in l. vbi pactũ* 40. *n.* 10. *C. de tranſ. Farin. de delict. & pæn. quæſt.* 17. *in princ. Caball. reſol. crim. caſu* 1. *num.* 12. *Giurb. conſ.* 32. *num.* 12. *Vermigl. conſ.* 204. *numero terzo, & Rota apud Cardin. Seraphin. deciſ.* 668. *num.* 2.

2 Non enim aliquis ſpretus inhibitionis, ſeu dict. abſolutionis A. C. ob illam amotam a valuis Eccleſię maioris, ob quem dari viam criminalem dicit *Poſth. de manut. obſerua.* 75. *num.* 26. conſiderari poteſt in dict. D. Gutio ex pluribus, & primò quia non conſtabat dict. D. Gutio d. abſolutionem verè emanaſſe ab A. C. cum illa quæ dicitur ab eo amota eſſet ſimplex copia, in formis abſque ſubſcri-
3 ptione alicuius Notarij, & non conſtito de cuius mandato, ita vt illa nullam prorſus fidem faceret, nec probaret illam emanaſſe verè ab A. C. *ad tex. in l. inſtrumenta* 5. *in l. rationes* 6. *in l. exemplo* 7. *C. de probat. & in l. nuda* 26. *ff. de donat.* & tradunt *Felin. in cap. cum cauſam* 13. *num.* 3. *& ſequen. de probat. Genua. de ſcript. priuat. libr.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 4. *& ſeq. Maſcard. de probat. concluſ.* 109. *per tot. libr. primo*, *& Ciriac. controuer.* 155. *num.* 1.

4 Ignorans autem non dicitur contrauenire, nec ſpernere *l. nec ignorans* 10. *C. de donat.* & tradunt *Lancell. de attent. cap.* 12. *in præfa. num.* 8. *& ſequen. & limit.* 27. *num.* 7. *& limit.* 36. *num.* 1. *Farinacc. conſ.* 89. *num.* 5. *lib.* 1. & in his terminis *Maceraten. variar. reſolut. lib.* 3. *reſol.* 36. *num.* 23. vbi dicit in dicto caſu requiri ſcientiam tenoris dict. litterarum, vt intret contemptus, vt ibi per eum.

5 Nec dicitur attentare, *Lancell. de atten. d. par* 2. *cap.* 4. *limit.* 27. *num.* 2. *& ſeq. Rota deciſ.* 175. *num.* 5. *par.* 12. *rec.* vbi aliæ referuntur, ita vt ſufficiat ad euitadam pœnam de illa dubitare, vt latè comprobat *Crauet. conſ.* 8. *numer.* 10. quem ſequitur *Farinacc. de pæn. temper. quæſt.* 89. *num.* 65. *Surd. conſ.* 528. *num.* 43. *lib.* 4. cum dubitans potius præſumatur in bona fide, quam in mala, vt dixerunt *Maſcard. de prob. concl.* 1004. *num.* 48. *& ſeq. & Coſta.* qui illum referendo ſequitur *de fact. ſcien. & ignor. inſpect.* 72. *nu.* 15.

7 Et ignorantia facti excuſat a pœna etiam prudentiſſimos viros, cum non dicatur in dolo, qui ignorat, *Crauett. conſ.* 8. *num.* 10. *& conſ.* 319. *numer.* 19. *Ruin. conſ.* 86. *num.* 10. *lib.* 4. *Siluan. conſ.* 62. *num.* 16. *Farinac. conſ.* 45. *num.* 47. *lib.* 1. *Coſta. de fact. ſcien. & ignor. inſpect.* 75. *num.* 6.

Maximè cum d. amotio facta fuerit abſq;

laceratione, vel deturpatione, quæ
8 excludunt dict. præſumptum contemptum, cum animus talis præſumatur, qualem facta demonſtrant *Grammat. deciſ.* 37. *num.* 7. *Ceph. conſ.* 75. *num.* 3. *lib.* 1. *Octa. Glori. reſp.* 3. *numer.* 34. *Barboſ. axiom.* 37. *in princ.* & faciunt notata per *Carena de Offic. S. Inquiſit. part.* 2. *titul.* 17. *numer.* 7. & in ter-
9 minis contemptum colligi ex coniecturis poſt *Felin. in cap. ſi quis* 2. *de maioris. & obed.* per eam adductam tradit *Pract. Archiep. Neapolit. cap.* 4. *ſub num.* 4. quæ in caſu de quo agitur omninò illum excludunt, vt infra dicetur circa coniecturas doli *num*....

Quæ videntur certiſſima in caſu noſtro, cum d. abſolutio ab excommunicatione obtenta ab A. C. eſſet præſentanda Illuſtriſſimo D. Epiſcopo, ſeu illius D. Vicario, vel ſaltem Procuratori fiſcali, dum ipſi erant
10 præſentes in Ciuitate, non autem affigi debebat ad Valuas Maioris Eccleſiæ vt not. *Poſti. de manut. obſer.* 12. *num.* 62. *in fin. & Rota apud eum deciſ.* 522. *num.* 7. Et quatenus id fieri potuiſſet, quod non credo, in omnem
11 caſum dict. abſolutio affigi debebat ad valuas maioris Eccleſiæ in proprio originali, vt poſt *Veſtr. Adden. ad Rot. & Rot. apud Cauador. apud Egid. & apud Pute.* per eam relatos tradit *Rota apud Poſti. de manut. deciſ.* 492. *num.* 4. ita vt non ſufficiat affixio copiæ illa prius non lecta, vt dicit *Rota ibi num.* 5. Ita vt cum dict. abſolutio fuerit nulliter executa non cauſat attentata, & non arctat ad obſeruantiã, vt latè comprobat *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 20. *limit.* 28. *num.* 1. & *ſequen.*

Secundo non eſt locus viæ criminali contra D. Gutium, cum ipſe ſcripturam prædictam amouerit a valuis Eccleſiæ de mandato Illuſtriſſimi
12 D. Epiſcopi, certum eſt autem quod iuſſus Superioris in delictis leuioribus excuſat ab omni pœna, vt tradunt *Tiraq. de pæn. temper. cauſa* 34. *per tot. Ant. Gomez var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 42. *poſt prin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract.* §. *final. quæſt.* 50. *verſ. ſolet dubitatio, &c.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, *Ceph. conſ.* 110. *numer.* 3. & 4. *lib.* 1. benè *Farinac. de pæn. temper. quæſt.* 97. *numer.* 9. vbi alios dat concordantes, *Giouagn. conſ.* 43. *num.* 35. *lib.* 1.

13 Cum regulariter iuſta cauſa, & credulitas excuſet a pœna, *Tiraq. de pæn. temperan. cauſa* 43. *per tot. Oſaſch. deciſ. Pedemon.* 71. *numer.* 15. & 16. *Ancaran. quæſt. famil.* 59. *in fin. Gabr. commun. concluſ. de malefic. concluſ.* 8. *num.* 1. & *ſeq.* benè *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 68.

Quod eo magis eſt dicendum, cum ſtante conſuetudine in Ciuitate Callij, quod nihil affigi ſoleat ad valuas Eccleſiæ maioris ſine licentia Illuſtriſſimi D. Epiſcopi, vel illius D. Vicarij, Epiſcopi iuſſio, quod
14 amoueretur dict. ſcriptura fuit iuſta, cum ei id licuerit facere ad tuendam propriam iuriſdictionem *cap. dilecto,* 6. & *ibi Canoniſtæ de ſent. excomun. in* 6. *Card. Tuſch. pract. conclu. littera I.*
15 *concluſ.* 441. *numer.* 6. etiam pœnali iudicio contra illam offendentes procedendo, *Card. Tuſch d. conclu.* 441. *in prin. Farinac. de delict. & pæn. quæſt.* 18. *num.* 27. *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 99. *numer.* 2. *Caball. reſolut. criminal. caſu* 85. *num.* 1. 2. & *ſequen. cent.* 1.

& *Maſſin.*

& Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt. 22. in princ.

Tertio quia cum in cauſa fuerint Illuſtriſſimus D. Epiſcopus, & Pro-
16 motor fiſcalis ſequitur quod D. Gutius dicatur tertius, qui non dicitur attentare, & contra eum non datur remedium attentatorum, *Affl. deciſ. 354. num. 26. Lancell. de attent. part. 1. cap. 3. num 4. Vrſill. in exam. apum concluſ. 160. num. 118.* vbi dat concordantes, *Rota apud Cocci. deciſ. 97. num. 1.*

17 Quarto quia attentata, & ſpretus iuriſdictionis ſupponunt dolum in attentante, vt tradunt *Lancell. de atten. par. 1. in præfat. num. 125. & ſequen. Vrſell. in exam. apum dict. concluſ. 160. num. 34 & numer. 274. & Rota deciſ. 500. num. 5. & 9. par. 1. rec. & deciſ. 183. num. 1. par. 2. rec.*

Qui dolus nullo modo dici poteſt ad fuiſſe in D. Gutio ex pluribus, & primo, quia dict. ſcripturam amouit de mandato D. Epiſcopi, cui vti il-
18 lius Cancellarius debebat credere, & parere, qui autem paret mandantis Superioris non dicitur eſſe in dolo, *l. non videtur 128. §. qui iuſſu, & ibi Cagnol. in princ. ff. de regul. iur. Albert. in l. dolum 6. num. 4. & num. 6. C. de dolo. Maſcar. de proba. conclu. 531. num. 9. volum. 1.* & benè comprobat *Farinac. de pæn. temper. quæſt. 89. num. 69.* & non eſſe in dolo qui credit ſimpliciter iure religioſo probat *Vermigl. conſ. 237. num. 4 & 6.*

19 Secundo quia D. Gutius amouit dict. ſcripturam de die, palam, & coram teſtibus, dum potuit illam amouere in occulto, & ſic ceſſat dolus, *Menoch. conſ. 214. numer. 30. libr. 3.* plenè *Farinacc. de pæn. temper. dicta quæſt. 89. num. 63. Vermigl. conſ. 122. num. 15. Ciriac. controu. 624. num. 63. tom. 4.*

Tertio quia cum dict. ſcriptura eſſet in formis, & ſine aliquo adminiculo probationis, & veritatis, D. Gutius non potuit arguere, illam ema-
20 naſſe ab A. C. ſtante autem ignorantia ceſſat præſumptio doli *Oſaſch. conſ. 64. num. 17. in fin. Farinacc. de pæn. temper. quæſt. 90. num. 1. & ſeq. Ciriac. controu. 637. num. 31. Vermig. conſ. 119. num. 7.* qui dant concordantes, maximè cum ad excludendum
21 dum dolum ſufficiat dubitatio, *Cran. conſ. 8. num. 10. Farin. de pæn. temper. dict. quæſt. 89. num. 65.*

22 Quarto dolus non præſumitur in D. Gutio ex dict. amotione ceſſante lucro, & commodo ipſius, *Rolan. conſ. 11. num. 55. & ſeq libr. 3. Franc. Becci. conſ. 78. num. 27. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 18. & num. 85. Hond. conſ. 112. num. 29. volum. 1.* qui loquntur etiam in caſu, quo dolus de iure præſumeretur, plenè *Farinac. de pænis temper. d. quæſt. 89. num. 65.* qui dat concordantes.

23 Quinto quia D. Gutius dict. ſcripturam diligenter amouit ad effectum illam deferendi ad Illuſtriſſimum Epiſcopum, vt illam conſiderare poſſet, an afficeret nec ne, ita vt dum illam non lacerauit, nec deturpauit, non poteſt dici, illam ſpreuiſſe, prout lacerare, & illam detur pace poterat, ad notata *per Caren. de Offic. S. Inquiſit. part. 2. titul. 17. num. 7.*

Ita vt ſtantibus tot coniecturis
24 omninò dicendum ſit, illum non fuiſſe in dolo, cum dolum non ſolum

non

non præſumatur, *l. dolum* 4. *C. de dolo, Surd. deciſ.* 222. *num.* 11. *Vermigl. conſ.* 188. *num.* 2. *Rota deciſ.* 648. *num.* 2. *par.* 2. *rec.* Sed in dubio facienda eſt
25 interpretatio, quæ dolum excludit, vt tradunt *Crau. conſ.* 262. *n.* 7. & *Vermigl. conſ.* 466. *n.* 3. & *Farin. de pæn. temper. d. q.* 89. *n.* 7. & 8. vbi dat concordantes.

26 Dolo autem ceſſante ceſſat pœna, ſiuè agatur criminaliter, ſiue ciuiliter ob contrauentionem, vt docent *Decian. tract. crim. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *ſub num.* 9. *Alba. conſ.* 452. *num.* 24. *in fin.* & *Vermigl conſ.* 136. *num.* 2. & *conſ.* 135. *in princ.* & cum ceſſet contemptus, debeat pœna etiam ceſſare poſt tex. *in l.* 1. § *fin. ff. ſi quis Iuſdic. non ob-*
27 *tep.* per eum adductum tradit *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 4. *quæſt.* 3. *nu.* 19.

Poſtremò non eſt locus proceſſui criminali, quia dum D. Lutius aduer-
28 ſarius egit coram A.C. contra D. Gutium iudicio ciuili, non poteſt modo ad iudicium criminale conuolare, ita vt ſi confugiat debeat criminale ſilere, donec ſit expeditum ciuile, vt tradunt *Natt. conſ.* 138. *numer.* 1. & *ſeq.* & *num.* 6. latè comprobans, *Boſſ. in pract. in tit. de foro compet. num.* 122. & *in tit. de plur. violen. num.* 113. *Lancell. de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 23. *num.* 24. vbi dicit ita fuiſſe deciſum in Rota in vna *Cæſarauguſt. coram Sarmiento, Farinac. de var. ac diuer. quæſt. quæſt.* 100. *num.* 125. vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit ita tenuiſſe *Rotam in Rom. Stochis.* 9. *Martij* 1598. *coram R. P. D. Liptio, Vermigl. conſ.* 158. *num.* 1. & *conſ.* 233. *num.* 1. benè *D. meus Deluca in Teatr. veri. & iuſti. tom.* 3. *in tit. de iuriſdic.* 79. *nu.* 5.

29 Maximè cum vnum iudicium ſit alteri præiudiciale, cum ſententia lata in vno parit exceptioně rei iudicatæ in alio, & ſic ceſſare debet cumulatio actionis, vt declarăt *Butrig. Bart. Bald. Roman. Fulg. Salic. Caſtr. Iaſ. Dec. Iacob. de S. Georg. et alij Doct. communiter in l. edita act. C. de eae. et Farin. in d. q.* 100. *n.* 128. *Vermig. conſ.* 158. *n.* 3. *et conſ.* 167. *n.* 6.

Quibus non nocet, quod de prædictis cognoſcere poteſt Iudex Commiſſarius cauſæ, quia cum ex ſupradictis clarè appareat contra D. Gutium nullo modo agi poſſe criminaliter, maximè ex deficientia doli, &
30 non eſſe locum cumulationis, cauſa criminalis committi nullo modo debet, vt in terminis dicit *D. Deluca in Theatr. veritat. & iuſtitiæ, tom.* 3. *in tit. de iuriſdict. dict. diſcur.* 79. *num.* 3. alias commiſſio cauſæ eſſet merè grauatoria, & ad nihil aliud deſeruiret, niſi ad illum grauandum indebitè vexationibus, & expenſis, quod bonus Princeps nullo modo debet permittere, in quo omnis indecentia dicitur eſſe impoſſibilis, vti aduertunt *Bertaz. conſ. crimin.* 360. *num.* 26. & *Ciriac. contr.* 532. *num.* 49. *in fin.*

Quæ quidem omnia licet ſint ſatis clara, & manifeſta, ſi tamen aliqua adeſſe poſſet dubictas, quod cure non credo per iura, & rationes ſupra adductas, adhuc tamen ad fauorem ipſius D. Gutij venit reſpondendum,
31 cū in dubio pronunciandum ſit ſpretum, & attentata non adeſſe, vt latè comprobat *Lancel. de attent. par.* 1. *in præfat. n.* 121. & *ſeq.* & *Rot. deciſ.* 164.
32 *n.* 6. *par.* 10. *rec.* & cum omnis interpretatio facienda ſit ad illa excludenda, *Rota apud Buratt. deciſ.* 644. *in fin.*

D. Antonius Gutius prędictus fuit fauorabiliter abſolutus in alma Vrbe per Illuſtriſſimū A.C. de anno 1674.

LAVS DEO.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Credulitas iniuſta, & factua quando excuſet a dolo, & a pœna, Iudex non obediendo Principi quando puniatur, legatus de latere, & Prolegatus an poſſint reſcribere contra ius, lex vſu non recepta an ſit obſeruandã, & Iudex illã non ſeruans an peccet, Mora modici temporis an ſit habenda in conſideratione, & an ſit punibilis, Quęrela ſola an ſufficiat ad cõmittendam capturam, Iudex ceſſante dolo an poſſit ſindicari de generali conſuetudine cætera habens in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de auditu probant fauorè defenſionis.*
2 *Faciens quantum in ſe eſt non tenetur de negligentia.*
3 *Delictum non datur ſine culpa.*
4 *Nemo punitur ſine delicto.*
5 *Culpa in omittendo, & leuis non punitur criminaliter.*
6 *Teſtes de credulitate probant fauore defenſionis.*
7 *Credulitas iniuſta, & fatua excuſat a dolo.*
Et etiam a pœna, num. 8.
9 *Iudex non obediendo Principi non punitur quando illius præceptum eſt iniuſtum.*
10 *Prolegatus vtitur eadem authoritate, qua vtitur legatus.*
11 *Legatus in ſua Prouincia dicitur Princeps.*
Licet non ſit verè Princeps, num. 12.
13 *Legatus non poteſt reſcribere contra ius.*
14 *Confeſſio extraiudicialis eſt probanda per teſtes omni exceptione maiores.*
15 *Teſtis faciens ſe offenſum non eſt teſtis idoneus.*
16 *Conſanguineus inimici mei eſt inimicus meus.*
17 *Teſtes pauperes, & viles non ſunt teſtes omni excemptione maiores.*
18 *Lex non vſu recepta non eſt obſeruanda.*
19 *Legem vſu non receptam non obſeruans non dicitur contrauenire.*
20 *Cauſa quælibet etiam iniuſtà, & factua excuſat a dolo.*
21 *Lex loquens in vno caſu non extenditur ad alium.*
22 *Mora modici temporis non habetur in conſideratione.*
23 *Ablatiuum abſolutum importat conditionem.*
24 *Mora non committitur quando aliquod eſt ex aduerſo implendum.*
25 *Quærela ſola non eſt ſufficiens ad committendam capturam.*
Fallit in delictis grauibus, num. 26.
27 *Opinio magnorum Virorum excuſat delinquentem.*
28 *Fama probari debet per decem, vel per ſeptem teſtes.*
29 *Fama varia, & incõſtans nõn attenditur.*
30 *Teſtis vnicus non probat.*
31 *Interpretatio ſemper eſt facienda pro excluſione delicti.*
32 *Captura iuſtificatur ex nouiter probatis.*
33 *Iudex ceſſante dolo non ſindicatur de generali conſuetudine Italiæ.*

CON-

CONSILIVM XI.

REuerendiſſime Domine. Per-illuſtr. & Excellentiſs. D. Ioſeph Vallonus Clericus de Carpinea nuper Prętor Cantiani eſt in aperto caſu abſolutionis ab omnibus contra eum intentatis; & primò eſt abſoluendus ob non prætenſam paritionem mandatis Illuſtriſs. Prolegati Vrbini de caſſari faciendo pėtitiones datas per DD. Borgarutium, & furioſum contra Dominum Prætorem eius anteceſſorem in illius ſindicatu ex infraſcriptis. 3

Et primò quia litteræ D. Prolegati non mandabant dicto Inquiſito, quod ipſe caſſaret, & aboleret d. petitiones, ſed ſolum quod illas caſſari faceret, vt apparet ex eis, Ipſe vero Inquiſitus ſtatim receptis litteris mandauit Per Illuſtr. D. Guidantonio Benamato vno ex ſindicatoribus, quod caſſare faceret d. petitiones, vt 4
1 deponunt tres teſtes defenſiui, qui licet deponant de auditu ab ipſo D. Guidantonio plenè probant fauore defenſionis, vt docent *Cephal. conſ.* 678 *numer.* 75. *lib.* 5. *Hond. conſ.* 100. *numer.* 25. *lib.* 1. *Farinac. de teſtib. quæſt.* 69. *num.* 56. & *conſ.* 182. *num.* 18. *lib.* 2. *Guazzin. defen.* 33. *cap.* 14. *num.* 11. & *defen.* 22. *cap.* 3. *num.* 15. & *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 12. & dixi *Ego in Reſol. crimin. in verbo teſtes quo ad dicta*, *reſolut.* 4. *num.* 9.

Et eò magis cum non eſſet in facultate d. D. Inquiſiti d. petitiones cauſsandi, cum illæ non ad eſſent penes illius Cancellarium, ſed penes Cancellarium DD. Sindicatorum, vti deponunt teſtes defenſiui, vndè ipſe non ſolum paruit dict. mandatis D. Prolegati, ſed etiam fecit quantum potuit, vt illæ caſſarentur, mandando illorum caſſationem faciens autem quantum in ſe eſt non tenetur de negligentia *Bald. in l. ſi ideo* 7. *poſt princ. C. ad Sillan.* Nec dicitur eſſe in culpa, *Caſtr. in l. Titio fundum* 5. 72. *num.* 4. *ff. de cond. & demon. Borgn. dec.* 35. *num.* 15. *lib.* 1. quos referendo ſequitur *Giouagn. conſ.* 43. *num.* 35. & 63. *lib.* 1.

Sine culpa vero non datur delictum *capitul. cum voluntate* 54. *de ſenten. excom. Barboſ. axiom.* 62. *num.* 2. *Farin. de pæn. temp. q.* 90. *nu.* 4. *in fin.* & ſine delicto nemo punitur, *l. ſi putator* 31. *ff. ad leg. acq. cap. ſine culpa* 23. *de reg. iur. in* 6. *Barboſ. d. axiom.* 62. *nu.* 2. *Farinac. de delict. & pæn. quæſt.* 17. *in princ. Caball. reſolut. crim. caſu* 1. *num.* 12. *cent.* 1. *Giurb. conſ.* 32. *numer.* 12. *Vermigl. conſ.* 153. *numer.* 1. & *conſ.* 704. *numer.* 3. *Farinac. de pæn. temper. dict. quæſt.* 90. *num.* 4. *in fin.* & quando aliqua adeſſet culpa, quod non credo, vti conſiſtens in omittendo, & leuis non punitur criminaliter *Bal. in l. data opera* 11. *ſub numer.* 1. *C. de his qui accuſ. non poſſunt Caſtr. in leg.* 1. *num.* 9. *ff. de leg. Deci. in cap.* 2. *nu.* 34. *de conſtit. Angel. de malefic. in verbo Incendiarie, ſub num.* 5. *Rolan. conſ.* 64. *num.* 6. *lib.* 3. *Farinacc. de pæn. temper. quæſt.* 87. *num.* 75. 5

Neque vlla poteſt fieri vis ſuper Epiſtola ipſius D. Inquiſiti, in qua aſſeruit Illuſtriſſimo D. Prolegato d. petitiones fuiſſe caſſas, quia cum ipſe id demandauerit d. D. Guidantonio Sindicatori, qui eſt vir admodum diligens, & Iudicibus obſequen-

quentiſſimus; vt deponunt omnes teſtes defenſiui, ipſe Inquiſitus credere meritò potuit, illas fuiſſe mere caſſas, vt pariter deponunt dict. teſtes defenſiui, qui licet deponant de credulitate, benè tamen probant ad defenſam etiam ſi nullam afferant rationem, vt adnotarunt *Ant. Gomez variar. reſolut. tom. 3. cap. 3. num. 27. Ceph. conſ. 140. num. 8. & ſeq. lib. 1.* plenè *Farinac. de teſtib. quæſt. 68. num. 77. & ſequen. Guazzin. defenſ. 29. cap. 3. numer. 11. & Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 7. & ſeq.*
7 qui dant concordantes, & dixi *Ego allegat. Foren. 94. num. 20.* Credulitas autem etiam iniuſtam, irrationabilis, fatua & temeraria excuſat a dolo, *Ant. Gomez var. reſolut. tom. 3. cap. 6. num. 2. ad finem* vbi teſtatur de communi opinione, *Franc. Becci. conſ. 98. numer. 17.* qui pariter teſtatur de communi opinione, *Maſcard. de probat. concluſ. 1257. num. 16. libr. 3.* vbi pariter de communi *Hond. conſil. 105. num. 23. & conſ. 112. num. 19. lib. 1. & conſ. 100. numer. 40. & ſeq. lib. 2.* plenè *Farinacc. de pæn. temper. quæſt. 90. num. 1. & ſequen.* vbi innumeros fere adducit, & teſtatur de magis communi opinione, *& de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 103. num. 257. Ciriac. controu. 624. numer. 19. & ſeq. & Vermigl. conſ. 407. num. 8.*
8 Et etiam a pœna excuſat *Tiraquel. de pæn. temper. cauſa 43. ſub numer. 5. Gabr. commun. concluſ. de maleſ. concluſ. 8. num. 9. & 11. Ceph. dict. conſ. 140. num. 31. lib. 1. Oſaſch. conſ. 64. numer. 17.* vbi teſtatur de vera, & indubitata opinione, & hanc opinionem eſſe veriſſimam ſaltem quo ad pœnam corporalem teſtatur *Farinac. de pæn. temper. quæſt. 90. numer. 4.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Ciriac. controuerſ. 624. numer. 19. & ſequen.*
9 Quibus addo quod Iudex non obediendo Principi non punitur quando illius præceptum non eſt iuſtum tex. ad litteram *in cap. ſi dominus 11. quæſt. 3. & in l. reſcripta 7. C. de precib. Imper. offeren.* & ſcriptum reliquerunt *Grammat. voto 32. num. 11. & ſequen.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens, *Nouell. reg. 47. in ſecunda fallen. Siluan. Nupt. libr. 6. numer. 49. & ſeq.* vbi hanc concluſionem latiſſimè comprobat *Cartar. de execut. ſenten. capt. bannit. cap. fin. num. 327. & ſequen.* vbi plura pro vtraque parte adducit, & poſtea in hac recidere videtur ſententia tanquam veriori, & magis communi, quam ſequitur, & talem appellat *Farinac. de pæn. temper. quæſt. 97. num. 25. & ſeq.* vbi quam plures adducit ita ſentientes.
10 Prolegatus verò licet vtatur eadem authoritate, qua vtitur legatus, vt dicit *Rota deciſ. 73. num. 18. part. 5. rec. & in Vrbinaten. pecuniaria 11. Februar. 1658. coram R. P. D. Veroſpio, §. licet adducta &c.* vbi aliæ re-
11 cenſentur, & Legatus in ſua Prouincia dicatur Princeps, vt poſt *Barba. & Corrad.* per eum relatos ſcripſit
12 *Giurb. deciſ. 19. num. 14.* non tamen eſt verè Princeps, cum recognoſcat in Superiorem Summum Pontificem, & dicatur illius Vicarius, vt latè probat *Andreol. contro. 345. numer. 15.* ita vt ſi non poſſit legatus reſcri-
13 bere contra ius, *Rota deciſ. 500. in fin. par. 3. rec. & deciſ. 780. num. 11. par. 1. & deciſ. 103. num. 28. part. 2. diuerſor. Vermigl. conſ. 434. numer. 4.*

nequè

neque tollere ius tertij mandando caſſari, & aboleri petitiones datas, & porrectas contra Iudicem per prætendentes ſe grauatos ab eis, Roman. conſ. 37. num. 2. & ibi Adden. Giurb. dict. conſ. 19. num. 30. verſ. reſpondeo ſecundò &c. Card. Tuſch. pract. concluſ. littera L. concl. 161. num. 3. & 11. & concl. 162. num. 15. Neque id facere poterit Prolegatus ita vt aliter faciendo dicatur fuiſſe deceptus falſis aſſertionibus partis, Pancirol. conſ. 119. numer. 78. Ciriac. controu. 310. num. 66.

Prout etiam abſolui debet dictus D. Inquiſitus a prætenſa recuſatione obſeruandi Capitula militaria, quæ videtur reſultare in ſpretum Principis ex duobus, & primo quia de verbis ad eo prolatis non conſtat legitti-
14 mè in proceſſu, cum confeſſio extraiudicialis vt noceat probari debeat per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores, & probant Turrett. conſ. 62. num. 4. lib. 1. qui teſtatur de receptiſſima opinione, Farinacc. de reo confeſ. & conuict. quæſt. 82. numer. 46. & conſ. 70. numer. 43. libr. 1. & conſ. 115. num. 24. lib. 2. Guazzin. defenſ. 32. cap. 34. num. 14. Giurb. conſ. 87. num. 20. & Vermigl. conſ. 33. num. 1. & 6 & conſ. 299. numer. 9. Quales
15 non ſunt teſtes de illa in proceſſu deponentes, cum Illuſtriſſimus D. Capitaneus faciat ſe offenſum a D. Vallono ob recuſatam excarcerationem Caporalis Morelli, vt patet ex proceſſu informatiuo, & ſic non eſt teſtis omni exceptione maior, vt probant Vulpel. Rolan. Ant. Gomez Maſcar. Hond. Farinac. & Giurb. per me adductis in Reſolut. criminal. in verbo Teſtes quo ad perſonas reſolut. 1. num. 4. Franciſcus Torellus eſt patruus carnalis Caporalis Morelli offenſi, & ſic non
16 eſt teſtis idoneus ex illa concluſione, quod conſanguineus inimici mei eſt inimicus meus, de qua Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 24. num. 14. Farin. conſ. 61. num. 2. & 14. lib. 1. & conſ. 171. num. 16. lib. 2. & in tract. de teſtib. quæſt. 53. num. 33. & ſequen. latè comprobans, & dicens, illum non dici integrum teſtem, & Caren. de Offic. S. Inquiſit. part. 3. tit. 5. num. 9.
17 alij vero duo teſtes N. & N. ſunt pauperes, & viles, vt probant teſtes defenſiui, & ſic vel non ſunt teſtes idonei, vel ſaltem non ſunt teſtes omni exceptione maiores, vt tradunt Rolan. conſ. 63. num. 34. lib. 2. vbi teſtatur de communi opinione Menoch. de arbitr. caſu 96. numer. 6. & 7. vbi dicit hoc habere locum etiam in caſu in quo teſtes omni exceptione maiores non requiruntur, vt ibi per eum Farinac. de teſtib. quæſt. 57. num. 69. & 70. & conſ. 70. numer. 40. & conſ. 78. num. 9. lib. 1. Ciriac. controu. 150. num. 65. & Vermigliol. conſ. 15. num. 31. & conſ. 131. num. 2. & 10. nec non Rota deciſ. 138. numer. 4. poſt ſecund. volum. conſ. Farinac.

Secundo quia aſſertio dict. Inquiſiti non eſt contra authoritatem Principis, dum ipſe non ſimpliciter recuſauit parere priuilegijs militum, ſed ſolum ſub prætextu inobſeruan-
18 tiæ illorum, lex vero non vſu recepta non eſt obſeruanda, Ceph. conſ. 136. num. 18. & ſeq. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 32. num. 44. & conſ. 126. num. 25. lib. 3. Ruin. conſ. 13. num. 28. lib. 2. Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 2. in princ. Card. Tuſch. pract. concl. littera L. concluſ. 257. num. 4. Farinac. conſ. 85. ſub

num.

nu. 161. *lib.* 1. *Ciriac. controuerſ.* 418. *numer.* 13. Non obſeruans autem legem non vſu receptam non dicitur contrauenire legi, vt tradunt *Ruin. dict. conſ.* 13. *numer.* 27. *lib.* 2. *Rolan. conſ.* 99. *numer.* 6. *& ſequen. lib.* 2. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione *Caphal. d. conſ.* 136. *numer.* 18. *& ſequen. lib.* 1. *& Cardinal. Tuſch. dict. concluſ.* 257. *numer.* 47. vbi alios dat concordantes *Sperell. deciſ.* 15. *numer.* 12. *par.* 1. Quæ ratio inobſeruantiæ Capitulorum ſiuè vera ſiuè falſa in omnem caſum illum debet excuſare, cum quælibet

20 cauſa etiam iniuſta, fatua, & temeraria excuſet a dolo, & a delicto, vt poſt *Bart. Aret. Iaſ. Bacd. Alex. Curt. Iun. Gram. Tiraquell. Io: de Amic. Soccin. Iun. Dec. Gratian. Curt. Iun. Crauett. Pariſ. Mandel Cagnol. Boer. Gabriel, Pinell. Gomez, Ancaran. Oſaſch. Cephal Clar. Menoch. Maſcard. Bertaz. Honded.* & alios plures per eum relatos firmat *Farinacc. de pæn. temper. quæſt.* 90. *num.* 1. *& ſeq.*

Poſtremò quia dictus Dominus Inquiſitus non tenebatur dictum Caporalem relaxare vigore dictorum Capitulorum militarium allegatorum per dictum Dominum Capitaneum cum illa loquantur, quando miles fuit captus pro delatione armorum, ſecus autem ſi pro alia cauſa, vt in caſu de quo agitur, in quo contra carceratum aderat quærelam etiam pro vſu lanæ carfagnæ, lex autem loquens in vno caſu non extenditur ad alium caſum, *Caren. reſolut.* 82. *num.* 10. *Ciriac. controuerſ.* 69. *numer.* 5. *Bertaz. deciſ.* 82. *numer.* 6. & priuile-

21 gia non ſunt multiplicanda, *Dec. conſ.* 5. *numer.* 2. *Barz. deciſ.* 82. *numer.* 6. *Rota apud Bichium, deciſ.* 528. *numero* 9. *part.* 2.

Alia vero prætenſio quod D. Inquiſitus veniat puniendus ob non paritionem mandatis eiuſdem Illuſtriſſimi Prolegati in non excarcerando Caporalem Morellum eſt admodum friuola ex duobus, & primo quia litteræ D. Prolegati ei fuerunt præſentatæ in die Mercurij ad ſonum Auemariæ, vt deponit Franciſcus Torellus teſtis fiſci, & ipſe illum excarcerari fecit die Veneris, vt patet ex proceſſu, & ſic vna tantum dies interceſſit, quo caſu intrat regula, Quod

22 mora modici temporis non habetur in conſideratione, & non eſt punibilis, vt tradunt *Tiraquell. in tract. de iudic. in rebus exigu. verſ. ſexageſimo octauo &c.* latè comprobans, *Altograd. conſ.* 84. *num.* 62. *lib.* 1. *Barz. deciſ.* 111. *num.* 9. *Rota apud Cardin. Seraph. deciſ.* 1475. *num.* 3. *& deciſ.* 622. *num.* 4. *par.* 4. *recen.* Cum mora modici temporis non dicatur mora, *Alber. in l.* 1 *C. de verb. ſignif.* quem referendo ſequitur *Tiraq. in d. tract. de iudic. in reb. exig. d. verſ. ſexageſimo octauo &c.* circa medium.

Secundo quia dict. Inquiſitus non mandauit ſtatim dictum Caporalem excarcerari ex defectu ipſius Carcerati, cum Dominus Prolegatus mandauerit illius excarcerationem non ſimpliciter, ſed præſtita per eum idonea fideiuſſione de ſe repræſentando

23 & ſic conditionaliter, ablatiuum autem abſolutum importat conditionem, *Cartar. deciſ. Genuen.* 98. *num.* 3. *Rota apud Zach. de oblig. Camer. deciſ.* 18. *num.* 2. *& deciſ.* 516. *num.* 6. *par.* 3. *recentiorum*. Itaut ſi ipſe volebat illam obtinere tenebatur imple-

re conditionem pro parte ſua Iudici fideiuſſorem idoneum inducendo, qua non impleta Iudex non dicitur fuiſſe in mora mandandi excarcera-
24 tionem ex Regula, quod mora non committitur quando aliquid eſt ex aduerſo implendum, vt poſt *Bart. Bald. Crauet. Corn. Ceph. Menoch. Honded. & Rot.* per eam adductos tradit eadem *Rota deciſ.* 70. *numer.* 7. & 8. *apud Merlin. de pignor.* Maximè cum D. Inquiſitus non teneretur dictam fideiuſſionem requirere, cum Iudex non debeat, nec teneatur ſupplere in facto ad tit. *Vt quæ deſint Aduoc. per Iud. ſuppl.* & ad notata per *Graſſ. de except. except.* 10. *num.* 6. Non obſtante prætenſa recuſatione illius de non excarcerando dictum Caporalem, de qua deponit tantum Franciſcus Torellus patruus dict. Caporalis, qui vti talis nullam facit probationem, vt dixi ſupra numer. 16.

